











R. 30732

Caja

A-8

121

~~8=1~~ ~~7=3~~

~~1=8~~

q. m.  
re h.  
fuer  
m.  
m.  
m.  
m.  
m.

stone.

an  
im  
m.  
m.  
m.  
m.  
m.  
m.

an  
ob  
to  
m.  
m.  
m.  
m.  
m.  
m.

m.  
m.  
m.  
m.  
m.  
m.

LS4





Elh<sup>o</sup> V. belluga

oelimo de matri d. 19

Juefeca

ntia  
comu  
funt  
cia

a  
pque  
dive

Correptione non indiget.

Johannis versoris philo  
sophi preclarissimi in diui A  
ristotelis philosophie libros  
glosule exactissime.

Quoniam quidem intelli  
gere et scire contigit circa oēs  
scientias quarum sunt princi  
pia cause aut elementa ex eo  
rum cognitione. Tunc enim  
vnumquodq3 cognoscere ar  
bitramur euz causas primas  
et principia prima cognosci  
mus et vsq3 ad elementa.

**Arca Libros**

**C**

Philosophie natura  
lis Aristotelis. Que  
ritur primo.

Utrum de rebus na  
turalibus sit scientia  
Et arguitur q non  
tribus rationibus Et  
racti dicētis simpli  
citer nihil posse sciri.

Qui tñ de naturalibus  
et pbilicis hoc maxime asseruit. propter  
earum mutabilitatē. **P**rima ratio ē. Nulla  
pbilica bene sciunt nisi sciatur secundum suuz  
esse et secundū id quod sunt. sed secundum id  
quod sunt infinitas habent differentias. In  
tellectus autem noster refugit in finituz et nullo  
modo ipm comprehendit. ergo naturalia nullo  
modo ab intellectu comprehenduntur et per eō  
sequens non sciuntur. **S**ecunda ratio est si  
de pbilicis esset scientia tunc medium esset diffi  
nitio. sed diffinitio in pbilicis est particularis  
vt dicit. quia si accipiatur diffinitio animalis  
secundum esse pbilicum ipsa secundum vnum  
quodq3 animal erit altera et altera secundum  
esse cuiuslibet particularis animalis. sicut ergo  
non est vnum esse plurium animalium. ita nec  
vna diffinitio nisi equiuoce. medium autē equi  
uocum non facit scire. ergo de talibus non pōt  
esse scientia. **T**ertia ratio Entia pbilica mo  
tui et mutationi subiacēt et nunq3 permanent in

eodem statu. ergo sequitur q de ipis non ē sciē  
tia. cōsequētia tenet. Antecedens probatur.  
quia res pbilice sunt res habentes in se naturā  
Natura autem est principium motus eius in  
quo est. vt secundo huius. ergo res pbilice sūt  
mobiles et variables et per consequēs corrup  
tibilis. scientia autē solum est de necessarius. vt  
habetur primo posteriorum. Et hec ratio vt di  
cit dominus Albertus videbatur ita violenta  
ipsi Eraclito et suis sequacibus q cum ipsi  
viderent omne quod mouetur et mutatur par  
tim esse in termino a quo et partim in termino  
ad quem vt viderent illos duos esse oppositos  
contrarie et contradictione. quia ad motuz esse  
inter bonum et malum sequitur motum esse in  
ter bonum et non bonum. ideo concedebant  
eamdem rem simul esse nigram et albam. albā  
et non albam. et contraria et contradictoria ve  
rificari de eodem. et hoc est impossibile. Sed  
vt dicit Albertus mirabilis fuit de Ptholomeus  
meo qui fuit vir prudēs in multis. qui propter  
hanc rationem dixit de naturis non esse certam  
scientiam propter sui mutabilitatem. sed tantuz  
opinionem. Et signum dabat iste Ptholomeus  
quia plurimi de naturis plurima opinati sunt.  
omnes autem in mathematicis conformiter  
et vno modo loquuti sunt. Ad oppositum  
est philosophus cum omnibus suis commenta  
tibus. Auerroi. Alberto. et doctore sancto.  
qui de rebus naturalibus in suis libris pbilicis  
scientiam nobis tradiderunt. Pro responsi  
one ad questionem.

p. poster  
102. 101.

ptholomeus.

**Sciendum est primo q tuz**

scientia sit habitus intellectus oportet omne illud  
de quo est scientia esse intelligibile. Vnum  
quodq3 autē est intelligibile per id q aliqualis  
ter ē a materia abstractū. secundum ergo hoc q  
aliqua diuersimode a materia abstrahuntur  
pertinet ad diuersas scientias. Et cum scientia  
habeatur per demōstrationem cuius diffinitio  
est medium. oportet secundum diuersitates dif  
finitionum scientias diuersificari. Pro quo.

scie distinguunt penes  
diuersitates diffinitionū

**Sciendum est Secundo. q**

Res a natura causate de quibus est pbilica  
real' communiter dicta. que scilicet sunt res nō  
causate ab opere nostro tripliciter se habent ad  
materiam. et secundum hoc earum est triplex dif  
finitio. et secundum triplicem diffinitionem per  
tinent ad tres partes ipius philosophie realis.  
Sunt enim quedam res quarum esse dependet  
a materia sensibili. et sine tali non possunt diffi  
niri. et de istis est sciētia que dicitur pbilica seu  
naturalis proprie dicta. ut si hō diffiniat qz  
ut ponat' caro & ossa ex qbus corp' AA. 2  
fide est.

res nalis a  
reca' ab op'e  
106. 107

ntia nalis diff  
improca hēre  
sunt q' de ipse  
cia

q' quod vno  
dicit

El collegio de la comp<sup>a</sup> de Jesus de Granada



Cuius prima elementa nobis dantur in hoc li-  
bro de proprio auditu. *¶* Aliæ sunt res que h-  
dependeant a materia sensibili secundum esse  
ita q̄ sine materia sensibili esse non possunt. in-  
telliguntur tamen per primam operationem in-  
tellectus nihil intelligendo de materia sensibili  
in qua sunt ut sensibilis. quia ordine nature p̄-  
cedunt qualitates sensibiles et sic diffiniuntur.  
et de illis rebus est mathematica scientia consi-  
derans quantitatem precedentem natura ipsas  
qualitates sensibiles. *¶* Aliæ sunt res que nec  
secundum esse nec secundum diffinitiones des-  
pendent a materia. vel quia pro parte non sunt  
in materia ut substantie separate que omnium  
materia p̄cluduntur. vel quia vniuersaliter in  
ratione formali accepte non sunt in materia. ut  
substantia actus et potentia que vniuersaliter ve-  
rificatur de ente communiter accepto. et de istis  
sic intelliguntur qui de materia. et si quandoq̄  
cum materia pro parte sui scilicet pro rebus ma-  
terialibus diffiniuntur. tamen per materiam ac-  
ceptam in ratione potentie et non in ratione sub-  
iecti motus et mutationis perfecti. et de istis sic  
consideratis est methaphisica. *¶* Et quo patet  
ut habet Dominus Albertus q̄ ista entia p̄sibi-  
calia sunt sensibilia intelligibilia et ymaginabi-  
lia. sensibilia quia comprehendunt qualitates  
sensibiles. ymaginabilia quia comprehendunt  
quantitatem. intelligibilia quia comprehendunt  
principia substantie quibus primo conuenit pri-  
mo intelligi. Sed ea de quibus est mathe-  
matica ut curuum et rectum sunt ymaginabi-  
lia et intelligibilia. Ea autem de quibus est me-  
thaphisica soluz sunt intelligibilia. quia ut sic so-  
lum considerat quidditates simplices que solum  
ab intellectu cognosci possunt. et non ymagina-  
tione neq̄ sensu. *¶* Et sic patet q̄ naturalis  
philosophie soluz sunt tres partes ut habet phi-  
losophus sexto methaphisice. scilicet phisica que  
est de rebus a natura causatis motu et mutatio-  
ne. Et mathematica que est de rebus abstractis  
a motu et mutatione. non tamen a quantitate.  
Et methaphisica que est de reb⁹ abstractis a mo-  
tu et mutatione et q̄titate. sed est de simplicia en-  
titate seu quidditate oim̄ rerū. *¶* Et quo patz  
q̄ cuius quidditas claudatur in rōe quantitatis.  
et q̄titas in ratione entis mobilis. ex parte obie-  
cti methaphisica est prior. deinde mathematica et  
ultimo phisica. *¶* Patet etiam q̄ omnis sc̄ia a  
liquid capit a methaphisica que cū est ratio for-  
malis obiecti alicuius scientie clauditur ratio  
formalis obiecti ipsius in methaphisica.

**Sciendum est ultimo q̄ In**  
genere est duplex abstractio. Una est a materia

tam communi et particulari. vel magis abstrac-  
tio prioris secundum naturam ab eo quod est  
posterius licet vtrumq̄ sit vniuersale. de quo  
modo prioris et posterioris facta est mentio in  
quinto modo prioris quem aduenit Aristo-  
teles. ut dicit in postpredicamentis. *¶* Alia est  
abstractio a materia et a conditionibus indiui-  
duantibus que sub intellectu non cadunt nisi  
reflexe. et hec abstractio communis est omni sc̄ie  
quia omnis scientia est de vniuersalibus. et nul-  
la de particularibus et infinitis. Secundū autē  
primam abstractionē distinguuntur inter se sc̄ie  
ut predictum est. Quibus notatis sit hec.

**Conclusio prima. De rebus**  
naturalibus est scientia. Patet quia res natu-  
rales habent in se principia et causas a quibus  
dependent in esse et fieri et cognoscibiles et  
passiones de huiusmodi rebus demonstrabiles  
per huiusmodi principia et causas. ergo. ceter.

**Conclusio secunda. phisica**  
est pars philosophie realis contemplatiue. Pri-  
ma pars patet quia est de reb⁹ a natura causa-  
tis que nullo modo dependent ab opere nostro  
ergo est pars philosophie realis. Sed quod sit  
pars philosophie contemplatiue patet etiam ex  
eodem. nam finis eius est scire et non operari  
circa eius obiectum. ergo. ceter.

**Conclusio tertia. Licet**  
methaphisica et mathematica ordine rei p̄ce-  
cedant phisicam. ordine tamen doctrine et quo  
ad nos phisica est prior ipsis. Prima pars  
patet. nam ordo scientiarum est secundum or-  
dinem obiectorum. sed obiectum methaphisice  
p̄ius est obiecto mathematice et obiectum  
mathematice p̄ius est obiecto phisice. quia  
etiam sunt simpliciora. modo simpliciora sunt  
priora. ergo prima pars vera et ceter. Secun-  
da pars tamen probatur ab Alberto alias q̄  
modo predicto. scilicet cognitio nostra intellec-  
tua semper dependet a sensitua. modo natura-  
lia sunt sensibilia intelligibilia et ymaginabi-  
lia. mathematicalia sunt ymaginabilia et in-  
telligibilia tantum. et methaphisicalia sunt soluz  
intelligibilia. ideo promittit idem Albertus  
tractando de phisica reali contemplatiua pri-  
mo tractare de partibus philosophie naturalis  
Deinde de mathematica et ultimo intentiones  
suam finire in scientia diuina. *¶* Circa tamen  
hanc conclusionem aduertendū est q̄ quia na-  
turalia indigent experientia in eorum cognitio-  
ne. et non mathematicalia que sunt maxime

ordo  
dis

off sc̄ia  
vniuers

2. pars

sc̄ia p̄m  
ntia h̄  
dicitur  
oc̄isio  
i. ali  
duale  
est

ob̄iecta  
gordant

similia  
tanta

alberti

as  
lo  
p̄  
p̄

mā h̄t̄  
potentia

conclusionem

sc̄ia reale

At q̄ metha  
sc̄ia p̄m

Dū. abstractio.

nostro intellectui proportionalia. ideo quans tum ad hoc multu preponunt mathematicam philosophie. Et hoc expresse dicit Doctor Sans cus super sexto ethicorum vbi assignat ordi nem inter scientias preponendo scientias admi nicularum i quibus primo introduendi sunt iuvenes. quia tales dant modum adquirendi alia. Deinde veniunt introduendi in mathe maticis ymaginabilibus et proportionatis nostro intellectui que non indigent aliquali ex perientia.

Et postea debent imbui iuvenes in moralibus in quibus requiritur ma ior experientia. ne dum rex naturalium sed eti am propriarum passionum. Et deinde iuvenes eleuati sic scientis precedentibus tam specula tiuis et practicis debent sedari in passioni bus per moralem philosophiam. ultimo et fina liter debent methaphisicam acquirere quia tunc digni sunt circa methaphisicalia intellectum nudum ab omni passione requirerentia et etiam maxime eleuatum vacare. De huiusmodi tamē controuersia non est difficultas si consideret vtri usq; partis momentum. Et sic patet responsio ad queditum.

Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicitur q si opus nature esset iudicium signatum tunc ipse Eraclitus aliquid argueret. Sed infra ostenditur q opus nature est illud quod est completum in naturalibus acq; etiam essentialibus principiatu et hoc est specis de per se intentu. De per accidens autem in terdum hoc suppositum vel illud et non de p se talis autem infinitas non impedit quin de re bus naturalibus perse in vniuersali considera tis sit scientia. Ad secundā similiter dicitur q etia pbisica secundum speciem considerata ha bent diffinitiones cōuenientes vniuoce suis in diuiduis. de quibus indiuiduis non est scientia nisi forte reflexe. nec sunt etiam per se intentu q; tum ad particulares rationes ipsorum. sed so lum nature specificē in ipsis saluate. Ad 3<sup>o</sup> dicitur q mobilitas et diffinitio rei mobilis in mobiliter rei conuenit secundum q abstracta est a particulari. quia particulare secundum actum est mobile mutatione. ideo tale non est scibile et per hoc etiam patet solutio ad dictum Ptholo mei viri prudentis in aliis errant tamen mul tum in istis. Ad signum autem suum dicen dum. q natura occulte operatur in rebus. nun quā possumus enim cognoscere naturas rerum nisi per operationes per quas habemus experi entias de naturis rerum valde difficiles. ideo ni mirum si in naturalibus tanta sit diuersitas. Nec est simile de mathematicis specialiter yma ginatis. quia ymaginando de ipsis aliquoaliter

habemus experientiam.

Sequitur alia questio.

Queritur secundo. Utrum

Corpus mobile sit subiectum totius naturalis philosophie. Arguitur q non. quia est sub iectum libri philicorum que est prima pars natu ralis philosophie. ergo non est subiectum totius naturalis philosophie. Tenet consequentia. qz nichil idem est adequatum toti et parti. Se cundo arguitur. Omne corpus est mobile et om ne mobile est corpus. vt declarabitur sexto hu ius. et primo celi et mundi. ergo nugatorie addi tur mobile corpori. ymmo sufficeret dicere q cor pus sit subiectum naturalis philosophie.

Tertio arguitur. Corpus mobile est ens per accidens. ergo nullius scientie est subiectum.

Tenet consequentia. quia de ente per accidens non est scientia. vt habetur primo. posteriorum et sexto methaphisice. Et patet antecedens. quia corpus mobile est aggregatum ex diuersis natu ris ex quibus non resultat vnum per se. quia vnum non est per se propria potentia et reliquz eius proprius actus. Quarto arguitur sic. Natura est principium quietis sicut et motus. et motus est propter quietem. ergo corpus qui estabile magis debet dici subiectum philosophie q corpus mobile.

Quinto arguitur sic. Multa principaliter considerantur in naturali philosophia de quibus non verificatur corpus mobile affirmatiue. vt est anima et motores orbium celestium. ergo non est subiectum. Tenet consequentia. quia ad subiectum attributio nis omnia considerata debent habere attributi onem. ergo et cetera.

Ad oppositum ar guitur per commentatorem Auerroum. Domi num Albertum Egidium. et philosophum. et cō mentatores alios oppositam partem tenentes. Pro responsione ad queditum.

Sciendum est primo. q phi

losophia naturalis est de rebus naturalibus. naturalia autem sunt quorum natura est. princi pium. hoc est materia vel forma. natura autem est principium motus et quietis in eo in quo est.

Oporet ergo q naturalis scientia sit de his que habent in se principium actuum vel passiu um motus et quietis. materiam scilicet vel for mam.

Sciendum est Secundo q

Alia sūt q sequunt rez in vniuersali acceptam et ipsa rem i particularib<sup>9</sup> consideratam. Un ea que consequuntur rem in particularib<sup>9</sup> sciri nō possunt ignotis consequētibus eā vniuersaliter

ordo in aqre  
dis p rigo

off scia x  
vbi

2<sup>a</sup> pars

s. ad pma. respondet  
nta hālia dupli  
derant vno fm esse  
occurit sic sūt feb  
l. alia fm esse indi  
duale hōde ipso  
ē est pna

im qd ne  
gordant

phimur

alberh

india nō sunt  
tenta a nā p se

ās rex nō vq  
ostm ysi per  
paturo rez quas  
puntas hōm

Liber primus:

imprimis... in quodam...  
possibilitate & necessaria habitudo...  
intra est potissima...  
entitate...  
possibilitate...  
f. mobilitate & corpore...  
mobile.

in fine de materia  
sui singulari.

in se consideratam quia uniuersale est de intel-  
lectu sui singularis siue inferioris sui. Ne ergo  
idem pluries repeteretur necessarium fuit esse  
vnum librum in quo tractaretur corpus mobile  
vel ens mobile et ipsius omniuer in quibus  
qui quidem liber precederet omnes libros natura-  
lis philosophie in quibus determinatur de partibus en-  
tis mobilis. ne in determinatione eorum pluries  
oporteat repetere ea que ipsis conueniunt ratione  
corporis mobilis vel entis mobilis. Sicut enim me-  
thaphisica prior est omnibus scienciis in qua con-  
siderat ens in quibus ens similiter passiones et propi-  
etates eius in quibus huiusmodi et de partibus eius. scilicet  
de substantia et accidente de actu et potentia secun-  
dum que sunt partes entis quod includitur in sub-  
iecto cuiuslibet alterius sciencie. Ita est huiusmodi li-  
ber in quo determinatur de ente vel corpore mo-  
bili secundum se. qui dicitur liber philosophorum in quo  
tractatur omnia pertinentia ad ens mobile aut  
corpus in quantum mobile est uniuersaliter conside-  
ratum. considerando. scilicet principia et proprietates  
entis mobilis in quantum mobile est. Qui etiam li-  
ber dicitur liber philosophorum. quia uniuersaliter ibi  
tractantur omnia physica. vel dicitur iste li-  
ber de physico auditu quia traditus fuit per modum  
doctrine audientibus ut dicit Sanctus Thomas  
Dicit tamen Albertus quod dicit de physico auditu quia  
est de his que magis cognoscuntur auditu quam  
demonstratione.

Sciendum est Tertio: quod In

Assignmente subiecti attributionis huius scien-  
tie fuit controversia inter doctores solemnes.  
Dicit enim Thomas in commento expresse quod ens mo-  
bile et non corpus mobile est subiectum huius. et  
quod corpus mobile non sit subiectum sic probat. quia  
de subiecto debemus presupponere quid est et  
quod est ut habetur primo posteriorum. Sed philosophus in  
secto huius probat omne mobile esse corpus. et in  
primo de celo et mundo demonstrat omne corpus  
esse mobile. ergo corpus mobile non est subiectum  
naturalis philosophie. Potest etiam probari  
nam subiectum attributionis debet sub se com-  
prehendere omnia principaliter considerata in  
illa scientia. sed corpus mobile non est huiusmodi ut  
dicebatur in argumento ante oppositum. nec eti-  
am omne mobile est corpus quia materia que est  
primum subiectum generationis est se transmuta-  
bilis ad formas. et non est corpus. ergo corpus non  
est subiectum naturalis philosophie. Et ex hoc  
videtur sequi secundum hanc opinionem quod non  
omnis mobilitas fluit a principis corporis in  
quantum corpus est. quia aliqua mobilitas precedit  
corpus in quantum corpus. scilicet mobilitas in materie  
primo. Quod autem ens mobile sit subiectum  
naturalis philosophie probatur tali ratione. Passio debet

diffiniri per proprium subiectum. sed motus in co-  
muni diffinitur per ens mobile. et non per corpus  
mobile. ut patet in 3o huius. Sed contra hanc  
positionem Thome arguit Egidius de roma plu-  
ribus rationibus. Prima si ens mobile esset  
subiectum naturalis philosophie. sequeretur quod phi-  
losophia naturalis esset pars methaphisice vel sci-  
entia ei subalternata. eo quod mobilitas esset mo-  
dus entis de quo consideratur in methaphisica vel  
differentia accidentalis entis. Sed cuiuslibet rei  
et modorum eius est eadem scientia. Secun-  
da ratio. propria passio fluit ex propriis principi-  
is subiecti. sed motus seu mobilitas non fluit  
ex propriis principis entis. quia si sic omne ens  
esset mobile. ergo ens mobile non est subiectum  
naturalis philosophie. Ad rationem autem  
Sancti Thome respondet Egidius dicens quod  
non sequitur. et quod consequentia non valet. quia  
licet in sexto huius probatur omne mobile esse cor-  
pus. et in primo de celo omne corpus esse mobi-  
le. ideo non probatur corpus mobile esse.

Sed contra solutionem Egidii posset dici quod  
falsa est. nam licet philosophus non probet ex-  
presse probat tamen implicite. Et id ad ratio-  
nes Egidii dicitur primo ad primam quod mobili-  
tas nec est differentia accidentalis entis nec  
modus eius. sed capitur ens mobile pro ente  
materiali et pro vno aggregato quorum vnum  
est materiale et aliud formale. sicut diceremus quod  
coloratum esset ens visibile. ideo ad circumlo-  
quendum aliquid vnum assumimus illa duo.  
et suo modo secundum Albertum diceretur de  
corpore mobili. Et per hoc etiam patet solutio  
ad secundam rationem. Egidii quia mobili-  
tas non fluit ex propriis principis entis. sed ex  
principis entis materialis. Sed pro declaratione  
opinionis Alberti. Aduertendum quod Al-  
bertus dicit corpus mobile communiter accer-  
ptum esse subiectum huius sciencie. non quom-  
modo modo consideratum. sed secundum quod subiu-  
citur motui. Est enim dicit Albertus aliquod  
corpus ante motum. quia corpus mathematicum  
cum quod non subicitur motui secundum quod  
mathematicum est. ab vno enim habet corpus quod  
sit corpus simpliciter. et ab alio habet quod sit hoc  
corpus ut puta mathematicum siue naturale.

Dabet enim quod sit corpus simpliciter ex eo quod  
vbius aptum natum est quod due diametri se sec-  
cent ad rectos angulos et pares. et alia superue-  
niens secet alias duas diametros ad angu-  
los rectos. quarum diametrorum vna est men-  
sura longitudinis. secunda latitudinis. tertia  
profunditatis. Si enim dicit Albertus cor-  
pus haberet quod esset corpus ab actuali interse-  
ctione diametrorum. oporteret quod cum cera  
comprimeretur inter manus vel aliud corpus

Egidius

respondet  
Egidio

All

sancti  
thome de libro huius sag 0  
primo  
ad ens mobile  
sit ab eo primo  
scilicet non  
est primum mobile

singulare q̄ mutaretur secundum corporeitas  
tem. hoc aut̄ non est verum. Non ḡo habet cor  
p̄ q̄ sit cor̄ ab actuali dimensioe sed pot̄ ab  
aptitudie sic se sterfecandi inter diametros. ab  
actuali at̄ trina dimensioe triū differentiar̄ ha  
bet q̄ sit hoc corpus mathematicū. sed a forma  
perficiente materiam sensibile in aptitudine tri  
ne dimensionis existentem habet q̄ sit naturale  
inquantū naturalis ē. et ab actuali trina dimē  
sione materie sensibilis que a forma substantiali  
perfecta est habet q̄ sit corp̄ naturale hoc vel il  
lud. Sic. ḡo patet q̄ corpus absolute et simplici  
ter est an̄ mathematicū et ante naturale et etiam  
q̄ reducat̄ ad ens qd̄ considerat diuinus siue me  
thaphisicū. corp̄ aut̄ mathematicū. considerat  
geometra secundum diuersitatem figurarum  
actualiter in ipso inuentarum. corpus autē. mo  
bile in vniuersali est subiectum naturalis phi  
losophie. corpus autem mobile ad formas vel  
ad vbi est subiectum in diuersis partibus philo  
sophie. Et sic patet responsio ad quesitum.

Pro concordia harū opinionū potest dici q̄ cor  
pus mobile est subiectum primum. Et ens mo  
bile est subiectum principale. Valentibus enī su  
stinere opinionem Alberti respondendum est ra  
tionibus an̄ oppō hoc modo.

**Ad rationes ante oppositū**

Ad primam dicitur. q̄ corpus mobile conside  
ratum secundum eius cōmunem rationes et sim  
pliciter est subiectum libri philicorū. sed considera  
tum vt extractum ad speciales motus est subie  
ctum in aliis et aliis libris partibus. vt in se  
quenti questione apparebit. Ad secundam  
dicitur. q̄ mobile contrahit corpus quantum  
ad rationem formalem considerandi. et nō quā  
tum ad supposita. ideo bene dicitur corpus mo  
bile vt patuit in distinctione illius opinionis.

Ad tertiam dicitur. q̄ per corpus mobile cir  
cunloquimur aliquod vnum nobis innomina  
tum secundum formalem rationes. sicut dicim̄  
q̄ coloratum dicitur ens visibile. et licet tale sit  
aggregatum ex diuersis naturis. ratione tamen  
formalis superadditi est scibile et cognoscibile p̄  
se. Ad quartam dicitur. q̄ quies habet ratio  
nem priuationis. ideo magis dicitur corpus mo  
bile q̄ corpus quiescibile. vt dicit Albertus. Vel  
possumus dicere cum ipso q̄ omne corpus phi  
sicū mobile est sed non quiescibile. quia ali  
quod est perpetui motus secundum naturam.  
scilicet corpus celeste. Nec ē instantia de terra in  
centro. quia licet nō moueatur motu locali. mo  
uetur tamen motu alterationis. quia nichil est  
vbi virtutes totius sperę celestis ex omni parte  
eam nō contingant. oportet ideo alterari terrā  
a virtutibus illis. Ad quintam dicitur. q̄  
corpus mobile verificatur de omnibus illis cō

sideratis in hoc libro in recto vel obliquo. Et  
hoc sufficit ad hoc q̄ sit subiectum.  
Et hec de questione.

**Queritur tertio. Utrum**

Per diuisionem corporis mobilis seu entis mo  
bilis conuenienter assignetur numerus et ordo  
seu distinctio librorum naturalis philosophie.

Arguitur q̄ non. nam naturalis philoso  
phia est vna scientia. ergo in vno libro debet da  
ri et non in pluribus. Consequentia patet. quia  
simplicitati et vnitati habitus debet correspon  
dere simplicitas et vnitatis obiecti. et per conse  
quens vnitatis libri declaratur p̄ vnitatem sub  
iecti.

2<sup>o</sup> arguitur. In naturali philoso  
phia agitur de multis que nec sunt corpora nec  
entia mobilia vt ē aīa et etiā de motu orbū  
celestium. de actionibus et passionibus. operatio  
nibus entium mobilium. ergo et cetera. Conse  
quentia patet. quia diuisum debet verificari de  
membris diuisidentibus coniunctum et vniuersa  
liter acceptis. ergo et d

Ad op̄  
positum arguitur auctoritate Domini Alberti  
tradentis nobis ordinem librorum naturalis  
philosophie ex diuisione corporis mobilis.

Arguitur etiam ratione. nam scientia accipit  
diuisionem et vnitatem ab obiecto formaliter acce  
pto. vt habetur primo posteriorum. sed corpus  
mobile vel ens mobile est subiectum totius phi  
losophie naturalis. ergo per eius diuisionem po  
test haberi numerus et ordo et determinatio libro  
rum totius naturalis philosophie. Pro respō  
sione ad quesitum.

**Sciendum est primo q̄ q2**

liber philicorum siue de philico auditu est pri  
mus inter omnes libros naturalis philosophie  
et generalis ad totam philosophiam vt dicim̄  
est. ideo conueniens est causa doctrine ponere  
in principio eius numerum ordinem et diuisio  
nem librorum totius naturalis philosophie. vt  
scire possimus quando complete et totaliter  
erit nobis tradita totalis naturalis philosophia  
vt etiam sciamus quis sit ordo partium eius  
ad inuicem. et de quo determinatur in vnoquo  
q3 libro.

Et quo ad hoc ponitur.

**Conclusio Responsiua.**

Ad quesitum. Scilicet q̄ per diuisionem  
corporis seu entis mobilis sufficienter habetur  
numerus distinctio et ordo omnium librorum to  
tus naturalis philosophie. Et conclusio proba  
tur per rationem post oppositum. Potest etiam  
probari per distinctionem nobis traditam ab  
Alberto. quia corpus vel ens mobile et ens sub

## Liber primus:

iectum totius naturalis philosophie potest dupliciter considerari. Uno modo simpliciter et absolute seu in communi. et sic de eo agitur in hoc libro philosophorum. Alio modo potest considerari ut est contractus ad aliquam materiam particularem seu motum. et hoc dupliciter. quia vel est simplex vel mixtum.

Si sit simplex hoc est dupliciter. aut est mobile ad formam. et sic de eo agitur in libro de generatione et corruptione. Vel est mobile ad ubi et hoc dupliciter quia vel tale corpus est simplex secundum se et sic de eo agitur in libro de celo et mundo. vel ut habet ordinem ad corpus mobile ad formas in quo causat aliquas impressiones. et hoc dupliciter quia vel considerat habitudo que est corporis mobilis ad ubi ad corpus mobile ad formam prout secundum proprietatem et distantiam se habent ad invicem. et sic de eo agitur in libro de longitudine et latitudine terre. in libro de distinctione climatum. et in libro de locis habitabilibus in terra. vel consideratur impressio quae causat corpus mobile ad ubi. scilicet corpus celeste in corpore mobili ad formas et sic de eo agitur in libro de causis et proprietatibus elementorum et planetarum. Si vero tale corpus particulare sit mixtum hoc est dupliciter. quia vel est mixtum imperfectum tendens in naturam et speciem. et sic de eo agitur in libro methaphysicorum. aut est mixtum perfectum in natura et specie et hoc dupliciter. quia vel est inanimatum. et sic de eo agitur in libro de mineralibus. Vel est animatum et tunc quia anima est principium formale corporis animati. necesse est cognoscere animam ut perfecte cognoscatur animatum. anima autem dupliciter consideratur. quia vel consideratur secundum se et suas potencias quae ipsa est principium. et sic de anima sic considerata agitur in libro de anima. Aut consideratur anima secundum opera que exercet in corpus. et hoc dupliciter secundum quod duplex est eius opus. quoddam est quod exercet per propriam substantiam et non per potentiam distinctam ab ipsa anima. et tale opus seu actus est vita cui opponitur mors. et de tali opere sic considerato agitur in libro de morte et vita. et de longitudine et brevitate vite. Aut exercet anima tale opus per potentiam distinctam ab ea. et tale opus tripliciter variatur et hoc secundum quod triplex est potentia anime. scilicet vegetativa sensitiva et intellectiva. Opera autem vegetativa tria sunt. scilicet nutrire generare et augmentare. Et de duobus ultimis sufficienter agitur in libro de generatione. de primo opere. scilicet nutrire agitur in libro de nutrimento et nutritibili. Opus autem anime sensitivae est duplex scilicet sentire et movere secundum locum. Opus autem anime sensitivae. scilicet sentire tripliciter variatur secundum triplicem considerationem sensus. Considerat autem sensus in comparatione ad animal. secundum quod ingreditur et egreditur ipsum animal. et hoc modo

de agitur in libro de somno et vigilia. Aut consideratur sensus in ordine ad sensibile secundum se acceptum. et de tali agitur in libro de sensu et sensato. Aut comparatur sensus ad sensibile per quantum species sensibilis in sensu recepta reducitur supra rem sensatam. et hoc modo de sensu et sentire agitur in libro de memoria et reminiscencia. Aliud autem opus potentie sensitivae. scilicet movere secundum locum est duplex. Quia vel potentia sensitiva movet mutando locum. Aut movet construngendo et dilatando corpus in eodem loco. et de utroque horum sufficienter agitur in libro de motibus animalium. nam omne animal movetur a liquo illorum motuum vel utroque. Preter autem illos motus inveniuntur motus specialis in animalibus habentibus pulmonem qui sit emittendo et attrahendo aerem ad refrigerium cordis. et de tali agitur in libro de inspiratione et de aspiratione. et et ad iungitur unus libellus nominatus de differentia spiritus et anime. Opus vero anime intellectivae sufficienter tractatur in libro de anima. et in hoc excellit omnes alios libros naturalis philosophiae. cui etiam adnectitur et adimiculatur libellus de intellectu et intelligibili. In omnibus ergo istis cognitis restat in naturali philosophia inquirere corpus animatum. et omne tale autem est vegetativum tantum. et sic agitur in libro de vegetabilibus et plantis. Vel est vegetativum et sensitivum. et sic de eo agitur in libris de animalibus. Unde liber de animalibus ultimam gradum tenet inter libros naturalis philosophiae. Et omnibus istis patet numerus ordo et determinatio et etiam materia omnium librorum totius naturalis philosophiae. Et haec divisio ad tres partes principales posset reduci. quia tota naturalis philosophia vel est de corpore mobili simplici. et de tali agitur in libro philosophorum. de celo et mundo. de generatione et corruptione. de longitudine et latitudine terrarum. de distinctione climatum. de locis habitabilibus in terra. de causis et proprietatibus elementorum et planetarum. Vel est de corpore imperfecto adhuc existens in via ad mixtionem. et de tali agitur in libro methaphysicorum. Vel est de mixto completo in natura et specie tamen inanimato. et de tali agitur in libro de mineralibus. Si vero sit animatum de eo agitur in omnibus aliis libris secundum eius diversas rationes. Et per hoc patet responsio ad quaesitum.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primam negatur prima sequentia. et causa est. quia licet naturalis philosophia sit simplex habitus et scientia. respicit tamen obiectum huiusmodi et integralibus. et inde est quod ratio talis obiecti omnis scientia seu habitus quandam latitudinem importat et potest probari per unam et non

recapitulatio  
libri

in pa  
pu  
al y

hom

arce



*distinctorum  
quod sunt intelligendi & eius diffinitio  
sed per se id sicut conclusio eius*

pro alia licet incomplete. sicut homo posset habere pulcritudinem in vno membro sed non in aliis. Ad secundam dicitur. licet motores orbium & anima & passiones corporum mobilium non sint corpora mobilia vel entia mobilia. habent tamen attributionem ad ens mobile. & hoc sufficit ad illud quod veniant ad considerationem naturalis philosophie. igitur &c

**Incipit textus.**

**Quoniam autem intelligere et scire contingit et cetera.**

**Queritur quarto. Utrum**

Ex cognitione causarum principiorum & elementorum contingat intelligere & scire principia causata & elementata. Arguitur quod non. quia ex cognitione effectuum sensibilium venimus in cognitionem causarum. ergo non e converso. non tenet quia alias demonstratio circularis esset possibilis. que res probatur in primo posteriorum. **2o** sic. Si hoc esset verum teneret in omni scientia. vel in aliqua & aliqua non. sed non est verum de omni scientia. nam mathematica. per solam formam demonstrat. Et similiter gramatica rhetorica & poetria non procedunt ex principis causis & elementis. sed procedunt ex aliquibus actibus vel signis facientibus fidem suspicionem abhominacionem vel delectacionem. Nec est verum de aliqua & aliqua non. quia non est maior ratio de vna & de alia.

**3o** sic. non contingit intelligere principia causata & elementata sed dumtaxat scire. **4o** male dicitur quod ex cognitione principiorum causarum &c. contingit intelligere & scire causata principia & elementata. Ad oppositum est philosophus in prima propositione huius libri dicendo **Quonia autem intelligere & scire contingit circa omnes scientias quarum sunt principia aut cause aut elementa ex earum cognitione. Et subdit probationem. Tunc enim opinamur vnum quodque cognoscere cum causas cognoscimus primas & principia & ad elementa.** Pro responsione ad questionem.

**Sciendum est primo: quod ut**

Dicit Beatus Thomas **Intelligere** in proposito refertur ad diffinitiones. ex quibus diffinitio nibus intelligitur **una** diffinitio per principia causas & elementa ex quibus constituitur diffinitiones. sed **scire** refertur ad conclusiones demonstrationum que sciuntur ex premisis constitutis ex huiusmodi diffinitionibus prius intellectis. Sic quod idem sit principium intelligendi diffinita et

sciendi conclusiones de ipsis diffinitis consideratis sub ratione subiectorum. **5o** per principia intelliguntur cause efficientes. nam causa efficiens maxime nominat & importat ordinem vni ab alio. qui quidem ordo & processus per principium designatur. Sed per **elementa** secundum Sanctum Thomam intelliguntur cause materiales. **Un** elementum diffinitur. **6o** metaphisice. quod est ex quo componitur aliquid primo in ipso existente in diuisibili specie in aliam speciem. & ista diffinitio primo conuenit materie. **Alber** tamen vult quod per elementa intelligantur cause intrinsece que sunt materia & forma que sunt due cause ingredientis essentias rerum naturalium & facientes esse phisicum. ut habet in presenti passu.

**Sed** per causas ipse philosophus intelligit formam & finem ex quibus res dependent secundum esse et fieri. ea enim que sunt extra rem vel etiam in ipsa re ex quibus non componitur res primo possunt dici cause. sed non elementa. **Sed** secundum Albertum per causas in proposito intelliguntur cause finales vltime propter quas omnia alia sunt. nam ut habetur. **2o** huius finis sit causa causarum ne in operibus nature aliquid est vanum. sed omnia sunt propter certum finem. sine cuius scitu non perfecte scitur natura rerum. **Et** sic patet de expositione huiusmodi terminorum secundum doctorem sanctum & Alber. & in quibus conueniunt & in quibus non. **Ubi**.

**Sciendum est Secundo quod**

Principium est in plus quod causa: & causa quod elementum. nam omnis causa est principium. sed non conuertitur. quia principium importat quendam ordinem alicuius processus vnius ad alium siue illud influat siue non. ideo aliquid est principium quod non est causa. quia nichil influat. **Unde** ubi incipit motus est principium motus. sed non causa. similiter priuatio est principium rei sed non causa. **Ad** rationem enim principii sufficit negatio anterioris in illo ordine in quo est principium. sed illud non sufficit in ratione cause. sed oportet quod influat. **Similiter** causa est in plus quod elementum quia efficiens dicitur causa sed nunquam dicitur elementum & similiter finis. **Sed** solum illa dicuntur elementa ex quibus intrinsece componitur res primo. **6o** per elementum ut iam patuit proprie intelligit causa materialis secundum Thomam. potest etiam **6o** alios intelligi causa formalis.

**Sciendum est tertio quod phi**

losophus vtitur illis nominibus. scilicet nomine principiorum causarum & elementorum disiunctive & si copulatiue. ad denotandum quod non omnis scientia diffinit & demonstrat per omnes causas. sed solum illa cuius subiectum habet omnes causas diffinit & demonstrat per omnes. & scientia cuius subiectum habet vnam causam vel plures diffinit et

Albertus.

elementa

causa.

principium.

probat

probat ad declarando

probat

in facia nra  
probat ad  
2o

probat  
manus

Thomas.

una qd

arcto

si diffinitio

quodlibet uniusque reserit diffinitio & demonstrat eo modo  
quo sibi eius h[ab]et p[ro]p[ri]a & causas: s[ed]

## Liber primus.

physicus intelligit & demonstrat  
omnes: n[on] a.

demonstrat per unam vel plures. & generaliter dif-  
finit & demonstrat eo modo quo subiectum ei  
habet principia & causas. & quia ens mobile ha-  
bet omnes causas in omni motu realiter. id est ma-  
teria siue subiectus. quia implicat motum esse sine  
mobili propter eius successiones. requiritur etiam  
forma tanquam terminus motus. requiritur effici-  
ens tanquam principium unde motus. requiritur fi-  
nis tanquam id propter quod efficiens movet ma-  
teriam. quia efficiens non movet realiter ad for-  
mam nisi premoventur a fine. Ubi.

**Sciendum est quarto. quod in**  
Scientia naturali consideratur omnes cause. p[er]  
ut referuntur ad esse & fieri rei naturalis: & etiam  
ad cognoscere. scientia vero naturalis docet quali-  
ter ex huiusmodi causis fit & est quilibet res natu-  
ralis. Docet etiam qualiter per huiusmodi cau-  
sas contingit cognoscere quilibet rem natura-  
lem ipsam intelligendo in se vel de ea demon-  
strando ea que per se insunt. Veritas tamen physica  
considerat solum quatuor causas per attributio-  
nem ad motum. ideo non considerat causas om-  
nium. sed solum rerum mobilium. Mathematica  
vero quia abstrahit a motu cuius subiectus est ma-  
teria sensibilis. ideo non diffinit nec demonstrat  
per materiam sensibilem. id est non considerat efficiens  
quod est principium motus. nec considerat fines per  
motum acquisibilem. sed diffinit & demonstrat  
per solum formas secundum quod ab ea sumitur sim-  
plex rei diffinitio. Metaphysicus vero considerat  
omnes causas omnium rerum abstrahendo tamen  
a motu & mutatione. sed hec referendo ad esse rei  
simpliciter. ideo metaphysicus universaliori ratione  
multo considerat quatuor causas & physicus.  
Verbi gratia. Nam metaphysicus considerat ma-  
teriam & formas in ratione potentie & actus tan-  
quam principia intrinseca entis naturalis. Con-  
siderat etiam primum efficiens secundum quod effi-  
ciat per suas simplicem essentiam sine motu. & ipse  
ultimum finem omnium rerum simpliciter propter  
eius firmam bonitatem & perfectiones infinitas.  
sic metaphysicus considerat efficiens omnium  
& finem omnium quod non considerat physicus. quia  
ipse solum considerat efficiens et finem natura-  
lium rerum. Logicus similiter considerat omnes  
causas non referendo eas ad esse rei. sed osten-  
dendo. scilicet quomodo quilibet intrat demonstra-  
tionem & argumentationes. ut habetur. 1. poste-  
riorum. Ubi.

Mathe<sup>m</sup>

Met<sup>h</sup>

Logicus.

eade sunt p[ro]p[ri]a & a[n]di  
& cognoscendi.

post maior

in fine

Accepta universaliter prout sunt in intellectu  
nostro sunt principia cognoscendi res etiam uni-  
versaliter consideratas. Sed ipsa eadem princi-  
pia in natura accepta secundum quod sunt agen-  
tia vel patientia determinata ad hoc enumeras-  
ta sunt principia realia esse & fieri rerum naturalium.  
Et secundum hoc Averrois ex ponit terminos  
questionis dicens. quod per principia intelliguntur  
ea que sunt causa cognitionis sed non ingredi-  
untur demonstrationes sicut dignitates prime.  
Sed per causas intelliguntur illa que demon-  
strationem ingrediuntur. sed sunt inadequata ip-  
si rei conduse. sed per elementa intelliguntur princi-  
pia demonstrationem ingredientia propria & ad-  
equata rei conduse. Prior tamen expositio est magis  
conformis rationi. quia physicus considerat princi-  
pia causas & elementa ut sunt essendi & fieri  
di principia. et non solum ut principia cognoscen-  
di. Sit igitur.

### Conclusio Responsiva.

Ad questionem. Scilicet quod in scientia in qua sunt prin-  
cipia cause & elementa contingit intelligere & sci-  
re ex eorum cognitione principia causa & ele-  
mentata. In scientia autem in qua est alterum  
tantum contingit scire alterum tantum ex eius cog-  
nitione. Probatur conclusio ratione philosophi  
sumpta ex communi opinione hominum. Nam ut  
dicebatur primo posteriorum. quod omnes arbitran-  
tur se scire aliquid cum principia & causas prius  
cognoscunt usque ad elementa inductive. quod con-  
clusio vera. Ex hac propositione inferit philosophus  
conclusionem principaliter intentam. Volentem  
determinare de natura necesse est predetermi-  
nare de causis & principis eius. Hec prima  
conclusio huius problematis probatur per illam pri-  
mam propositionem que etiam fuit probata ex com-  
muni opinione hominum.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur. quod ex cognitione effectuum  
sensibilium venimus in cognitionem causarum a  
posteriori. Dic vero est sermo de cognitione a  
priori. Secunda soluta est ex dictis. Ad hoc  
autem de dialectica retorica poetria. Res si capi-  
antur ut videntes tunc non generant scientiam. sed  
dialectica opinionem. retorica presumptionem. po-  
etria delectationem vel errorem. Verumtamen  
si capiatur ut sunt docentes sunt vere scientie ha-  
bentes principia & causas. Ad tertiam di-  
ctum est quomodo diversimode contingit intel-  
ligere principia causa & elementata. igitur &  
cetera. Sequitur textus.

Innata autem est nobis via etc.

### Queritur quinto. Utrum

Aver

non

ostin

intenti  
legere

tey. s. th. p. 89. v. 1.

Unū Uniuersalia sunt nobis notiora singularibus. Arguitur q non. qz dicit phūs primo posterioꝝ q singularia sunt magis nota quo ad nos. vniuersalia simpliciter. ergo rē. 2<sup>o</sup> arguitur. dicitur. 2<sup>o</sup> metaphisice vniuersalia sunt difficilima ad cognoscendum z a sensu remotissima. ergo rē. 3<sup>o</sup> arguitur. diffinitum est notius partibus diffiniētibz. s; ille sunt magis vniuersales. g<sup>o</sup> rē. 4<sup>o</sup> sic quia vt habetur in textu confusa sunt nobis magis nota. s; singularia sunt magis confusa vniuersalib<sup>9</sup> qz sunt magis composita. g<sup>o</sup> rē. 5<sup>o</sup> arguitur causa sufficiens posita eo modo quo sufficit producit effectuz perfectioem quē pōt producere. s; intellect<sup>9</sup> noster cū suo obiecto ē causa sufficiens distincte cognitionis. ergo producit cognitionez distinctissimam que est speciei specialissime cognitionis. z per consequens species specialissima est nobis notior genere generalissimo aut subalterno

Ultimo arguitur. Illud est magis notius nobis cuius singulare potius z perfectius mouet sensum. sed singulare speciei specialissime potius z perfectius mouet sensum q singulare. ergo vniuersale non est magis notum nobis minus vniuersali. g<sup>o</sup> rē. Ad oppo<sup>9</sup> est phūs in textu dicens. Sūt autem nobis manifesta z certa pū<sup>9</sup> confusa magis. posterius et hīs autē sunt nota elementa z pū<sup>9</sup> diuidentibus hec. Unde et vniuersalibus in singularia oportet procedere. z hoc dicit phūs denotando q vniuersalia sunt notiora singularibus. Pro responsione ad quēstiones.

**Sciendum est primo. q post** q phūs ostendit in prima conclusione huius libri determinatē de natura oportet incipere a cognitione principioꝝ causarū z elementoz. Consequēter ostendit q oportet prius magis de terminare de magis vniuersalibus inter hōdi principia. z b<sup>9</sup> facit phūs in b<sup>9</sup> libro phisicoz in quo dicitur de coepe seu ente mobili s; seā aliis libris determinat de partibus entibz seu corporibus mobilibus ad determinationem motus. Ideo ratione huius docet in presenti probemo a quibus incipiendum est. s. a notioribus nobis. z deinde que sūt illa que nobis sūt notiora.

**Sciendum est Secundo. q** In cognitione nostra intellectia duo sunt attendenda. Primuz est q cognitio nostra ortum habet a sensu. propter quod primo cognoscat intellectus noster materialia z sensibilia q immaterialia. z ex cognitione materialium z sensibilibz venit tandem intellectus noster in aliquā cognitionem immaterialiūz que tñ sunt magis nota materialibus. 2<sup>o</sup> Secunduz attendenduz in cognitione nostra est q intellectus noster in cogniti-

one nostra procedit de pura potētia in puruz actum per actus medios imperfectoz. z ratio huius est q intellectus noster in principio sue creationis est tanq tabula denudata ab omni pictura in qua nichil est depictum. vt habetur. 3<sup>o</sup> de aīa. in potentia tñ vltima ad omne intelligibile. z qz inter puram potētia z actum perfectum z determinatuz mediant actuz imperfecti potētie permixti qui. s. sunt actus respectu potētie precedentis. z sūt potētia respectu actus sequentis. Ideo vniuersalia que sunt magis confusa in potētia et indistincte continentia minus vniuersalia prius cognoscuntur ab intellectu nostro confuse et indistincte q minus vniuersalia. et ille est naturalis modus intelligendi nostri intellectus. Quare sit.

**Conclusio responsiua.**

Uniuersalia sunt nobis notiora singularib<sup>9</sup> z minus vniuersalibus. Probatuꝝ conclusio ratione textus. qz non sunt eadez nota nobis et nature siue simpliciter. sed vniuersalia sunt minus nota nature z secundum se minus vniuersalib<sup>9</sup> ergo vniuersalia sunt notiora nobis minus vniuersalibus. Minor patet. qz vniuersalia sunt magis confusa minus vniuersalibus eo q sub se comprehendūt confuse z indistincte minus vniuersalia ipsis actualiora. Unde intentio nature p prius terminatur ad species z per se qz ad quodcuqz aliud. licet producēdo prius attingatur alii gradus generalitatis ipsi nō sunt principaliter a natura intenti. Unde iuxta hoc aduertendum est q eadem dicit phūs esse eadez nature z simpliciter seu secunduz se. qz quanto aliquid magis est in actu determinato tanto magis habet vnde possit cognosci. vñ quodcuqz secundum q est in actu formali sue essentie. Sed minus vniuersalia sunt magis in actu determinato ipsis vniuersalibus z immaterialia materialibus. Ideo minus vniuersalia et immaterialia sunt simpliciter nate notiora materialibus z vniuersalioribus. Nō tamē intelligendum q natura cognoscat. sed qz secundū b<sup>9</sup> magis habent vnde possint cognosci. Verumtñ Albertus in hoc passu distinguit de duplici natura. qz natura vno modo dicitur rei quiditas que est principium cognitionis ipsius rei. z hoc modo substantie separate z species specialissime que habent quiditates magis completas z formales sūt cōpletioꝝ nature materialibus z vniuersalibus. Alio<sup>9</sup> dicitur natura causa efficiens que producit res effectiue. z ista natura ipsum dicitur natura naturans seu operans. et hec est duplex. nam quedaz est vniuersalis cuius mōi est celum cū suis motoribus insistentis et cōstellationibus. z hec per se intendit esse specifiuz z per accidēs indiuiduz. Alia est natura

Corro

stimmatio

maior

respondet ar. qd ar obicit.

duo in duo subiectis. Albertus. dicitur n. 1.

stent

id mōi dicitur

naturā vniuersalē id vniuersalē quā melius exprimitur qz dicitur aliud est huiusmodi

particularis que dicitur forma alicuius particu-  
laris agentis. i. forma huius asini que per se in-  
tendit in diuiduum hoc est intendit formam in-  
determinata materia. Et hoc modo accipien-  
do naturam singularia sunt magis nota. non  
q cognoscat ea. sed si cognosceret prius ea cog-  
nosceret. quia prius cognoscuntur fines huius que  
sunt ad finem. modo natus primo r se intendit singu-  
lare r ex consequenti vniuersale. Verumtamen si  
capiatur natura scz celum cum sua anima meta-  
phorice possumus dicere q etia cognoscat primo r  
per se speciem. qua primo et per se etia intendit.  
Deinde probat pbis conclusionem tribus signis  
quorum primus sumitur a toto integrale sensibi-  
li. r cu tale totum integrale sensibile cognitione  
confusa est nobis notius q sue partes. vt prius  
apprehendimus domum q determinate suas  
partes cognoscimus. ergo totum integrale prius  
est notum nobis suis partibus. r per consequens  
confusa sunt nobis notiora. Nec valet si dicatur  
q totus accipitur equiuoce r similiter cognitio.  
qz totum integrale r similiter totum intelligibi-  
le conueniunt in hoc q comprehendunt omnes par-  
tes suas indistincte r indeterminate. mo i utroqz  
cognitio confusa precedit cognitionem determi-  
natam singularium partium. Secundus sig-  
num est a toto integrale intelligibile quod dicitur  
diffinitus. diffinitum enim prius est notus cog-  
nitione confusa partibus diffiniens. vt alius  
quis prius cognoscat circulum q partes ipsius dif-  
finientes. ergo totum intelligibile vniuersale est  
prius notum nobis confuse suis partibus. Nec  
valet q partes diffinientes sunt vniuersaliores  
diffinito. qz si considerentur partes diffinientes  
sz q diffinientes sunt tunc habent modum di-  
stinguentis r determinantis. ideo dicitur in tex-  
tu q diffinitio resoluit in singula. si tamen con-  
siderantur ille partes inter se sunt vniuersaliores  
res r prius cognoscuntur cognitione confusa sui-  
is diffinitis. Et per hoc soluitur tertia ratio ante  
oppo. Tertius signum est a toto vniuersali  
sensibili. qz quanto aliquid est magis vniuer-  
sale inter sensibilia tanto est prius notum a sensu  
r secundum tempus r secundum locum. Secun-  
dum tempus patet per declarationem philosophi  
pbis. quia pueri primo vocant omnes homines  
346  
347  
348  
349  
350  
351  
352  
353  
354  
355  
356  
357  
358  
359  
360  
361  
362  
363  
364  
365  
366  
367  
368  
369  
370  
371  
372  
373  
374  
375  
376  
377  
378  
379  
380  
381  
382  
383  
384  
385  
386  
387  
388  
389  
390  
391  
392  
393  
394  
395  
396  
397  
398  
399  
400  
401  
402  
403  
404  
405  
406  
407  
408  
409  
410  
411  
412  
413  
414  
415  
416  
417  
418  
419  
420  
421  
422  
423  
424  
425  
426  
427  
428  
429  
430  
431  
432  
433  
434  
435  
436  
437  
438  
439  
440  
441  
442  
443  
444  
445  
446  
447  
448  
449  
450  
451  
452  
453  
454  
455  
456  
457  
458  
459  
460  
461  
462  
463  
464  
465  
466  
467  
468  
469  
470  
471  
472  
473  
474  
475  
476  
477  
478  
479  
480  
481  
482  
483  
484  
485  
486  
487  
488  
489  
490  
491  
492  
493  
494  
495  
496  
497  
498  
499  
500

mã istõr inferiorũ ẽ s;ta priuationi ad hã priuationẽ mixta  
q; pna est absentia s;ta in s;to apto nato

nõ q; po. mã nõ est ad reatũ supadditõ  
essentia mã nõ mãz s;ta tota s;ta ẽ po.  
ad esse s;tale et ista pna est vna s;ta s;ta

quãtitã patz q; semp eadẽ mãz se  
q; nõ est in mãz hõr inferiorũ nõ  
quãtitã pna

talis vel subiecti sine in esse est minor quā unitas specifica. Ad secundā dicitur q̄ quā materia et privatio distinguantur specificē et rōe. accipitur ratione communiter vt se extendit ad non ens. et non intelligendo q̄ privatio habeat rationem causę distinctam a materia. Ad tertā dicitur q̄ licet materia et privatio sint principia eiusdem rei in numero numerositate essentie sunt tamen principia diversarum rationum particularium inter se. et c.

**Queritur sedecimo. Utrum**

Materia appetat formam. Arguitur q̄ non nam materia non cognoscit formam. ergo si appetit. consequētia tenet. quia appetitus nō fert in incognitū. 2<sup>o</sup> arguitur appetitus naturalis est actus quidam cōsequēs formam virtutem inclinās ad aliquid appetendum vt graue appetit deorsum in quōm per suam grauitatem ad talem locū inclinatur. sed materia se se nō habet aliquem actum. ergo non appetit formā.

3<sup>o</sup> arguitur appetitus est quidā actus. sed ex pura potentia non egreditur actus. cum ergo materia sit pura potentia non potest formā appetere. 4<sup>o</sup> arguitur. si materia appeteret hoc esset quia careret omni forma quod est impossibile. vel q̄ appetit multas formas simul quod etiam est impossibile. vel quia falsitē de forma quam habet et sic querit habere aliam. sed hoc est vanum et ridiculosum. ergo sequitur q̄ materia non appetit formam. **Oppositū** arguit per philosophū in vltimo capitulo huius libri

**Sciendum est primo. q̄ Appetitus**

nihil aliud est q̄ tendētia rei in suum bonum verū vel apparens. Et diuiditur in naturalem et aiālem. Unde naturalis appetitus est inclinatio seu tendētia rei in suum bonum verum sine cognitione particulariter appetētis. licet sit cum cognitione alicuius dirigētis et ordinantis tale particulare. et quia tale dirigētis est infallibile cum sit primum. ideo appetitus naturalis semper est in verum obiectum. nec distinguitur realiter ille appetitus naturalis ab eo cuius est. sed est idem cum potentia appetente.

Sed appetitus animalis est tendētia rei in suum bonum verū vel apparens cum cognitione particulariter appetētis et secundum q̄ duplex est cognitio aiālis scilicet sensitīua et intellectīua secundū hoc est duplex appetitus ipsius scilicet intellectū<sup>9</sup> qui sequitur cognitionē vniuersalem intellectīuā que nominatur voluntas et appetitus sensitīuus qui insequit cognitionē sensitīuam et particulare. et talis appetitus iterū dicitur in appetitum cōcupiscibile. et irascibile.

lem. qui sic inter se differūt. quia irascibilis tendit in bonum sensibile arduum et difficile. sed concupiscibilis fertur in bonum delectabile. De distinctione tamen horum appetituum pertinet ad moralem. Ex quo patet q̄ appetitus sensitīuus est potentia realiter distincta a potentia cognitīua cui<sup>9</sup> ē appetitus. et ratio est. nam potentia cognitīua in se habet bonum appetibile spiritualiter in quod potentia cognitīua intendit realiter. ideo oportet q̄ potentia cognitīua et appetitīua sint realiter distincte. hic autem solum est ad propositū de appetitu naturali quo materia tendit i formā sine cognitione materie particulariter appetētis licet hic mentatur a primo mouente et cognoscēte. quod quidē mouens dedit ipsi materie talem naturā vt naturaliter et per se tendat in formā. Et inde est q̄ Albertus et quidā alii propter talem directionē a primo dixerunt appetitum materie magis esse intellectūalem quā naturā. quia materia dirigitur in formam a primo mouente et cognoscēte per intellectū. et ita voluerunt. isti q̄ appetitus ille sit materie tamq̄ moti directi magis q̄ subiecti. et ita voluerūt nominare tales appetitum intellectūalem et non naturalem. Et confirmā sūū dicitū per hoc q̄ dicit q̄ opus nature est opus intelligentie non errantis. Sed melius videtur esse dicendū q̄ appetitus sortitur nomen et rationem ex parte proximi particulariter appetētis quemadmodum et alie virtutes naturales nomen sortuntur a proxima causa. ideo talis appetitus non sortitur nomen ex parte proximi dirigētis et mouētis. alias cūm appetitus materialis diceretur intellectualis. cum materia sit proximum et particulariter appetētis formā quā nullomodo cognoscit id sequit q̄ ille appetitus debet dici naturalis. Ex quo patet cōtra istos q̄ hōmō appetitus non est materie solū sicut moti et directi sicut sagitta in motu directa a sagitante in signum. Sed ipse appetitus materie est ipsius tamq̄ subiecti proximi et particulariter appetētis. ideo materia non solum dicit ad formā sicut sagitta ad signum a cognoscēte sed sua natura met dicitur ad formā et inclinā sine cognitione talis forme. ideo materiam appetere formā nihil aliud est quā ipsam naturaliter inclinari ad formam tamq̄ ad naturā eius perfectionem. ita tamē intelligendo q̄ hōmō appetitus non sit aliquid distinctus naturaliter a materia. sed solum est respectus et ordo non distinctus a fundamento ad ipsam formam. et hoc insequendo sanctum Thome. nam secundū Albertum inclinatio materie ad formā est essentia forme inchoata in ipsa materia. rōe cuius materia tendit ad formam.

primū  
appetitū  
inimū  
forma.  
des.  
atio

Bothus

lea.  
indign  
nago.

Appetitus  
alioq̄ nātū  
alioq̄ aiālis

alioq̄ sensitīuus  
alioq̄ intellectūuus  
sensitīuus

alioq̄ irascibilis  
alioq̄ concupiscibilis

andrus

Sciendum est secundo qd for

ma multis modis solet nominari secundum multitudinem et considerationem eius. Nam forma potest considerari ut est terminus et finis. et hoc dupliciter. vel secundum qd est terminus motus absolute et sic dicitur quid optimum. vel secundum qd est terminus mouentis. et hoc dupliciter. scilicet sicut quod quietat eius appetitum. et sic dicitur quid appetibile. vel sicut quod intendit ab eo secundum quandam relationem ad primam causam cui aliquantulum assimilatur in esse et sic dicitur quid diuinum. Potest etiam considerari forma sicut quod dat esse. et hoc tripliciter. uno modo sicut quod dat esse simpliciter et absolute. et sic dicitur forma. vel sicut dando esse ut specificat et determinat materiam ad certum gradum entis. et sic vocatur species. vel sicut dando esse et specificando et est principium cognoscendi et sic vocatur ratio. quia hoc est ab ea sumitur ratio dicens quod quid erat esse. Item quia forma que est in materia prius est in mente artificis ut dicitur Plato dicendo quod mundus iste factus est ad similitudinem mundi eterni in mente diuina. Et hoc idem dicitur Boetius de consolatione philosophie metro nono libro tercio sic inquitens Tu cuncta superno ducis ab exemplo. Pulcrum pulcherrimum ipse mundum mente geris. similique ymagine formans. Secundum igitur quod forma est in suo exemplari vocatur ydea. si vero tale exemplar consideratur ut est rei ad similitudinem cuius sit omnis forma entis in materia dicitur paradigma. sed forma in determinata in materia pro ut est similitudo talis forme exemplaris vocatur ymago. et sic patet de nominibus forme. Et quorum nominum declaracione patet quod materia appetit formam. et quod materia per formam que sibi deo est habet assimilari primo quia ipsa forma assimilatur in esse ipsi primo quod quidem esse est vniuersaliusque summa et prima perfectio ut habet secunda propositio de causis. Dis ergo premisis ponitur.

Conclusio responsiua. quod materia

naturaliter appetit formam. probatur quia vnum quodque imperfectum et perfectibile naturaliter appetit suam perfectionem. sed materia sicut se est quid imperfectum cum sit pura potentia. et forma substantialis est eius perfectio. Item vnum quodque dissimile primo enti appetit sibi assimilari. sed materia prima cum sit pura potentia dissimilis est primo enti quod est primum actus. ergo appetit sibi assimilari. sed non potest sibi assimilari nisi per participationem essendi quam habet per formam ergo materia naturaliter appetit formam. et illud dicit philosophus quod materia appetit formam sicut turpe pulchrum et feia vix. quam locutiones Auicenna multum reprobare dicitur quod est propria locutione figurata poetis et non philosophis qui de veritate speculabilium debent loqui absque fictione aliquorum verborum Ad hoc dicitur quod tria ma

teria scilicet per analogiam ad formam solum fit scilicet id ad manifestandum nobis materiam primam omnino insensibilem philosophus conuenienter potuit uti exemplo subiecti sensibili. et sic sua locutione tantummodo est speculatio. sed magis dicitur exemplatiua locutio. Potest etiam dici quod in hoc passu loquitur per contra Plato. nullam ponentes distinctionem inter materiam et primam rationem. et quod philosophus utebatur methaphorice locutionibus assimilatis materiam seie. id contra eum philosophus videtur methaphorice ab eo sumptis. Sed tunc

Dubitatur primo. Utrum

materia appetat formam ratione priuationis Et non debet quod in intellectu priuationis duo includuntur scilicet carentia forme et aptitudo ad eam. dicitur ergo quod materia ratione illius carere non appetit formam sic quod pura carere sit per se principium ipsius appetitus sed solum per accedens. vnde hoc considerando priuationem ipsa bene habet rationem principium eo quod non est ex alio se ad alia sunt ex ipsa ut licet dicit ordinem et non casualitatem. sed materia ratione aptitudinis bene appetit formam. nec talis aptitudo proprie loquendo adueniente forma corrumpit sed magis perficit. vnde sicut saucius Thome. talis aptitudo non est aliquid reale distinctum a materia sed solum ratione. id dicitur quod materia sicut suam naturam appetit formam. Dicit etiam Aucrois quod materia suscitatur per posse. Dicit tamen Albericus quod hec aptitudo seu appetitus est habitualis inchoatio forme supradicta materie et distincta realiter a materia. quia talis inchoatio est eiusdem sentie cum forma. et est ratio ipsius materie eius forma. De ista questione sit in sequentibus locutionibus videbitur. Et si queratur utrum forma appetat materiam dicitur quod non quia forma est actus et perfectio materie modo perfectum non appetit imperfectum. nisi sicut quid et ratione alterius potest ipsam appetere non tamen per se

Ad rationes ante oppositum.

Ad primam dicitur quod appetitus naturalis non est cuius cognitio et particularis appetitus. et licet materia non cognoscat formam tamen dirigatur ab aliquo cognoscente formam. et hoc sufficit. Ad secundam dicitur quod appetitus rei complete in materia et specie insequitur formam. modo materia non est res completa sed est principium. Ad terciam dicitur quod non omnis appetitus est actus. nisi forte sicut non habet modum intelligendi. et ita non oportet quod talis appetitus sequatur formam sed est idem re eius ipsa materia. Ad quartam dicitur quod materia non appetit formam sic quod crearet omni forma vel quod appetat plures formas sicut vel quia vna generet fastidium. sed quia dicitur est sub forma vna actu in ea remanet potentia ad aliam quia quilibet forma est particularis et determinans ipsam ad certum gradum entis. et ipsam facere non potest sicut totus est appetitus. sed sub ea manet in potentia ad omnes alias formas. id appetit omnes alias formas naturales ut per eas perficiatur. Sequitur textus.


Corrumpitur autem. et cetera. L.L.I.

optima.  
appetibile.  
inim.  
forma.  
res.  
ratio

Boetius

lea.  
paradigma  
yago.

ipm s' d' d' n' s' a pot esse in adu' r' p' o' t' e' n' a' est p' p' e' rem d' e' a' h' q' h' s' b' a' e' m' a' s' t' r' o' t' a' f' o' r' e' e' r' a' o' m' n' i' u' q' i' s' t' i' n' c' a' q' u' a' d' m' o' d' u' m' m' a' t' e' f' o' r' t' q' d' d' i' m' i' n' u' s' o' p' t' i' m' u' m' t' r' a' p' p' e' t' i' b' i' l' e' q' u' a' n' t' u' m' q' d' s' e' c' o' r' r' u' m' p' i' t'.



**Queritur Decimoseptimo:**

Utrum materia prima sit ingenerabilis et incorruptibilis. Arguitur primo q non auctoritate Averrois dicentis q materia est que in rei veritate generat. 2º sic arguitur ratione. alud generatur quod procedit de non esse ad esse et de esse in potentia ad esse in actu. sed sic est de materia. ergo. 3º sic materia habet aliud et aliud esse successive. cu ergo generatio sit via ad esse sequitur q materia generatur. assumptu patet. quia materia successive habet aliam et alia forma. modo alia et alia forma dat aliud esse. In oppositu est actor in fine huius primi Pro responsione ad questum.

**Sciendum est primo q materia prima accepta secundum sua potentia. id est secundum suam naturam per accidens generat et corrumpitur. Patet quia materia est semper privationi admixta. privatio autem corrumpitur et abiicitur adveniente forma contraria. ergo materia faciens unum numero cum privatione per accidens corrumpit et generatur pro quo est subiectum privationis.**

**Conclusio prima materia**

Quum ad esse in actu generatur et corrumpitur ex consequenti. sed non per se primo. Prima pars patet per ultimam rationem factam ante oppositu. nam materia ad generationem totius compositi ex consequenti generat eo q idem est esse totius et partis. et etiam ad corruptionem compositi ex consequenti corrumpit pro quo habebat esse in composito ex cuius corruptione desinit esse in illo. Secunda pars per quoniam materia non est subsistens neqz habet esse nisi per se primo est in composito cuius est pars. cum ergo generatio sit via ad esse sequit q illud quod habet esse ex consequenti et in altero generatur in altero ex consequenti et per alteru. huiusmodi est materia

**Conclusio secunda. et responsalis ad questu.**

Materia secundum suam potentiam siue naturam est per se ingenerabilis et incorruptibilis. Probatur. qz in omni fieri aliquid subici. illud autem quod subicitur in generatione est materia. ergo si materia generetur per se q materia subiciat generationi materie. et sic materia erit antequam fiat vel erit procedere in infinitum in materis. Et similiter arguit q sit per se incorruptibilis secundum suam naturam siue secundum suam potentiam. qz omne quod corrumpitur resolvit in aliquod ultimum quod ulterius non est resolvable in aliud. ergo si materia per se corrumpat ipsa resolvit in materiam. et sic erit materia postquam corrupta erit vel erit processus in infinitum in materis quod est impossibile. Relinquit ergo q materia secundum suam naturam est semper ingenerabilis et incorruptibilis.

Et iste due rationes fundantur in ratione siue definitione materie prime posita in textu q talis est Materia prima est subiectum unicumque primo ex quo fit aliquid cum per se insit et non habet accidentem. et si aliquid corrumpat in hoc abiicit ultimum. Per primam partem denotat q materia est primum principium in constitutione rei. et per ultimam particulam q est ultima in resolutione. et etiam per istas duas partes excluditur elementa que etiam generantur ex materia et continentur in materia. Sed per hoc quod dicitur ex quo fit aliquid cum insit per se et non habet accidentem excludit privationem que nec in re facte nec etiam ex ea sit res per se sed per accidentem solum. Considerandum autem est circa predictas rationes q solum probat materiam esse ingenerabilem et incorruptibilem per naturam materie scilicet per motum et transmutationem. sed non probat quum materia sit producibilis et producta ab aliquo per creationem. nam per virtutem primi agentis potest aliquid fieri ex nihilo et etiam in nihil redigi. eo q sua actio est sua essentia. et suum esse idem est cum sua essentia. Ideo non requirit aliquod subiectum in quod recipiat sua actio sicut in agentibus creatis actio est accidentalis et requirit subiectum in quod recipiat sua actio. id nullum agens naturale potest producere aliquem effectum nisi presupposito aliquo subiecto respectu cuius non potest habere causalitatem. cum etiam ipsa prima causa sit in finite virtutis potest attingere extrema contradiccionis inter que est infinita divinitas. et ita de nihilo potest aliquid facere simpliciter quod tamen non contingit in agentibus creatis que sunt finite virtutis. et hec materia latius declarabitur in octavo huius.

**Conclusio Tertia. Forma**

non est per se generabilis et corruptibilis. sed solum ex consequenti. Prima pars per se per eandem rationem per quam probatum est q materia primum ad esse non est per se generabilis et corruptibilis. qz forma non est per se subsistens loquendo de forma que est altera pars compositi. nec est ens completum et ita non habet esse per se. ergo non est per se generabilis. Item ostendit quod per se et primo generat generat ex aliquo presupposito quod generatione completa est pars illius quod generat. si ergo forma per se generaret oportet q forma esset antequam esset. vel q esset composita ex materia et forma quorum utrumque est impossibile. Secunda pars probatur. qz forma est pars essentialis compositi exstantis et habentis per se esse. ergo forma generat et corrumpit ad generationem et corruptionem presuppositi. et idem ipsa forma generat et corrumpitur ex consequenti.

**Conclusio quarta Compositum**

est illud quod generat per se et etiam quod corrumpit. Probatur. qz generatio est via ad esse. ergo eodem modo convenit alicui generari quod sibi convenit esse. sed ipsi composito dicit esse tanquam ei quod est per se et per se dicit forme nisi tanquam ei quod compositum est illud quod per se generat et partes eius ex consequenti generant.

si non est subsistens  
habet esse per se  
in composito

substantia

officium  
in parte  
officium

quod

quod

partem  
compositi

non quod agit aliud agens sequit esse q non est primo  
agens quod est primo esse. non sit receptum in  
receptibile in alio sicut per se subsistens in  
suo agit non regit aliud sicut in q recipiat  
non potest fieri aliud in nihilo.

Compositum est quod  
est finis  
in parte  
quod.



Item omne generans intendit facere aliquid  
 tale quale ipsum est. nam omne agens agit sibi si-  
 mile in quantum potest. sed generans particulare  
 est compositum per se subsistens. ergo intendit ge-  
 nerare compositum per se subsistens. et per conse-  
 quens compositum est terminus generationis et  
 intentionis generantis. **S**3 quereret aliquis  
 utrum phificus debeat presupponere a metaphi-  
 sico compositum substantiale esse compositum.  
 Avicenna respondet qd sic et in hoc reprehendit  
 ipsum Averrois. sed Albertus dicit qd sua reprehen-  
 sio non caret reprehensione. nam principia cons-  
 tituentia compositum que sunt materia et forma  
 sua dupliciter possunt considerari. Uno modo  
 in ratione actus et potentie secundum quez mo-  
 dum constituunt compositum in esse substantia-  
 li absolute. et hoc modo compositum pertinet  
 ad metaphisicum et materia et forma ab eo pre-  
 supponuntur. Alio modo possunt considerari  
 materia et forma in ratione nature prout scilicet  
 sunt principia motus et mutationis que requi-  
 runtur uniuersaliter ad constitutionem composi-  
 ti quod constituunt in esse naturali et non in esse  
 substantiali absolute et hoc modo phificus ma-  
 teriam et formam considerat et etiam compositum  
 nec hoc modo presupponit a metaphisico com-  
 positum substantiale esse compositum. Metaphi-  
 sicus enim considerat compositum put ha-  
 bet esse per formam absolute. nam forma est prin-  
 cipium rei absolute quantum est ex parte sui. mate-  
 ria autem et priuatio sunt principia rei natura-  
 lis secundum que per viam motus generatur.  
 Et inde est qd phisus in hoc passu non reprobat  
 errores antiquorum provenientes ex parte forme  
 sicut reprobat errores provenientes ex parte  
 materie et priuationis. ideo dicit phisus in tertio.  
 qd considerare utrum principium formale sit unum  
 vel plura pertinet ad primam philosophiam. quia  
 forma dat esse simpliciter rei. et metaphisicus  
 esse rei simpliciter considerat. sed phisicus con-  
 siderat res mobiles. ideo posterius hoc est in li-  
 bris sequentibus determinabit phisus de rebus  
 generabilibus et corruptibilibus et de formis  
 secundum que sunt principia motus et mutationis

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur qd si Averrois intel-  
 lerit materiam quantum ad eius potentiam et natu-  
 ram per accidens generari et corrupti. aut quantum  
 ad actum essendi generari et corrupti ex  
 consequenti in hoc bene dixit. Si vero intellexit  
 materiam quantum ad suam essentiam per se  
 generari et corrupti. tunc auctoritas sua est re-  
 darguenda. Sed verisimile est qd intellexerit ma-  
 teriam corrupti et generari per accidens et ex  
 consequenti ut verba sua sonant. cum dicit qd

materia in rei veritate generatur. id est in entima  
 te compositi cuius est pars. quasi velit dicere qd  
 generatur ad generationem compositi ex conse-  
 quenti. Ad secundam dicitur qd materia non  
 procedit de non esse ad esse sic qd tale esset ipse  
 materie primo. sed procedit de non esse ad esse  
 quod habet in composito cuius est pars. Et si-  
 militer dicitur ad tertiam qd ipsa arguit pro pri-  
 ma conclusione. sed auctoritas allegata est pro  
 conclusione responsali.

**Queritur decimo octavo.**

Utum forma substantialis ante generationem  
 rei cuius est forma sit in materia secundum esse  
 formale formabile. Arguitur primo qd non.  
 indivisibile ubi est totum est. et cum omne esse sub-  
 stantiale sit indivisibile. ergo si forma substan-  
 tialis que dat esse substantiale esset in materia  
 ante generationem rei sequeretur qd esset ibi to-  
 taliter. et per consequens ab efficiente nihil esset  
 ibi ipsius forme. Sequeretur ulterius qd agen-  
 tia naturalia non facerent nisi remouere contra-  
 rias dispositiones ut forma que est in materia  
 secundum esse occultum et latens duceretur ad  
 esse manifestum et apprensibile. Ex quo sequitur  
 ulterius qd nihil fieret simpliciter sed solum secu-  
 dum quid et destrueretur omnino generatio sub-  
 stantialis. quia generatio nihil aliud esset quam altera-  
 tio. quia quicquid accidit enti in actu est accidens.

2o sic. si forma esset in materia ante generatio-  
 nem rei sequeretur qd ipsa forma substantialis esset in-  
 tensibilis et remissibilis. per contrarium. quia sic forma  
 substantialis preesset in materia sicut esse imperfectum et  
 distinctum per motum naturalem. et cum in omni motu  
 naturali sit principium medium et finis sequeretur qd  
 forma substantialis in principio motus haberet  
 esse minus perfectum quam in medio. et in medio  
 in fine. et ita interderetur et remitteretur. Ex  
 hoc sequeretur ulterius qd inter duo contradictoria  
 esset dare medium. scilicet inter esse simpliciter et non  
 esse simpliciter. **A**d 3o arguitur primo. dicitur  
 prius qd ex non albo fit albus et non ex quocumque  
 non albo. sed ex illo non albo quod est in potentia  
 ad albus sicut est nigrum. sed hoc non esset nisi in ta-  
 li non albo esset inchoatio forme albedinis per  
 quam inchoatione in illo non albo esset potentia ad  
 albedinem et non ad aliam formam. si enim in mate-  
 ria non poneretur aliqua determinatio indiffe-  
 rens esset ad quilibet formam. ergo forma preesse-  
 in materia ante generationem rei. **I**tem 2o nihil  
 educitur de illo in quo non preest. sed forma edu-  
 citur de potentia materie. ergo ante eius educationem  
 non habebat aliquod esse in materia. **3o** nisi  
 forma preesset in materia sequeretur qd ipsa forma esset  
 totaliter ab extra ab efficiente quod est contra phi-  
 losophos et omnes peripateticos.

ad oppositum arguit.

LLZ.

le  
 is  
 p  
 is  
 er  
 u  
 ia  
 u  
 is  
 to  
 it  
 es  
 ut  
 m  
 re  
 in  
 er  
 li  
 q  
 ra  
 m  
 ea  
 to  
 est  
 i  
 cu  
 m  
 u  
 li  
 is  
 de  
 a  
 as  
 se  
 sele  
 rs  
 et  
 m  
 re  
 is  
 21  
 20  
 of  
 ia  
 oz  
 o  
 pi  
 l  
 u  
 o  
 o  
 n  
 d  
 e.

2 quod  
 nigrum  
 est  
 simpliciter

4<sup>o</sup> sic in omni motu est aliquid fluens de termino a quo ad terminum ad quem cum motus nihil aliud sit quam fluxus inter duos terminos. ut ergo materia fluit vel forma. non materia quia tunc materie esset materia et potentie potentia et in omni motu essent duo fluxus unus ad esse materie et alius ad esse forme que sunt impossibilia. oportet ergo quod forma sit fluens de esse imperfecto ad esse perfectum et per consequens oportet ipsam esse in materia secundum esse imperfectum. 5<sup>o</sup> sic omnis motus fit ratione alicuius indigentie sed materia mouetur ad formam ergo indiget forma. indigentia autem non est nisi respectu illius quod natum est inesse. ergo forma nata est inesse materie. et non nisi per aptitudinem existentem in materia que quidem aptitudo est aliquid ipsius forme ergo et sic licet materia appetit formam et non illam quam habet sed illam quam non habet. et non illam quam non habet absolute appetit nisi in quantum apta nata est habere eam. sed talis aptitudo non est nisi per hoc quod forma aliquo modo preest in materia ergo et sic. 7<sup>o</sup> sic omnis appetitus fit ratione alicuius similitudinis. sed similitudo est relatio fundata in unitate forme. cum ergo materia appetat formam oportet aliquid preesse in materia per quod materia assimilatur forme ratione cui appetat formam. 8<sup>o</sup> sic materia est principium generationis quemadmodum mater. sed mater non concurret pure passive ad generationem ymo habet principia confusa et indeterminata que tacta per virtutem agentis ducuntur ad determinatum actum unius forme. 9<sup>o</sup> neque materia et per consequens in materia est aliquid forme. 10<sup>o</sup> sic materia appetit formam sicut turpe bonum. sed turpitudine non est causa appetendi bonitatem ergo oportet ponere in ipso turpi aliquid bonitatis ratione cuius appetat bonum. ultimo sic ex semine asini generatur asinus et non aliud. sicut ex semine oliue generatur oliua. sed hoc non esset nisi in ipsis seminibus preessent forme educende de materia per quas materia ordinatur ad illas formas et non ad alias ergo et sic. Pro responsione.

**Sciendum est primo et primo** erunt duo puncta. In primo ponitur positio Alberti ponentis inchoationem formarum in materia cuius opinionis apparentie tacte sunt post oppositum. In 2<sup>o</sup> ponitur opinio doctoris sancti negantis huiusmodi inchoationem formarum. et etiam soluentur rationes facte post oppositum. Pro responsione primi puncti.

**Sciendum est Secundo.** quod circa productionem formarum substantialium philosophi diuisi sunt in tres sectas. Quidam enim posuerunt formas substantiales totaliter esse ab

intra. Et consequenter dixerunt agentia naturalia nichil aliud facere quam remouere contrarias dispositiones ut forma preexistens in materia in esse occulto duceretur ad esse manifestum. et dabant exemplum de lapide precioso existente in luto. et de ferro rubiginoso quorum splendor occultatur per lutum et rubiginem. sed terso lapide precioso et remoto luto apparet eius splendor. et limato ferro apparet eius claritas. Primus autem huiusmodi opinionis fuit Anaxagoras qui posuit quod libet secundum actum esse in quolibet. Alii vero dixerunt formas substantiales totaliter venire ab extra ymaginantes quod agentia naturalia non faciunt nisi disponere materias ad suscipiendum formas substantiales et immediate post dispositionem materie datur formarum qui est substantia intellectualis assistens specie generabili secundum Auicennam influit formas substantiales in materia sic disposita per agentia naturalia. Plato vero dicebat quod forme substantiales deriuantur ab ydeis separatis que participatur a materia propter dispositionem factam per agens naturale. et ita huiusmodi opinionis primus auctor fuit Plato quem insequitur Auicenna pro parte. Sed peripatetici quorum princeps fuit Aristoteles mediam viam tenuere. dicentes formas partim ab extra et partim ab intra esse. quod non est sic intelligendum quod forma habeat partem et partem et quod una pars eius sit in materia et alia pars veniat a generante. hoc enim non potest esse cum forma sit simplex et indiuisibilis. sed est intelligendum quod forma est tota ab intra et tota ab extra hoc diuersa esse ipsius forme. quia secundum esse potentiale diffusum et indeterminatum ad certam speciem entis est tota ab intra sed in materia. sed hoc esse distinctum et determinatum ad certam speciem est tota ab efficiente extrinseco. Ex quo patet quod agens naturale non agit ad producendum essentiam forme: cum tota essentia eius preexistat in materia. sed agit ad educendum formam que erat in materia hoc esse diffusum et indistinctum ad esse actuale determinatum et ad certam speciem entis quod quidem esse hoc sit ipsius forme tanquam cause formalis est tamen ipsius totum. oppositum tamen eius quod est per se terminus generationis et intentionis generantis. nam generans intendit generare oppositum et non formam nisi ex nihilo. Sed pro ampliori intellectu huiusmodi positionis.

**Sciendum est tercio.** quod sicut est de genere et differentiis respectu specierum constitutarum sub genere ita est de materia et formis naturalibus respectu formarum generalium. Genus autem est forma generalis imperfecta et non determinata ad aliquod esse specificum. sed determinatur per differentiam sibi additam quam in differentiam pertinebat genus in diffusionem sue partium. nam in genere pertinet omnes dicitur. sed nullam pertinet actum

genus continet differentias in partibus

Albertus.

et proportionaliter in materia est forma generalis continens essentialiter in sua potentate omnes formas specificas. et tamen non est determinata ad aliquod esse specificum. sed determinatur per virtutem agentis inducentis de tali habitu confuso formam specificam determinatam tale habitum confusum ad determinatum esse specificum. et ita non est differentia nisi quia materia non est forma generalis sicut genus. sed primum subiectum formarum in quo quidem subiecto est quidam habitus confusus continens omnes formas naturales. qui quidem habitus si accipitur in prima sua potentia accipitur per modum generis remoti. et hoc modo indeterminate continet omnes formas. sicut genus generalissimum indistincte continet omnes differentias. et iste habitus confusus per dispositiones agentium naturalium distinguitur et efficitur vicinior formis specificis. et sicut genus determinatur per differentiam ad unam speciem distinctam et non ad aliam. ita ille habitus confusus per actionem agentis naturalis determinatur ad unam speciem et non ad aliam. et proprie illa forma inchoata in materia per virtutem unius agentis naturalis educi potest. ideo proprie forma asini est inchoata in semine asini et non in alia forma. et licet iste habitus confusus sit coeternus materie prime et concreatus materie nec sit generabilis et corruptibilis sicut materia. tamen essentialiter distinguitur a materia. sed non distinguitur a formis specificis per essentiam. sed solum per esse. nam talis habitus confusus non potest dare esse. sed oportet quod semper sit distinctus per aliquam formam specificam. Tunc sit.

**Conclusio prima pro isto puncto.** Forme non sunt totaliter ab intra. Hanc conclusionem probant argumenta post oppositum facta.

**Conclusio secunda.** Forme non sunt totaliter ab extra. Patet quia oportet ret omnes formas esse per se subsistentes. quia nihil est per se producibile nec potest terminare actum productionis nisi sit actu subsistens. ergo omnes forme essent in corruptibiles sicut anima rationalis quod est falsum.

**Conclusio tertia.** Forme naturales sunt partim ab intra et partim ab extra. Patet satis conclusio ex dictis. Nunc solvuntur de sunt rationes facte ante oppositum. Ad primam dicendum est quod indivisibile ubi est totum est. sed non totaliter. ideo dictum est quod forma est tota ab intra et tota ab extra. sed non to

taliter. et per hoc patet solutio ad alia inconuenientia. Ad secundam dicitur quod intensio et remissio sunt accidentia forme iam determinate in materia et specie. modo ante generationem rei forma existens in materia non potest esse determinata ad aliquam speciem et ita non est ibi intensio et remissio. Ultra dicitur quod generatio substantialis est permixta alterationi. et ratione alterationis ibi est intensio et remissio. et ideo intensio et remissio. et magis et minus sunt ex parte qualitatum et non sunt in formis substantialibus. Et hec de primo puncto. Quantum ad secundum punctum.

**Sciendum est quarto** Cum

doctore sancto in suo tractatu de materia prima et de dimensionibus interminatis quod forma tripliciter inuenitur esse in materia. Unomodo in potentia remota. ita quod in materia nihil est de ipsa forma nec de dispositionibus ad formam. sed solum est in potentia passiva materie ad formam que quidem potentia passiva dicitur habitus qui ducitur ad terminum generationis per agens et hoc modo forma ignis diceretur esse in potentia in materia aque nullo modo alterate nec disposita ad formam ignis. 2º modo forma reperitur in materia disposita ad formam per qualitates connaturales ipsi forme absque hoc tamen quod aliquid essentie ipsius forme substantialis sit in ipsa materia sine hoc etiam quod in ipsa sit aliqua vis actiua educens talem formam de ipsa materia ad actum. et hoc modo forma ignis est in potentia in materia aque calefacte. 3º modo forma inuenitur in potentia materie non solum secundum potentiam passiuam nec solum secundum dispositiones accidentales. sed etiam in potentia actiua. et hoc modo forme substantialis sunt in seminibus sicut forma oliue est in semine oliue et forma asini in semine asini. non quod in seminibus sit ipsa essentia forme educende. sed ibi solum passive et effectiue et non formaliter pro quanto in tali semine est materia apta ad formam et etiam est vis formatiua impressa ab agente que per virtutem generantis quam gerit habet vim ad educendum formam de potentia materie et ad disponendum ad talem formam et ita secundum hunc doctorem non nisi istis modis forma substantialis dicitur esse in materia. in potentia ante generationem rei cuius est forma. Est tamen aduertendum quod aliter dicendum est de formis substantialibus et accidentalibus. Nam forme accidentales per se sunt acquisibiles per motum et secundum suam essentiam sunt in principio motus et etiam in mediis usque ad terminum. motus tamen procedendo

*Ter. inuenit for. in ma.*

de imperfecto ad perfectum. forme vero substan-  
tiales ante terminum motus non sunt essentia-  
liter in motu sed solum secundum suas disposi-  
tiones et incipiunt esse in termino motus.

**Conclusio responsalis. Cum**

doctore sancto. Forma substantialis ante gene-  
rationem rei cuius est forma non est in materia  
secundum esse formale formabile. Hanc conclu-  
sionem probant rationes facte ante oppositum  
Probatur etiam aliunde. De ratione forme sub-  
stantialis e dare esse simpliciter. si ergo forma sub-  
stantialis est in materia secundum essentiam se-  
quitur qd ipsa dat esse simpliciter materie et per  
consequens quicquid aduenit post est accidens  
et ita destrueretur omnis generatio substantia-  
lis. et omne fieri esset alterari et ponebant anti-  
qui philosophi. Item esse substantiale est pri-  
mum et perfectissimum. ergo oportet qd sit unum  
et indivisibile et per consequens non potest reci-  
pere variationem penes consulum et dilin-ctus  
alias videretur qd inter contradictoria esset me-  
dium. Item ad hoc posuit Albertus inchoa-  
tionem formarum in materia vt generatio rei  
substantialis sit a principio intrinseco coadiu-  
vante agens extrinsecum active ad distinctio-  
nem materie ad formam. sed hoc est impossibi-  
le. ergo non sunt ponende inchoationes forma-  
rum. Minor probatur dupliciter. Primo quia  
nihil agit nisi secundum qd est in actu. modo for-  
ma sic secundum esse inchoatum non est in ac-  
tu completo cum tale esse sit potentiale et apti-  
tudinale. ergo talis forma inchoata non potest  
esse principium actuum. Secundo actiones sunt  
singularium et suppositorum et substantiarum. cu-  
ergo talis forma non sit subsistens sequitur qd  
non potest agere circa ipsam materiam disponen-  
do ipsam et educendo ipsam de potentia mate-  
rie in actum. alias idem concurreret ad genera-  
tionem sui ipsius quod est impossibile. Et tamen  
tenendo hac opinionem solvende sunt rationes  
facte post oppositum. Ad primam concedit  
qd ex quocumq; non albo non fit album. sed ex  
non albo quod est in potentia ad album. in po-  
tentia quidem quodammodo disposita ad albu-  
nam in potentia contrariorum est eadem dispo-  
sicio communis ambobus contrariis quod non  
invenitur in disparatis. sed tamen non oportet  
in ipso non albo ponere aliquam albedinem per  
quam ipsum non album sit in potentia ad al-  
bum. Ad secundam dicitur qd cum dicitur  
formam educi de potentia materie illa locutio  
est metaphorica et sumpta ex dictis Platonis.  
nam illud dicitur proprie educi de aliquo quod  
prius erat in illo et ponitur in alio. non autem  
sic educatur forma de potentia materie. sed educi

tur secundum quandam similitudinem prout  
dicitur esse aliquid educit de aliquo qd non  
est in eo eomodo quo prius erat. et ideo forma  
existens prius in potentia materie passiva post  
generationem actu existens in materia dicitur  
educi de potentia materie. Ad tertiam nega-  
tur consequentia. nam materia est in potentia  
naturali ad formam. et ideo partim est ab extra  
et partim ab intra pro quanto est in potentia ac-  
tua agentis. Ad quartam dicitur qd in ac-  
cidentaliter motu forma est in principio motus se-  
cundum essentiam et fluit usq; ad terminum mo-  
tus de imperfecto ad perfectum. Sed in ge-  
nerationibus substantialibus forme substantia-  
les non sunt nisi in termino motus quibus ha-  
bitis cessat. et solum est fluxus secundum for-  
mas accidentales que sunt dispositiones ad for-  
mas substantiales. Ad quintam dicitur qd  
materia indiget forma et apta nata est habere  
eam. sed illa aptitudo non est aliquid ipsius for-  
me in potentia materie. imo est idem realiter cu-  
ipsa materia si sit potentia propinqua ad formam  
est aliqua forma accidentalis inducta ab agen-  
te. vel aliqua vis unitiva aut aliquid huius-  
modi et non essentia forme. Et ex hoc patet solu-  
tio ad sextam. Ad septimam dicitur qd du-  
plex est similitudo vt sufficit ad propositum. que-  
dam est proprie dicta que est fundata in uniti-  
tate forme. et in tali similitudine non fundatur  
appetitus materie. Alia est similitudo impro-  
prie dicta que est fundata in unitate proportio-  
nis. et appetitus materie fundatur in tali pro-  
portione. nam ex eo qd materia de sua natura est  
potentia substantialis habens proportionem et  
analogiam ad formam substantialem que de  
sua natura est actus substantialis. Ad octa-  
vam dicendum est qd non est omni moda simili-  
tudo inter materiam et matrem. manifestum est  
enim qd mater est principium extrinsecum rei ge-  
nite sicut pater. materia vero non est principium  
extrinsecum. sed intrinsecum. Ad nonam  
dicitur qd turpitudine non appetit bonitatem. sed  
subiectum turpitudinis quod est bonum appes-  
tit bonitatem. non quidem bonitatem quam  
habet. sed bonitatem qua caret. Unde minus  
bonum appetit minus bonum et id quod pos-  
test habere appetit eam. Ad vltimam patet  
solutio ex dictis. dicitur enim qd in semine a  
sini est vis activa derivata a generante que ge-  
nit virtutem ipsius generantis. et finaliter dispo-  
nit materiam ad formam. et forma adueniente  
corruptur illa vis generativa. et ita forma non  
est in semine secundum suam essentiam. sed est  
ibi solum in potentia passiva materie et in po-  
tentia activa agentis.

Albertus.

pro intelligentia eorum qd dicitur sit hic de inchoatione forme ponende sit alij pponer sim mato s. bodono  
reale sentia sui vel sue pte ad hunc idem opus dicitur alio formachiducend inchoatione materia  
ante quodam oportet qd esse in ma p reale pntia e falsa. 2a pntio e qd tota entra forme  
dicitur pcedit in po. ma sic effectus in sua causa sub uatana. ut hi est intelligend qd pcedat  
pntio e actuali. si sim esse potentiale. ha pntio e qd essentia ma posse sumpta ut illa non sumpta  
illu. tunc for. pcedit in ma no p alio sue essentia. si p causa sue essentia ut sic ma pot. ad inchoa-  
to forme. h pntio pcedat qd sit inchoatio oportet qd forme. ma dicitur qd inchoatio oportet tunc p ma pars  
eius. vbi inchoatio forme no tunc pars eius alio alio essentia illu p tunc fundamentu sui o e p.

Rationes facte ante oppositum sunt pro ista opinione.

Queritur Decimonono.

Utrum in materia omnium generabilium et corruptibilium, ante omnem formam, substantialem ponende sint dimensiones interminate ipsi materie prime coeternae. Et arguitur primo q non, quia si sic cum tales dimensiones essent accidentia sequerentur multa inconuenientia. Primo sequeretur q forma substantialis non esset actus primus materie. Secundo sequeretur q compositio secunda precederet primam. Sequitur q forma substantialis aduerteret enti in actu et per se esset accidens.

4.° sequeretur q forma substantialis vniret materie prime per medium accidentale. et per se esset q ex materia et forma fieret vnus per accidens. hec aut omnia sunt inconuenientia, ergo tales dimensiones interminate non sunt sic ponende.

In 2.º de aetheris i libro de substantia orbis h.º probans multis rationibus, quax alique ponunt in corpore questionis, videlicet q huius dimensiones ponende sunt in materia ante omnem formam substantialem. Pro responsione.

Sciendum est primo q qui

dam posuerant qritates in composito substantiali ratione materie tantum, ita q quantitas sequitur materiam secundum eos, et ad hoc ponendum vtebantur sufficientia predicamentorum, in qua dicit q quantitas inest ratione materie et qualitas ratione forme. Sed contra hoc arguit, q si materia esset tota causa quantitates sequeretur q quorum materia est eiusdem rationis eorumdem esset eadem qritas, cum ergo in omnibus generabilibus materia sit eiusdem rationis vt dictum est prius, sequeretur q omnia generabilia essent eiusdem qritatis quod falsum est. Item Aristoteles in 2.º de aia dicit q in omnibus viventibus positus est certus terminus augmenti et decrementi ab aia que est forma corporis, ergo materia non est totale principium qritatis. Item materia secundum se est in pura potentia, ergo ab ea immediate tanquam a totali causa non potest accidens aliquod originem trahere. Item Aristoteles dicit q ex vno pugillo terre sunt centum aeris et non nisi decem aque, sed si materia esset tota causa qritatis cum eadem sit que primo est sub vno pugillo terre et postea sub decem aque et deinde sub centum aeris, non posset assignari ratio talis diuersitatis, relinquitur ergo q hec positio est falsa.

Sciendum est Secundo q

Auicenna posuit qritatem in composito substantia

tiali sequi formas corporeitatis, non q qritas secundum esse determinatum in specie et indiuiduo sequat formam corporeitatis, sed q aptitudo ad actualem trina dimensionem sequit formam corporeitatis, et actualis trina dimensio determinata figura et in esse specifico sequit formam specificam et ipsa actualis trina dimensio determinata ad hoc esse particulare vel illud sequit esse completum indiuidui. Et posuit Auicenna formam corporeitatis communem omnibus generabilibus et corruptibilibus et esse distinctam a formis specificis, ita q secundum eum cum ex aere sit aqua vel e converso manet eadem corporeitas secundum essentiam, sed variatur secundum esse, quia aliud et aliud habet esse sub forma aeris et aque, et eum insequit Albertus in ista positione. Et q sit ponenda huius forma corporeitatis distincta a formis specificis et manens semper in materia pbatur multis rationibus.

Primo sic dicitur 2.º de anima q anima est actus corporis organici phisici, sed corpus de genere substantie non est corpus nisi per formam aliquam substantialem, ergo in animatis preter formam specificam que dat esse specificum ponenda est forma corporeitatis distincta ab ipsis et per consequens erit ponenda in aliis corporibus inanimatis. Item animal mouet se ipsam, sed omne mouens seipsum diuiditur in partem per se mouentem et partem per se motam, pars autem per se mouens est anima, et pars per se mota non potest esse materia nuda, quia vt habetur 5.º huius, materia nuda moueri non potest, ergo in parte per se mota ponenda est aliquid modo forma substantialis distincta ab ipsa anima, talis autem forma non est nisi corporeitas, ergo. Et hec positio est probabilis et rationalior prima.

Sciendum est tertio, q Auer

rois in libro de substantia orbis distinguit duplicem quantitatem siue dimensionem. Quedam est interminata ad certam magnitudinem et paruitatem et ad certam figuram, et secundum ipsam talis quantitas est propria materie prime et inseparabilis ab ea et precedit omnem formam substantialem in materia. Alia est quantitas siue dimensio terminata ad certam magnitudinem vel paruitatem et ad certam figuram, et talis determinatio quantitatis sequitur formam specificam per quam vnaqueque res naturalis determinata est ad maximum et minimum, et habet determinatam figuram, ideo videmus q ea que sunt eiusdem speciei communiter sunt eiusdem figure. Vnde magnitudo et figura maxie attestant vnitatem vel diuersitatem speciei ideo q aliquid

declarat opinionem

est scilicet

est scilicet

distinto

est scilicet

est scilicet

est scilicet

Auer

qritas in

qritas in

L. L. A.

Liber primus.

dixerunt magnitudines esse principia materialia rerum corporearum et figuras esse principia for-  
malia earundem. et de ista positione Averrois. *aplicat.*  
tum ad hoc quod ponit dimensiones interminatas  
in materia ante omnem formam substantialem  
facienda est in presenti questione disceptatio in  
qua erunt quinque puncta. In primo declarabi-  
tur opinio Averrois. In 2.º contra ipsam ponent  
rationes eorum qui tenent positionem Avicenne  
et Alberti. In 3.º secundum illos solventur ratio-  
nes Averrois. In 4.º ponentur rationes quorum-  
dam volentium defendere positionem Averrois  
et solventur rationes eorum. In 5.º respondetur  
ad quesitum secundum opinionem sancti Thomae.  
Quantum ad primum ponitur.

**Conclusio prima secundum**

mentem Averrois. Dimensiones interminate  
necessario precedunt omnes formas substantia-  
les in materia generabilium et corruptibilium.

Probatur quia forme naturales dividuntur  
per suum subiectum quod est materia. ergo omne sub-  
iectum susceptibile formarum esse divisibile. sed  
materia non est divisibilis nisi per quantitatem. *g.*  
in materia ante omnem formam substantialem po-  
nenda est quantitas et non terminata ut postea pa-  
tebit. ergo interminata. Item una forma sub-  
stantialis non suscipitur in tota massa materie:  
sed in una parte materie. et ita recipitur in ma-  
teria partita. materia autem non est partita nisi per  
quantitatem. ergo in materia ante omnem formam  
substantialem ponenda est quantitas sive dimensio.

**Conclusio secunda. Dimen-**

siones terminate sequuntur formas substantiales  
in materia particulari. quia secundum diversitatem  
specierum diversificantur magnitudines et parvi-  
tates et etiam forma. ergo dimensiones terminate  
sequuntur formas específicas: et quantitas termi-  
nata est quantitas perfecta. sed accidens quantum  
ad suum esse completum consequitur esse completum  
sui subiecti. subiectum autem non habet esse comple-  
tum nisi per formam substantialem. igitur.

**Conclusio tertia materia non**

est separabilis a dimensionibus interminatis.  
quia omne quod corrumpitur a suo contrario  
corrumpitur. sed dimensiones interminate nulli  
contrariantur. ergo a nullo corrumpuntur. ergo  
etiam. Item si forma substantialis non adue-  
niret alicui parti materie et ita sequeretur quod non  
esset multitudo individuum in una specie quod  
sunt inconvenientia. Et illis sic determinatis  
dat Averrois differentias inter formas corporum  
celestium et formas generabilium et corruptibi-  
lium. Prima differentia est quia forme genera-  
bilium dividuntur ad divisionem materie. non autem

forme corporum celestium. **Alia differentia**  
est quia forme generabilium insunt materie me-  
diante dimensionibus interminatis non autem  
forme corporum celestium. **Tertia differentia**  
est quia forme generabilium moventur ad  
motum suorum subiectorum ut anima movetur  
motu sui corporis. sed forme celestium non mo-  
ventur ad motum suorum subiectorum. **Ex**  
istis inferuntur quod corpora celestia sunt genera-  
bilia et incorruptibilia. sed corpora inferiora sunt ge-  
nerabilia et corruptibilia. Et hec de isto primo  
puncto in quo breviter fere continentur omnia  
que dicit Averrois de dimensionibus intermi-  
natis. **Quantum ad secundum punctum** sequen-  
do Avicennam et Albertum. Arguitur primo sic.  
contra positionem Averrois. Primum habet in pre-  
dicamentis quod destructis primis substantiis im-  
possibile est aliquid aliorum remanere. ergo non  
possunt remanere dimensiones interminate in  
materia post rerum corruptiones. 2.º sic in se-  
cundo habetur quod subiectum generationis non  
occupat locum. sed materia cum dimensionibus  
interminatis occupat locum. ergo etiam. **Item** si  
dimensiones interminate precedant formam  
substantialem in materia. et dimensiones termi-  
nate sequantur eam sequuntur et realiter distingun-  
tur. et sic in eodem composito essent due latitudi-  
nes et fieret penetratio dimensionum quod est im-  
possibile. **Item** si dimensiones interminate  
necessario requirerentur ad esse vel fieri rei na-  
turalis deberet poni principium rerum natura-  
lium quod esset contra Aristotelem. ergo etiam. **Item**  
contra ipsam possunt fieri inconvenientia ante opo-  
positum. et ita Avicenna voluit quod omne acci-  
dens sequatur compositum et materia et forma  
in generabilibus. non tamen negat quin sint aliqua  
accidentia propinquiora materie et aliqua for-  
me magis modo se habentia. Et hec de 2.º puncto.  
**Quantum ad tertium punctum** solvende  
sunt rationes Averrois insequendo positionem  
Avicenne et Alberti. **Ad primam** conceditur  
quod materia solum secundum se sumpta non est di-  
visibilis. sed tamen negatur consequentia. **Ad**  
secundam conceditur quod materia nuda separata a  
quacunque forma non est subiectum generatio-  
nis. sed materia accepta sub forma corporeita-  
tis in qua est incubatio forme acquisibilis per  
generationem et aptitudo ad trinam dimensio-  
nem est subiectum generationis. sed tamen illa  
materia non est quantitas nec occupat locum secun-  
dum Avicennam et Albertum. **Aliter** tamen res-  
pondetur secundum sanctum Thomam ut postea  
videbitur. **Ad tertiam** dicitur quod omnes forme  
conveniunt in dimensionibus ita quod omnes for-  
me naturales requirant dimensionem in mate-  
ria in qua recipiuntur. **Ad quartam** dicitur

non hinc de se simpliciter existendo puncta supponit per simpliciter  
puncta hinc de se autem simpliciter existendo. autem modum in  
magis ad sua divisione interminata est iste ut si unum  
dimensionis. longitudo latitudo erit ab ipso. et simpliciter  
erit in potentia quod non est dare non. et non sit tale in

primi

2.º

aplicat

g.

g.

g.

g.

g.

g.

g.

g.

g.

g.

g.

g.

g.

g.

quod licet quantitas non habeat contrarium et non  
corumpatur per se corumpitur tamen ex dñi  
ad corruptionem sui subiecti. et si sint aliquae a  
lic rationes facilius possunt solui per ea q̄ dicta  
sunt. **Quantū ad quartū punctū** est aduer  
tendū q̄ quidā dixerūt cōmētatorē Aueroim  
per dimensiones interminatas non intellexisse  
dimensiones reales in specie et in numero exis  
tes. sed dixerunt q̄ per dimensiones intermina  
tas intellexit Auerois dimensiones in cōmuni  
abstractas ab hac dimensiōe terminata vel illa  
hoc termino vel illo. et illo modo in dimensiōi  
bus sic in cōmuni acceptis cōueniunt generatū  
et corruptū et omnia naturalia corruptibilia.

**Et** hec expositio est cōtra mentē ipsius auerois  
quod p̄ per dicta ipsius in pluribus locis. **Dis**  
cit enim auerois in 5<sup>o</sup> huius q̄ idē corpus in  
numero manet in genito et i corrupto. ergo vo  
luit dicere q̄ eadē dimensiō in numero sit ma  
terie p̄me perpetua. Item in primo de gene  
ratione dicit q̄ idem sensibile et corporeitas ma  
nent in genito et corrupto. et in 3<sup>o</sup> de celo dicit q̄  
forma celestis non vnitur materie mediantibus  
dimensionibus interminatis sicut forme gene  
rabiles et corruptibiles. Et quo patet q̄ illi  
sic exponentes positionem auerois non loquū  
tur secundum eius mentem. nam per dimensiō  
nes interminatas ip̄e intellexit dimensiones rea  
les et inseparabiles a materia que tamen non  
sunt terminate ad certam magnitudinem et par  
uitatē nec etiā ad certam figuram. Et ideo fue  
runt quidā alii qui positionem eius hoc modo  
expositam voluerunt defendere arguentes sic.

**Si** i materia non esset aliqua dimensiō insepara  
bilis ab ea sequeretur q̄ augmentatio non esset  
possibilis. p̄ dñtia quia in augmentatione rei  
augende solum adueniret materia. sed materia  
secundum se est indiuisibilis. indiuisibile autem  
additū alicui non reddit ip̄m maius. ergo ma  
teria adueniens rei augende non auget eam.  
ideo dicit p̄bus primo de generatione q̄ aug  
mentatio non fit nisi adueniente aliquo corpo  
reo. 2<sup>o</sup> sic cum ex aere fit ignis forma ignis  
subito et in instanti introducitur in materia. q̄  
generatio substantialis est momentanea. sed in  
primo instanti materia ignis est sub tota q̄tita  
te ipsius ignis. ergo nisi in materia presuēt q̄ti  
tas sequitur q̄ extensio q̄tatiua fieret in instā  
ti. talis autē extensio est per motum locales. ergo  
motus localis fieret in instanti quod est impos  
sibile. 3<sup>o</sup> sic actus et potentia diuidunt ens  
et quodlibet genus entis. ergo in quolibz gene  
re ponendum est propriū potentiale receptiū  
actuū qui sunt in illo genere. sed proprium po  
tentiale receptiū actualis q̄tatis n̄ est aliud  
q̄ quantitas interminata. ergo ponende sunt

dimensiones interminate in materia ad hoc q̄  
recipiatur in ea quantitas actualis. et iste sunt ra  
tiones aliquoz volentium defendere positionē  
Auerois quas soluere non est difficile. **Ad**  
rationes istas respondetur sic. **Ad** primam  
dicit q̄ indiuisibile actu et potentia vt p̄ctum  
additū alicui non reddit ip̄m maius. sed in di  
uisibile actu diuisibile tamen in potentia addi  
tum alicui habenti virtutem actuā reducendi  
potentiam talem in actum bene auget ip̄m. et  
ita est in augmentatione. nam materia panis  
vel vini secundum q̄ est in potentia ad formā  
carnis vel ossis addita viuenti habenti virtu  
tem faciendi carnem vel os efficitur caro vel os  
et auget. **Ad** secundā dicitur q̄ cum ex aere  
fit ignis fit resolutio vsqz ad materiā primam  
in illo instanti quo introducitur forma substā  
tialis ignis in materia que fuit aeris. ex dñti et  
concomitanter ponitur q̄tatis non per motum  
localem sed per quādam resultantiā vel eductio  
nem de potentia materie. nec prius recipitur q̄ti  
tas in vna parte materie quā in alia. **Ad**  
terciā dicit q̄ in solo genere substantie est p̄p̄iū  
potentiale receptiū actuū de genere substantie  
primo et per se et illud recipit formas accidenta  
les ordine quodā. quia cōpositū de genere sub  
stantie immediate recipit quantitatem mediante  
qua recipit qualitates indistinctas. et ita in a  
liis generibus a substantia non oportet q̄ sint  
propria receptiua pertinentia ad illa genera. nā  
vt habetur in predicamentis omnia sunt in pri  
mis substantis aut dicuntur de ipsis. Si tamē  
loquamur de potentia et actu solum ratione di  
stantiā sicut est genus et differentia sic in quoz  
predicamento inuenit potentia et actus. Et hec  
de quarto puncto. **Quantū ad vltimum** in  
quo respondendū est ad quesitum secundum  
mentem doctoris sancti sit.

**Conclusio prima.** In com

posito substantiali ex materia et forma non est  
ponenda forma corporeitatis distincta per esse  
tiam a forma specifica dante esse specificū que  
quidem forma corporeitatis manet eadem in  
materia sub omnibus formis specificis. Pro  
batur quia forma substantialis in hoc differt  
ab accidentali. quia dat esse simpliciter. accide  
ntalis vero secundū quid. forma etiam substan  
tialis constituit suum subiectum in esse simpli  
citer. sed forma actualis econtra cōstituitur in  
esse a suo subiecto. forma enim substantialis ad  
uenit enti in pura potentia. accidentalis vero  
aduenit enti in actu simpliciter et in potentia  
secundū quid. cum ergo forma corporeita  
tis sit forma substantialis ip̄a dat esse simpli  
citer et constituit suum subiectū in esse simpliciter.

*disteg int forma substā  
forma accidentale.*



turam elementi predominantis. verumtamen natura animalis in quatuor animal est principium primo et per se alicuius alterius motus scilicet motus progressiui et augmentationis. **¶** Alio ponitur per se et non secundum accidens. quam particulam declarat **Ph** in tertio. quia quis medicus se ipsum sanat tamen est secundum accidens. nam accidit ei quod sanatur et sit medicus nam infirmus per se sanatur et non medicus. et ideo sanato et medicina quia coniunguntur per accidens. quandoque inueniuntur separata. sed natura et motus naturalis nunquam inueniuntur separata. ut nichil naturaliter mouetur sursum quin in eo sit leuitas et omne illud in quo est leuitas naturaliter est mobile sursum.

**Sciendum est Quarto. q**

Entium quedam sunt a natura ut animalia et partes eorum et plantę et corpora celestia et elementa et multa inanimata ut lapis. Alia sunt que non sunt a natura sed ab aliis causis puta arte. casu. vel a fortuna. pro quarum rerum differentia concluditur diffinitio nature. **Ponit.**

**Conclusio prima. Entia naturalia differunt ab artificialibus in hoc q**

naturalia habent principium sui motus intrinsicum innatum. Artificialia vero in quantum huiusmodi non. Hanc conclusionem probat **Ph** per inductionem. nam quedam mouentur naturaliter secundum locum ut leuia et graua et corpus celeste. Quedam vero mouentur naturaliter secundum augmentum et decrementum. ut animalia et plantę. Quedam autem secundum alterationem ut corpora simplicia. scilicet elementa et mixta. sed ea que non sunt a natura ut lectulus et indumentum et huiusmodi que sunt ab arte non habent in se principium alicuius motus innatum nisi secundum accidens propterea res naturales sunt materia et tota substantia artificialium. nam cunctus in quantum huiusmodi non habet in se principium motus deorsum nisi secundum quod est ferreus. **Sed alii** quis obiceret contra conclusionem. quia in generatione et alteratione corporum simplicium motus videtur esse totaliter ab agente extrinseco. ut cum aqua calefit principium calefactionis est ab agente extrinseco. ergo non videtur verum quod naturalia differant ab artificialibus eo modo quod dictum est. Propter hanc rationem **Albertus** dicit quod in mutationibus corporum simplicium principium actuum motus est in eo quod mouetur. non quidem principium perfectum sed imperfectum quod quoque modo adiuuat actionem agentis exterioris. Dicit enim quod in materia est quedam inchoatio forme que vocatur priuatio que est 2<sup>o</sup> principium nature. et ab hoc principio intrinsicis generationes et alterationes corporum simplicium

dicuntur esse naturales. **Sed hoc impugnat** **Thomas** dupliciter. Primo sic. quia nihil agit nisi secundum quod in actu. ergo predicta inchoatio forme cum non sit in esse perfecto. sed est quedam aptitudo ad actum non potest esse principium motus aut generationis. **¶** 2<sup>o</sup> quia etiam si dicitur forma illa inchoatio completa non posset agere in suum subiectum alterando ipsum. quia forma non agit sed compositum. quod etiam non potest alterare se ipsum nisi in eo sint due partes. quarum una sit alterans et alia alterata. **¶** Et ideo ad obiectionem respondet **Thomas** quod in rebus naturalibus eo modo est principium motus quod conuenit eis motus. quibus conuenit. ergo mouere in eis est principium actuum motus. quibus autem solum conuenit moueri in eis est principium passiuum motus quod est materia. que quidem materia est per se principium motus in quantum habet potentiam naturalem ad formam et motum. et ita facti motus naturales. **¶** Et propter hoc factiones artificiales non sunt naturales. quia non habent naturalem potentiam neque ordinem naturalem ad formas artificiales sicut ad naturales. **¶** Et nota in grauib; et leuib; est principium materiale et formale motus localis. sed in ipsis est principium materiale alterationis et generationis. **¶** Et conclusionem precedentem inferit **Ph** conclusionem que talis est. Natura est principium et causa. **¶** Et patet. quia naturalia differunt a non naturalibus per hoc quod naturalia habent naturam. Sed non differunt a non naturalibus nisi quia habent principium motus et quietis primum per se et non per alterum. ergo natura est principium et causa. **¶** Et sic patet quod diffinitio nature est bene assignata.

**Dubitatur primo.**

Quomodo diffinitum habens naturam et ens secundum naturam. **R.** quod habens naturam est compositum ex materia et forma. quod habet in se principium naturaliter motus. **Sed ens secundum naturam dicitur duobus modis. Uno modo id est est quod habens naturam. Alio modo dicitur ens secundum naturam quod immediate sequitur naturam rei ut ferri sursum conuenit igni secundum naturam eius. et ita accidentia et proprietates naturales consequentes naturas rerum naturalium dicuntur entia naturalia secundum naturam.**

**Dubitatur Secundo. An**

natura esse sit demonstrabile. Respondet **Ph** quod non. quia manifestum est ad sensum multa entia habere in se ipsis principium sui motus. et ita manifestum est nobis naturam esse. quia natura est principium motus. sed ridiculum est demonstrare illud quod est nobis notum. hoc enim esset signum dominis non potentis iudicare inter per se non

Albertus



um. et non per se notus quia accipit illud quod est per se notus tanquam non per se notum. et esset sicut milis ceco qui vellet aliquid sillogizare de coloribus cum tamen non possit intelligere quid rei coloris licet bene possit habere quid nominis.

**Ad rationes ante opposituz**

Tres prime solvuntur ex dictis. Et ad confirmationem tertie dicendum est quod quies in termino ad quem non contrariatur motui qui est ad illius terminum. modo natura est principium motus illius quietis ad quem tendit et terminatur talis motus et non quietis que erat in termino a quo qui bene contrariatur motui. Quarta etiam et quinta solvuntur ex dictis. Ad ultimam dicitur quod ibi subditur et non secundum accidens eo quod per se est equivoce. nam quandoque per se capitur prout opponitur ad per aliud. sive per alterum. et quandoque prout opponitur ad per accidens. ut scilicet per se. id est est essentialiter. et ideo ad denotandum quod in diffinitione nature accipitur per se ut opponitur ad per accidens et non ut opponitur ad per aliud dicitur per se et non secundum accidens. et ita licet et potest ibi teneri expositio.

Sequitur in textu. Videtur autem natura et substantia corporum.

**Queritur secundo. Utrum**

forma sit magis natura quam materia. Arguitur quod non. quia sicut est in artificialibus ita est in naturalibus. nam ars imitatur naturam in quantum potest. sed in rebus artificialibus materia est tota substantia et tota natura earum ergo etiam materia est tota substantia et natura rerum naturalium.

Ad oppositum est philosophus in 2o capitulo huius. dicens et magis hec scilicet forma natura est quam materia. et subdit rationes. Unumquodque tunc dicitur magis esse cum excellentia sit id est actus quam potentia. Pro responsione.

**Sciendum est primo. quod post**

philosophus ostendit quid est natura. consequenter ostendit quot modis dicitur natura et de quibus dicitur natura. Pro quo.

**Sciendum est Secundo. quod**

Antiqui philosophi usque ad cognitionem materie prime pervenire non potentes ut sepe dictum est aliqui ponebant aliquod corpus sensibile ut puta ignem vel aerem vel plura eorum esse materiam primam omnium rerum et esse ens in actu. et sic sequebatur quod omnes forme advenirent materie prime tanquam alicui existenti in actu et per consequens quod omnes forme se haberent ad materiam primam ut accidentia ad substantias et quod materia esset tota natura rerum naturalium et tota substantia. accipientes enim totam similitudinem de rebus

naturalibus sicut de artificialibus in quibus forma artificialis adveniens materie existenti in actu est accidens. et per consequens in artificialibus materia est tota substantia, et forma artis est accidens. quod ostendebat antiphon per quod dicitur signum. quia si quis piciat lectulum in terram et lectulus putrefiat et accipiat vim germinandi non generat lectum. sed lignum. cum ergo natura sit vis insita rebus ex similibus similia procreans et sit etiam ex qua pullulans pullulat. et illud quod permanet dicitur substantia rei. concludebat antiphon quod lignum est tota substantia et natura lectuli. et per hoc concludebat quod omnis dispositio sine forma que est secundum quamcumque legem rationis aut secundum artem sit accidens et illud quod manet sit substantia que continue patitur huiusmodi formarum mutationem. Et ex hoc descendebat ad naturalia quod sicut artificialia se habent ad materiam puta sicut lectulus se habet ad lignum ita naturalia se habent ad materiam puta es et aurum ad aquam et lignum ad terram. quia lignum resolvitur in terram. et aurum in aquam. ergo sicut lignum est tota substantia lectuli ita etiam aqua est tota substantia esis et aurum. et terra tota substantia ligni. Et hec est una differentia quam ponebant antiqui qui inter materiam et formam dicentes materiam et formam differre secundum substantiam et accidens. Ponebant etiam aliam differentiam. dicebant enim materiam et formam differre secundum perpetuum et corruptibile. nam ponebant unum elementum esse unum principium. et dicebant illud esse perpetuum et intransmutabile secundum se. sed omnia alia dicebant transmutari in finem circa huiusmodi principium vel principia. et ita ponebant materiam esse incorruptibile et formam corruptibile. Unde illi qui ponebant aquam esse principium dicebant eam nunquam corrumpi. sed alia ut puta es et aurum quorum est tota substantia dicebant in finem corrumpi.

**Sciendum est tertio. quod Opinio**

antiquorum quantum ad aliquid est vera et quantum ad aliquid est falsa. nam quantum ad hoc quod ponebant materiam esse substantiam. et naturam rerum naturalium vera est. quia materia prima intrat constitutionem cuiuslibet rei naturalis. Sed quantum ad hoc quod ponebant eam esse totam substantiam rerum naturalium et omnes formas esse accidentales falsa est. quia ut alias dictum est materia prima est pura potentia ad esse substantiale. ideo non est nisi pars substantie rei et est in actu substantiali per formam substantialem. Ex hac opinione antiquorum philosophus accipit hanc conclusionem.

**Conclusio prima. Scilicet**

quod materia est natura. Patet conclusio ex post.

Antiphon.

1a differentia.

2a differentia.

3a differentia.

omni qd intrat in substantia prima

illud est esse substantiale quod manet in actu

capitulum

6. 7. m.

la. m. m.

capitulum

Finis ad quem

6. 7. m.

la. m. m.

capitulum

6. 7. m.

la. m. m.

capitulum

6. 7. m.

la. m. m.

capitulum

6. 7. m.

la. m. m.

capitulum

6. 7. m.

la. m. m.

capitulum

6. 7. m.

la. m. m.

capitulum

6. 7. m.

la. m. m.

tione antiquorū que non potest esse ex toto falsa eo q̄ omnes concorditer dixerunt. non tamē in hoc q̄ dixerunt eam esse totam substantiam rerum. Item probatur conclusio ex diffinitione nature prius posita. nam materia est principiu et cā. igitur materia est natura.

**Conclusio secunda. Forma**

est natura. Probatur tribus rationibus textus. Prima est sicut ars est illud secundū q̄ aliquid dicitur esse secundū artem et artificiale. ita natura dicitur esse secundū quod aliquid dicitur esse secundū naturā et naturale. sed nihil dicitur esse secundū artem. et artificiale donec habeat formā artis: vt lignum dūz adhuc est in potentia ad formā lectuli non dicitur lectulus. ergo a simili nihil dicitur naturale et secundū naturā donec habeat formā nature. et per cōsequens forma est natura. Unde illud quod est in potentia caro vel os nō dicitur caro vel os donec habeat formā carnis vel ossis secundū quāz formā sumit ratio diffinitiva rei per quāz scimus quid est caro vel os. sic igitur patet q̄ forma est natura rerum naturaliu. que quidem forma lz non sit separabilis secundū esse a materia. tū ē separabilis ab ea secundūz rationem. sicut enīz p̄natio est vnum subiecto cum materia sed differtur ratione ita materia et forma faciunt vnum secundū rem. sed tamen differunt ratione. nam nisi forma distingueretur secundūz rationem a materia nō esset alius et alius modus quo materia dicitur natura et quo forma dicitur natura.

Ap.

Forma nō ē separabilis a materia  
sicut esse. 17

Dubium.

Secunda rō a  
lecti et non forma eius propter hoc q̄ lignūz redit per generationē et non forma. sequitur q̄ cū ex homine fit homo. et forma hominis per generationem aduenit q̄ forma hominis est natura. Et ita dicendū est de omnibus aliis formis naturalibus que adveniunt per generationem.

Tertia ratio. generatio passiva vocatur natiuitas siue naturalis. Sed hoc nomē natiuitas natura vocatur eo q̄ est via in naturam generis et cum generatio passiva sit via ad formam sequitur q̄ forma sit natura. Est aduertendum tamen circa hoc. quia differentia est inter actiones et passiones. quia actiones denominantur a principiis actiuis. Passiones vero a principis passiuis vt medicatio que est actio non dicitur via in medicinā sed dicitur a medicina. Sed sanatio que est passio est via in sanitatem tanq̄ terminū. et ideo bene dicebatur q̄ generatio passiva denominatur a termino ad quez. et cum ille terminus sit forma et hōi generatio passiva dicitur natiuitas a natura sequitur formā esse naturam.

Etur a principiis actiuis. Passiones vero a principis passiuis vt medicatio que est actio non dicitur via in medicinā sed dicitur a medicina. Sed sanatio que est passio est via in sanitatem tanq̄ terminū. et ideo bene dicebatur q̄ generatio passiva denominatur a termino ad quez. et cum ille terminus sit forma et hōi generatio passiva dicitur natiuitas a natura sequitur formā esse naturam.

**Conclusio tertia. Forma est**

magis natura q̄ materia. Ista conclusio probatur quia vnumquodqz dicitur magis natura secundū hoc quo aliquid est in actu q̄ secundū id quo aliquid est in potentia. Sed aliquid dicitur esse in actu per formā et solum in potentia per materiam. ergo forma est magis natura q̄ materia.

**Ad rationes ante oppositūz**

Ad primā dicendū est q̄ non est omnino simile. quia in artificialibus materia est tota substantia. forma vero artificialis que est ab arte non est nisi accidens. ideo in ipis materia ē perfectior pars et magis dicitur substantia quā forma. sed oppositū est in naturalibus. quia materia rei naturalis secundū se est pura potentia de se nullum actū habens et forma est eius substantialis actus et essentialis perfectio. Sequitur textu. Quando autem

**Queritur Tertio. Utrum**

phsica differat a mathematica. Arguitur q̄ non rationibus textus. quecuqz scientie considerant eadem subiecta ille sunt eadē vel vna est pars alterius sed mathematica considerat corpora superficies longitudes et puncta et eadē considerat phsica eo q̄ corpora naturalia habent superficies lineas et puncta. modo oportet q̄ phsica consideret de omnib⁹ que sunt in corporibus naturalibus. ergo scientia mathematica et phsica sunt vna scientia vel vna est pars alterius. Secunda ratio ad quācuqz sciaz pertinet considerare substantias et naturas aliarū rerum ad eandē pertinet considerare accidentia illarū rerum. sed ad phsicū pertinet considerare substantiā et naturā solis celi et lune et aliorum astrorum eo q̄ sunt corpora naturalia ergo ad phsicū pertinet determinare accidentia per se ipsorū. sed talia accidentia sunt qualitates motus et figure de quibus considerat astrologia que est pars mathematice. ergo in phsica et mathematica eadē considerantur et persequēs non differunt. In oppositū est phsica in zca. huius secundū in quo postq̄ ostēdit quid est natura et de quibus dicitur. Consequenter ostēdit

nō de actione  
et passione.

phibitorum.

de quibus considerat scientia naturalis ostendē do primo quomodo phibica differt a mathe matica et de hoc videbit in presenti questione.

Pro quo.

Sciendum ē primo q multa

sunt coniuncta secundum rem quoz vnū non b est de intellectu alterius. vt album et musicus in vno subiecto coniungunt. et vnum non est de in tellectu alterius. ideo potest vnū ab alio separa ri et hoc est vnū per intellectū ab alio abstrahi

ostendit

Ande quia posteriora non sunt de intellectu pri oris sed eōuerso. ideo superiora possunt itelligi sine inferioribus. non oportet tamen econuerso licet tamen non habeant esse nisi i suis inferiori bus. et dū aliquod superius sine inferiori intelli gatur dicit ab inferioribus abstrahi secundū in tellectum. et hoc modo dicunt vniversalia ab strahi a suis singularibus. et iste ordo obseruatur etiā in accidentib⁹ per respectū ad subiectus. vn quia inter accidentia que adueniunt substantie materiali primo inest quātitas et postea qua litates sensibiles et actiones et passionēs et mo tus qui hmoi qualitates insequuntur. ideo qti tates in suo intellectu non includūt qualitates sensibiles neqz accidentia que ipsas qualitates cōsequunt. includit tamen quantitas in suo in tellectu substantiam materialē que est prior ipa quātitate et sibi subiecta. Et quo pz q quātitas potest intelligi sine materia sensibili. non tamen sine materia absoluta. Ande sic intelligere qti tatem sine materia sensibili et motu ē ipam ab strahere a materia sensibili secundū intellectū lz non secundū esse. et vt habet text⁹. in hoc nihil differunt qti tum ad veritatem considerationis. nam licz qti tates et accidentia que ipam inse quunt per se non sunt separata a materia sensibi li. tamen bene secundū rationē. Unde abstrahē tum non est mendacius. qz non sic abstrahunt quātitatem vt eam ponant extra materiā sensu bilem. sed sic eā abstrahūt a materia sensibili q sine cōsideratione sensibilitatis ipaz cōsiderat et fit ista abstractio per primā operationem intel lectus que est simpliciu apprensio. Et illis pz q diuersimode phibicus et mathematicus quā titatē et eius per se accidentia considerant. nam mathematicus eā considerat secundū eius sim plicem essentia et formā. Phibicus vero prout est terminus corporis naturalis naturaliter ac cepti. et ita eā considerat prout est subiecta qua litatibus sensibilibus motibus actioni et passio ni. Ex quibus patet q phibicus et mathemat icus in subiecto conueniunt. Sed differunt in predicatione. Mathematicus enim de corpore inquirat an sit rotundum rectum. et sic de aliis. Phibicus vero an sit calidū frigidum. et sic de a

ostendit qz mendaciu

Coroll

lius. per diuersa etiā media ad eādē cōclusiones probandam procedit phibicus et mathematic⁹. hāc. n. cōclusionē terra est rotunda demōstrat as tronomus ex motu celi et astrozum. Phibicus vero ex motu grauius. Ex predictis excludit phūs errorem Platonis qui credebat ea que secundū intellectū possunt abstrahi etiā secundū esse posse abstrahi. propter quod posuit non solū entia mathematica esse a corporibus secundū rem et esse abstracta. vmo etiā posuit vniversalia phibica vt genera et species esse abstracta lz esse a singularibus eo q sciētia phibica est de vni uersalibus. et talia vniversalia vocabat ydeas vt alias dictū fuit. Ex omnibus dictis patet.

3<sup>a</sup> pars mō

excludit errorem platonis de ideis.

Conclusio responsiua ad. q.

Phibica differt a mathematica. Probat phūs duplici ratione quarū prima est. Diffinitio ē medium demonstrationis que facit scire. oportet ergo illas scientias differre inter se que diuersis modo diffiniūt. sed phibica et mathematica di uersimode diffiniunt. igitur. Minor pz. qz entia mathematica vt numerus par vel impar linea rectum curuus figura et hmoi diffiniuntur sine motu et materia sensibili. Nam si materia sensi bilis in diffinitione linee vel recti poneretur vt pote lignum vel aurū talis diffinitio non cōpe teret recto et linee que essent in alia sensibili ma teria vt pote in ere vel in cupro. modo diffini tio debet competere omni cōtēto sub diffini to. sed entia naturalia vt homo equus caro es lignum lapis et hmoi diffiniunt cum motu et materia sensibili. propter quod dicit phūs in 1<sup>o</sup> sententi capitulo q phibica et mathematica differunt sicut simum et curuū. nam in diffinitione simi ponitur subiectū sensibile quod est nasus. Et enim simus nasus curuus. et id simitas nō inuenitur in alio subiecto q in naso. sed in diffi nitione curui non ponitur aliquod subiectum sensibile ideo potest inueniri curuū in quacūqz materia sensibili indifferenter. ideo curuum est cuius mediū erit ab extremis. Secunda rō scientie medie inter phibicā et mathematicaz vt sunt perspectiua et musica et astrologia dilin guntur a mathematica per hoc q conueniunt cum phibica. et a phibica per hoc q cōueniunt cū mathematica. ergo a fortiori phibica et ma thematica differunt. Sed quereret aliquis vtrum hee scientie predictę medie debeant dici magis phibice q mathematice. R. phūs q sic. nam licet demōstrent per principia mathematica. quia tamen vnumquodqz denominatur sine et habet speciem a termino ad quem. id cum hmoi scientie medie applicent entia mathe maticalia ad res naturales ideo magis debent dici naturales q mathematice. Aliqui tamen

q<sup>1</sup> a

q<sup>2</sup> a

q<sup>3</sup> a

q<sup>4</sup> a

q<sup>5</sup> a

q<sup>6</sup> a

q<sup>7</sup> a

q<sup>8</sup> a

q<sup>9</sup> a

q<sup>10</sup> a

q<sup>11</sup> a

q<sup>12</sup> a

q<sup>13</sup> a

q<sup>14</sup> a

q<sup>15</sup> a

q<sup>16</sup> a

q<sup>17</sup> a

q<sup>18</sup> a

q<sup>19</sup> a

q<sup>20</sup> a

q sic medie sue phibice et mathi

ostendit qz mendaciu

Abstrahentis nō est mendaciu.

Albertus p<sup>o</sup> de aia

phibicus considerat quātitatē seu sim q est quātitas s<sup>im</sup> q est tempus magnitudinis augmēti & diminutionis. sub s<sup>im</sup> q est diffinitio mobilis localis

distingunt dicentes q̄ ille possunt considerari ex parte principiorū et quibus demonstrant. aut ex parte generis subiecti. Primo modo debet magis dici mathematice q̄ physice. quia demonstrat per principia mathematica. Sed secundo modo debent dici magis physice q̄ mathematice.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primā dicitur q̄ dicitur est q̄ licet ille scētie de eodem materialiter cōsiderent non tamen formaliter. modo formalis differentia obiecti sufficit diuersificare scientias. et sic similiter dicendum est. Ad secundā. Unde licet astrologia et physica istam conclusionem scēterra est sperata demonstrant. hoc tñ est p̄ diuersa media Sequitur text⁹. quoniam aut natura duplex est

**Queritur Quarto. Utrum**

Physicus habeat considerare materiā et formā Et arguitur primo q̄ non. q̄ materia et forma sunt partes entis. sed eisdē scientie est cōsiderare subiectū et partes eius. ergo debet a metaphisico considerari qui habet cōsiderare ens et partes entis. Et sic si physica consideret materiam vel considerat omnem. vel aliquā et aliquid quā non. nō omnē. q̄ dicit Auicenna q̄ physica est de materia aliqua. nec aliquā et aliquā non. q̄ ut arguit Auerrois contra Auicennā si esset vniuersalis ars mathematica ip̄a consideraret omnem materiam mathematicorum. ergo cum physica sit vniuersalis scientia omniū naturalium et per cōsequens non considerat aliquā materiā et aliquā nō. Ad oppositum est phīs in 4º capitulo primi tractatus huius secundi libri. Pro responsione.

**Sciendum est primo. q̄ post**

q̄ phīs possunt differentia inter physica et mathematica. Consequenter circa considerationes physicas mouet duas questiones. quarū prima est. Utrum consideratio physica sit tantū de materia vel de forma tantum vel de vtroq̄. Secunda est supposito q̄ physica consideret vtrūlibet. vtrum sit eadē scientia que considerat de vtraq̄ vel vna pars scientie considerat de forma et alia de materia. Et circa has dubitationes dicit phīs q̄ si quis aspiciat ad dicta antiquorū et eis credat videbitur q̄ scientia naturalis nō sit nisi de materia. quia nihil tractauerūt de forma vel modicū sicut eam parum tetigerunt De motibus et Empedocles in q̄tum posuerant aliquid fieri ex multis secundum aliquos determinatus modū mixtionis vel aggregationis. Sicut aliter respondet Thomas ad has dubitationes

**Conclusio responsiua ad. q.**

Scientia naturalis habet cōsiderare materiā et

formā. Probatur duabus rationibus. Prima est. Scientia naturalis considerat de natura. sed natura dicitur de materia et forma. igit. 2º. Secunda ratio. cōsideratio naturalis differt a mathematica eo q̄ consideratio naturalis est consideratio simi. et cōsideratio mathematica est consideratio curui. sed simus materiam et formam comprehendit. ergo. 2º.

**Conclusio secunda Eiusdem**

scientie naturalis est considerare formam et materiam proportionatā illi forme. Probatur conclusio tribus rationibus textus quarū prima est talis. Ars imitatur naturā in q̄tum potest. sed eiusdem artis est considerare formam et materiam proportionatā illi forme. ergo a simili uerit de scientia naturali. Minore probat phīs inductive. quia medicina considerat sanitates ut forma. et coleriam fleuma et alios humores in q̄tum sunt subiectū et materia sanitatis. domesticator etiam considerat formam domus et materiā illi forme proportionatam ut sunt lateres lignum et alia hmoi. et ita est de omnibus aliis artificialibus. ergo etiā ita erit in scientiis naturalibus. Et si aliquis querat unde est q̄ ars imitatur naturam. Respondeatur q̄ causa est quia principius operationis artis est nostra cogitatio intellectiua que habet ortum a sensu et a rebus naturalibus. et ita per similitudinē rerū naturalium facimus res artificiales. Sed causa etiā potest esse quia a quodam principio intellectiua tota natura condita est per determinata media ad determinatos fines. et ita etiā est in opere artis. Secunda ratio est eiusdem scientie est considerare finem et ea que sunt ad finem. q̄ ratio eorū que sunt ad finem et fine sumit. sed forma est finis materie. igit. Minorem probat phīs. quia ad rationē finis duo requiruntur. scilicet q̄ sit quid vltimū et q̄ sit gratia cuius res fit. sed hec duo conueniunt forme in ordine ad materiam. habita enim forma cessat motus materie. et ita forma habet rationē vltimū. Sicut q̄ forma sit illud gratia cuius fit motus materie probat phīs per duo similia. Primum quia et eo q̄ vltimū omnibus artificialibus tanquā existentibus propter nos sumus quodāmodo omnium finis. sed materia est propter formam ergo forma est gratia cuius fit motus materie. et ita est finis materie. Pro secunda similitudine dicit phīs q̄ sunt tres artes. Quedā sunt factiue materie ut ars factiua aurii et argenti vel materie nautis. Alie sunt factiue forme ut nautis factiua. et quedam vsuales vtuntur re facta ut ars navigatoria. et ille vltimē artes que sunt architectonice precipiūt factiue forme q̄ ponat talem formā in materia propter talem vltimū. et

hūbus p̄sentibus in mā cessat motus

Ad h̄ q̄ aliq̄ sit finis duo requiruntur  
1º q̄ sit vltimū motus  
2º q̄ sit q̄ alia sunt.

similiter factiva forme precipit factive materie. ut fiat materia convenientem tali forme. Tunc arguit ad propositum. sicut usus se habet ad formam ita forma se habet ad materiam. sed versus est gratia cuius forma talis fit. ergo etiam forma est id gratia cuius fit materia. et per hoc conclusio vera. Tertia ratio eorum que sunt ad aliquid est eadem scientia et eadem consideratio. sed materia est ad aliquid scilicet ad formam. ergo est eadem scientia que materiam et formam comprehendit. Non tamen est intelligendum quod forma et materia sint ad aliquid secundum esse. sed solum secundum dici. Et predictis inferitur.

**Conclusio Tercia. Forme**

que sunt a materia separabiles non sunt philosophice considerationis in quantum separabiles. probat philosophus per simile. quia sicut medicina non considerat nervum in quantum nervus est. quia sic pertinet ad naturalem. sed ipsum considerat in quantum est susceptivus sanitatis. et similiter in quantum considerat ens in quantum ens. sed prout est susceptivus forme statue. ergo etiam philosophus naturalis non considerat formam secundum quod forma est. quia hoc pertinet metaphysico. sed eam considerat secundum quod est in materia in qua educitur per motum et mutationem naturalem. Ex isto patet quod cum anima rationalis sit in materia et etiam sit separabilis a materia quod ipsa est terminus considerationis philosophice naturalis et etiam metaphysici. nam propter hoc est in materia ipsam considerat philosophus et prout separabilis est a materia eam considerat metaphysicus. et quod anima rationalis sit forma in materia. probat textus. quod forma rei generate ex materia et forma est forma in materia. quia ad hoc est generatio ut forma sit in materia. sed homo generatur ex materia per hominem tamquam per causam efficientem univocam et per solem tamquam per causam efficientem equivocam. quia sicut dicit textus. Dominus enim generat hominem et sol. ergo anima rationalis est forma in materia. Ex predictis in primo patet quod quid est natura. quid est huiusmodi natura. quid secundum naturam. quod modis dicitur natura. qualiter difert philosophica a metaphysica. quia philosophica est de materia et de forma considerare. et versus ad quid se extendit consideratio philosophice naturalis. et in hoc finitur ipse primus tractatus.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod metaphysice materia et forma considerat ut sunt partes entis absolute philosophice vero considerat ipsas prout materia est transmutabilis ad formam. et ita ut sunt partes et cause entis naturalis. Ad secundam dicitur quod Avicenna distinguebat duplices materiam primam. nam secundum ipsum quedam est materia prima primo prima. que scilicet est pars entis absolute in quantum est ens et talem materiam non considerat philosophus.

Alia est materia secundo prima que scilicet est prout ens mobilis in quantum naturale mobile est ut est materia generabilis et corruptibilis sicut Avicenna non intelligit quod philosophicus non consideret materiam universalem omnium generabilium. sed intellexit quod philosophica non consideret materiam omnium generabilium ut est pars entis absolute. Sequitur textus. Determinatis autem hiis.

**Queritur quinto: Utrum**

Ad philosophicum pertineat considerare quatuor causas. Arguit primo quod non. quod causa est ad cuius esse se querit aliud. sed hec ratio in separatis a materia invenitur. separata autem a materia non sunt philosophice considerationis. ergo philosophicus non habet quatuor causas considerare. et sic philosophicus habet considerare de natura. sed natura solum sub se comprehendit duas causas scilicet materiam et formam. ergo philosophicus non habet considerare quatuor causas. Ad hoc est Aristoteles in primo ca. secundi tractat huius secundi libri.

**Sciendum est primo quod post**

philosophus in primo tractatu ostendit de quibus philosophicus siue naturalis considerat. contra in hoc ostendit ex quibus causis demonstrat. et patet manifeste stat quot sunt genera causarum rerum naturalium.

**Sciendum est Secundo. quod**

ut huius textus causa dicitur quatuor modis. Uno modo dicitur causa ut est id ex quo fit aliquid cum insit sicut est dicitur causa statue et argenteus phiale et etiam eorum generabilium dicuntur cause earum rerum sicut metallum quod est genus ad argenteum est causa materialis redta phiale sicut argenteum. Et dicit Aristoteles cum insit ad differentiam privationis et contrarii quod non insit rei facte sicut materia et huiusmodi materia elementa siue lettere sunt causa sillabarum et illa ex quibus fiunt artificialia sunt cause artificialium et corpora simplicia sunt cause mixtorum et pres cuius huiusmodi totius relate ad totum habent modum cause materialis respectu totius et propositiones. id est premissa sunt causa questionum et generabilium luter ostendit ex quo fit aliquid patet et resert in re facta reducitur ad genus cause materialis. (2o modo dicitur causa spes et exemplum illud causa formalis. Et sicut dicitur et circa materiam quod genus materie est causa sicut materia. ita in foris ut exemplificat. p. in quadam consonantia musice quod vocatur dyapason forma est proportio dupla et forma generabilis est proportio numeralis siue numerus. et ad hunc modum reducuntur partes diffinitionis. nam partes spei ponuntur in diffinitione et non partes materie ut habet 7o metaphysice. et similiter totum est forma suarum partium. et non oppositio compossibilium. (3o modo dicitur causa illud quod est principium motus et quietis. et hec est causa efficiens sicut consiliarius est causa consilii. et pater filii. et scimitans consiliati et faciens facti et hoc est etiam semen est causa generabilis et medicus sanitatis.

DD. I.

T. 2o

9.9

in unum motus de transmutatione materiae

distans per unum

Materiales.

distans a huiusmodi materiae

quod ipse relate ad suum huiusmodi materiae

Formalis.

Efficiens.

m. 1003  
f.  
au  
alid  
d. ubi  
a.  
a.  
a.  
a.  
a.  
a.  
a.  
a.  
a.

pl. a  
b  
a homo.  
b. loquus.

1017

pp.

### Liber secundus

quod dicitur esse causa efficiens secundum Aristotelem.

**Sciendum est ulterius quod** ut dicitur in *Metaphysica* quadruplex est causa efficiens, scilicet perficiens, preparans siue disponens, coadiuvans et consilians. Perficiens dat complementum motui vel mutationi per formam. Sed preparans siue disponens adaptat materiam ad formam suscipiendam. Coadiuvans vero non operatur ad finem proprium sed ad finem alterius quem adiuvat. Sed consilians reperitur solum in agentibus voluntariis, et sic ille qui dat alteri formam et modum agendi dicitur consilians.

**4<sup>o</sup> modo dicitur causa gratia** cuius aliquid fit, et hoc dicitur causa finalis, ut sanitas est causa ambulationis, et quod finis sit causa per philosophum, quod cum propter quid sit questio causarum, id est causa quod convenienter respondetur ad questionem factam propter quid, scilicet cum querimus propter quid aliquis ambulat, respondetur ut sanetur, et sic respondentes opinantur assignare causam et tamen assignant finem propter quem ambulat, ergo finis est causa.

**Et est advertendum circa hoc genus cause quod** quis de ratione finis sit quod sit quid ultimum, ad hoc tamen quod aliquid dicatur causa finalis non requiritur quod sit ultimum simpliciter sed sufficit quod sit ultimum respectu alicuius, ideo dicitur textus quod quecumque sunt media inter primum movens et ultimum finem simpliciter illa dicuntur fines respectu precedentium et media ad finem respectu sequentium, sicut patet in exemplis textus, ideo dicitur philosophus quod ista intermedia differunt ad invicem in quantum quedam sunt organa id est media ad acquirendum posteriora, et quedam sunt opera id est operata et fines eorum, sicut portio est organum purgationis et purgatio est finis portionis, et similiter purgatio est organum respectu macis et macies est finis respectu purgationis.

Causa finalis.

### Sciendum est ulterius quod

Causa finalis habet rationem boni et est potissima inter omnes causas, ita quod est causa causarum, ut postea patebit. Sed si contra hoc obiciatur, quod in hiis que agunt per electionem contingit quandoque finem eorum esse malum, et tamen finis et bonum convertantur. Respondit philosophus quod nihil differt an finis sit vere bonum vel apparatus, quod quod apparet bonum licet non sit vere bonum, tamen est apparatus, finis autem sub ratione mali non movet sed solum sub ratione boni.

**Ex precedentibus concludit philosophus quod** cause per se tot sunt quot dicte sunt et non plures, quod omne quod per se aliquo modo causare dicitur reducibile est ad aliquod predictorum quatuor modorum, et hoc ostendit philosophus per sufficientiam causarum, quod omnis causa vel est intrinseca effectui vel extrinseca, si primum vel est actu dans esse, et sic est forma, vel est potentia recipiens esse et sic est materia. Si secundum hoc est dupliciter, vel se habet ut id a quo realiter incipit motus, et sic

sufficientia ratio

est efficiens, vel se habet sicut id gratia cuius incipit motus et sic est finalis.

### Sciendum est ultimo quod ut

habet philosophus tres sunt proprietates causarum consequentes species causarum. Prima est quod unus et eisdem possunt esse plures cause per se, sicut nature factor est causa efficiens statue facte, et es est causa materialis per se eisdem, et inde est quod unus rei assignant plures definitiones secundum diversas causas illius rei quibus totalis definitio et completa comprehendat omnes causas. Secunda proprietates est quod cause sunt sibi invicem cause, sed hoc est secundum diversam speciem cause, sicut ambulatio post cenam est causa sanitatis efficiens, et sanitas est causa finalis ambulationis, similiter forma est prior materia secundum rationem complementi et perfectionis, sed materia est prior quod forma generatione et tempore in omni eo quod movetur de potentia ad actum. Et quo patet quod efficiens et finis sunt sibi invicem cause et similiter materia et forma.

**Tertia proprietates est quod eadem** est causa contrariorum sed non eodem modo, quia unus est causa per se et alterius per accidens, sicut nauta per sui presentiam est causa salutis navis et per sui absentiam est causa submersionis navis. Dicitur notatis ponitur.

### Conclusio Responsiva

Philosophus habet considerare quatuor causas. Probatur philosophus primo quod habeat considerare causas, quia hoc negotium philosophicum est gratia sciendi et non gratia operis, eo quod scire possumus res naturales non tamen eas facere, sed nos non opinamur scire aliquid nisi sciamus propter quid illud est, sed hoc est cognoscere causas eius, ergo philosophus habet cognoscere causas omnis motus et mutationis naturalis ut possit reducere omnia que sunt circa mutationes philosophicas in principia et causas. Sed quod habeat considerare quatuor causas, probatur quia philosophus habet considerare omnia que per se concurrunt in omni mutatione philosophica igitur. Maior patet, nam in omni motu necessario invenitur illud quod movetur siue mutatur quod est materia siue subiectum, et id ad quod terminatur motus vel mutatio quod est forma, et id quod est principium motus siue mutationis quod est efficiens, et illud gratia cuius sit talis motus vel mutatio quod est finis, igitur. Sed circa predicta oriuntur quedam parva dubia.

### Dubitatur primo, quare

est quod philosophus magis probat de fine quod sit causa quod de aliis, cum tamen finis sit potissima causarum. Dicitur quod causa est quia causalitas finis est magis occulta quod causalitas aliarum causarum, eo

Unius rei possunt esse plures cause  
 Cause sunt sibi invicem cause  
 Idem est ratio quatuor unius per se  
 Quatuor per accidens

phísicorum.

*q* omnis causa videt esse prior suo effectui. *mō* b.  
 finis *q*um ad esse est vltimus in generatione  
 et ita finis non videtur esse causa. vide finis *nō*  
 est causa nisi secundum esse quod habet in intē  
 tione agentis vt patebit in lectione sequenti.

**Dubítatur secundo. vtrum**

verum sit *q* partes diffinitionis reducantur ad  
 genus cause formalis. *Et* videtur *q* non *q*z  
 tunc materia non esset de diffinitione rei natura  
 ralis tanq̄ de diffinitione essentiali eius. *Vt* *dicitur*  
 dictū est *q* omnes partes relate ad suum totum  
 habent modū cause materialis. Sed partes dif  
 finitionis sunt partes alicuius totius. igitur.  
*Item* in diffinitione genus habet modum  
 materie et differentia modum forme. igitur.

*Ad* dubium dicitur *q* vt dictū est partes diffi  
 nitionis ad genus cause formalis reducantur  
 tūc dicitur ad obiecta. *Ad* primum dicitur *q*  
 materia individualis non ponitur in diffinitio  
 ne rei naturalis sicut in diffinitione hominis po  
 nuntur carnes et ossa. et non hec carnes et hec  
 ossa. et ideo diffinitio rei naturalis constituta ex  
 materia et forma cōmuni se habet vt causa for  
 malis respectu individui quod participat talem  
 naturam sive essentia signatā per talem diffinis  
 tionē. *Ad* secundā dicit *q* cū p̄b̄s dicit *q*  
 partes diffinitionis forme sunt. ip̄e loquitur de  
 partibus speciei que cadūt in diffinitione totū  
 et cum dicitur *q* partes sunt materia respectu to  
 tius ip̄e loquitur de partibus materie que non  
 ponuntur in diffinitione totius. sed econtra to  
 tum ponitur in diffinitione earum. vt arcus est  
 de diffinitione semicirculi et non econtra. *Vel*  
 test dicit et forte melius *q* partes que ponuntur  
 in diffinitione speciei si comparentur ad indivi  
 dua speciei se habent per modū forme. tamen si  
 comparentur ad formā totius cuius sunt p̄tes  
 habent modū materie. cuius ratio est quia *q*z  
 qz partes cōparate ad suum totum se habent sicut  
 aut in perfectū in ordine ad perfectū. modo imp  
 perfectū habet rationem materie si ad perfectū cō  
 paretur. quod debet intelligi de perfecto in for  
 mante et perficente tale imperfectū. licet etiam  
 genus habeat modū materie nō tamen est ma  
 teria. sed est forma puta vniuersalis.

**Dubítatur Tertio. vtrum pre**

missa sunt materia conclusionis. *Et* videtur *q* nō  
 quia materia inest rei cuius est materia. sed pre  
 missa non insunt conclusioni. igitur. *Item* p̄  
 missa sunt cause efficientes respectu cōclusionis  
 igit. *Dicitur* ad dubium. *q* premissa dicunt  
 materia conclusionis causa suorum terminorum  
 ex quibus constituitur. ip̄e tamen premissa secū  
 dum *q* stant sub forma et ordine propoſitiōe nō

sunt materia conclusionis. imo si considerentur  
 pro q̄to vniunt per mediū formale ad inferen  
 dum producendū vel demōstrandū cōclusionē  
 tunc habent modū cause efficientis in ordine  
 ad cōclusionē. *Et* p̄ hoc p̄ solutio ad obiecta.

**Dubítatur quarto. Vtrum**

Semen reducatur ad genus cause efficientis.  
*Et* videtur *q* nō quia semen in generatione se  
 habet vt materia ex qua fit res. igitur dicit *q* se  
 men femelle se habet vt materia in generatiōe.  
 sed semen masculi in quo est quedā vis ḡnātia  
 gerens vicē et virtutē generātis principalis res  
 ducatur ad causam efficientem. ratione talis vir  
 tuas generans ratione materie possit dici causa  
 materialis.

**Ad rationes ante opposituz**

*Ad* primā dicitur *q* consideratio causarū  
 ad phisicū et metaphisicū dverschimode pertinēt  
 vt alias latius visum fuit. *Ad* secundā dicit  
*q* licet natura proprie dicta dicatur de materia et  
 forma tū ad complendū opus nature requirunt  
 quatuor cause. *Et* hec de presenti capitulo. Se  
 quitur tertius.

**Queritur sexto. Vtrum**

Finis sit causa causarū. *Arguit* primo cōtra  
 assumptū. sc̄z *q* finis nō sit cā. qz finis nō est p̄ci  
 p̄ū cuiuslibet quid vltimū. ḡ finis nō est cā. dñtia  
 ē nota et aīis p̄bat. qz finis h̄z rōem terminū et  
 vltimū. *Et* sic cā est ad curū esse sequit̄ aliud. h̄z  
 ad esse finis nihil sequit̄ cum de rōe finis sit *q*  
 sit quid vltimū. ḡ finis nō est causa. *Et* sic qd̄ ē  
 causatū ab alio nō est cā. sed finis catur ab effi  
 ciente. ḡ finis non est cā. *Et* si dicitur finis accep  
 pius put ē in executione opis sc̄z secūdū esse est  
 quid vltimū causatū et nō est cā. h̄z finis accep  
Alii vero considerauerunt motus per comparationem ad mouens a quo procedit tanq actus mouentis. et illi dixerunt motum de genere actionis quorum etiam posite sunt due rationes ante oppositum.

Alii vero considerauerunt motum non per habitum diuinem ad mouens vel mobile. sed considerauerunt ut est quidam fluxus de esse imperfecto ad esse perfectum et isti diuisi sunt. quia quidam dixerunt huiusmodi fluxum esse distinctum per essentiam a forma que acquirat. sed isti adhuc diuersificati sunt. nam quidam dixerunt ipsum fluxum quous per essentiam distinguatur actus motus non esse in predicamento eo q non est ens perfectum in genere neq in specie. cuius opinionis vt dicit Albertus fuit Auicenna. Alii vero dixerunt q ille fluxus in communi consideratus est genus et predicamentum per se ad speciales modos motus. et motiua istar duarum opinionum quantum ad hoc q dicunt motum esse fluxum essentialiter distinctum a forma acquisita tacta sunt ante oppositum. Alii vero dixerunt q huiusmodi fluxus non differt a forma ad quam tendit nisi s. magis et minus. ideo est in eodem genere cum illi forma. et hoc opiniois fuit Auerois.

**Sciendum est secundo q Ut**

dicit Auerois ille modus qui posuit motum in predicamento passionis est famosior inter alios et magis probabilis. ideo dicit Aristoteles in predicamentis. vbi probabiliter locutus est posuit istum modum. In isto vero passu s. veritate loquitur de naturis rerum. et dicit q motus nihil aliud est q terminus ad quem. et non est preter res ad quas est motus. et hec opinio est vera et conformis dictis Aristotelis in hoc passu quia loquitur de motu s. vera naturam motus s. id quod est res secluso respectu ad agens et patientem s. quos respectus ipsi motui accidit ratio actionis vel passionis actionis quidem si consideret motus put est ab agente in patientem. passionis vero si consideret put fluit ab agente in patientem. et de hoc latius videbitur. Istus sic notatis sit ista.

**Conclusio responsiua ad. q.**

motus s. id q est est in eodem predicamento et eiusdem essentie cum termino ad quem. patet q forma mixta potentie et forma pura non differunt penes essentiam sed solum per esse. sed motus secundum id quod est non est aliud q forma per mixta potentie et terminus eius est eadem forma depurata a potentia et priuatione. ergo non differunt per essentiam. sed res reponuntur in genere per suas essentias. ergo conclusio vera.

Est tamen aduertendum q motus non est per se in predicamento tanq genus vel species. quia dicit ens perfectum in genere vel specie. s. solum ponit in genere reductiue tanq via ad rem alio generi.

E. E. A.

2. opinio

3.

4.

5.

6.

7.

a

b

subsumpta

6. nobis

7. per

no q motus ne id adfert. in ipso ad finem nullo quod dicitur. sed non autem quod ad finem forte s. quod ad illius huiusmodi ad posse procedit ex adno sequi quas importat in obliquis

res reponit in genere per suas essentias

2. opinio  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
a  
b  
subsumpta  
6. nobis  
7. per

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primaz dicit q̄ calefactio. vno modo capit prout dicit fluxū calous a calefaciēte. vel receptionē eius in patiente. et sic idē est cum calefacere et calefieri. et sic est actio vel passio. Alio modo vt dicit fluxū calous de termino a quo ad terminū ad quē siue de imperfecto ad perfectum. et sic est motus. et sic est eiusdē essentie cum calore solum differēs ab eo secundum esse. et isto modo non est actio vel passio. Ad secundā dicitur q̄ anteq̄ motus terminet terminus ad quē motus est in mobili secundū esse imperfectū. sed in fine motus ē sub esse perfecto et depurato a prauatione. Ad terziā dicitur q̄ duplex reperit mediū inter extrema. quoddā est in se ens cōpletum et perfectū nō tendens ad vltiorē actum siue perfectiorē. et tale specie differt ab extremis et hoc modo reperit mediū in coloribus. Aliud est quod non est in se completum sed tendens ad vltiorē perfectionē. et sic nō distinguitur per essentiā a termino ad quem ē. et tale mediū est motus. Ad quartā dicitur q̄ motus quum est ad id quod est et secundū essentiā saluatur in termino ad quem. sed non sub esse motus. vno sub esse termini. quia per esse differt a termino. Ad quintā cōcedit q̄ per motum acquiritur terminus ad quē. sed talis terminus est idem per essentiā cū motu differens solum per esse. et illud quod est idem secundū essentiā et differēs per esse bene ē in via ad seipm. Ad sextā dicitur q̄ in actione duo sunt. scilicet materia le et formale. Materiale est id quod est motus. Sed formale vltra motū dicit respectū seu operationem agentis ad patientem. et per idem potest solui septima ratio. Ad octauam dicitur q̄ passio vno modo capit materialiter pro illo quod reperitur. et sic motus bene est in passio et econtra. Alio modo formaliter solum pro receptione que fit in patientem ab agente. et hoc modo motus et passio essentialiter et genere differunt. Et per idē soluitur nona ratio.

**Queritur quarto. Utrum**

Motus bene diffiniatur cum dicitur motus ē actus entis in potentia secundū q̄ hōi. Et arguit q̄ non quens in actu non mouet. ergo si motus sit actus mobilis cum mobile est in in actu non mouetur. et sic habens motū non mouetur quod est falsum. 2º sic omne quod mouetur semper alio et alio modo se habet. ergo motus est alteritas et similiter omne quod mouetur magis ac magis accedit ad terminū. ergo motus est inequalitas et per dñs non est actus entis in potentia. 3º sic. motus est actus entis

in actu cum motus sit actus saltem motus ad quantitatem qualitatem et vbi. ergo motus non est actus entis in potentia. 4º sic. motus est actus entis secundū q̄ est in actu per motum. ergo male dicitur secundū q̄ in potentia. Ad oppositū arguitur per philosophū ponentē predictam diffinitionē. Pro responsione.

**Sciendum est primo. q̄ An**

tiqui motum diffinierūt dicētes q̄ motus est exitus de potentia in actū non subito. Sicut isti de fecerunt primo. quia exitus est spēs motus. genus. autē non habet diffiniri per suam speciem. 2º quia subitū in sua ratione recipit tempus. Est enim subitū quod fit in indissolubili tempore. sed tempus diffinitur per motū. quare in conuenienter diffinit motus per subitū.

**Sciendum est Secundo q̄**

Actus et potentia sunt de primis differentis entis. ideo sunt naturaliter priores ipso motu. ideo per eas cōuenienter diffinit Aristoteles motus. Unde aliquid est in actu tantū. et illud nō mouetur. quia mobile in termino ad quē nō plus mouetur. Aliquid vero est in potentia tantū. et tale iterum non mouetur. quia mobile in termino a quo nondū mouetur. et aliquid mediū se habet inter purā potentiā et actū purū quod partim est sub potentia termini a quo et partim sub actu termini ad quē. et solū tale quod sic se habet mouetur. ideo in ratione motus includit aliquid de potentia et aliquid de actu que sūt prime differentie entis.

**Sciendum est Tertio. q̄ hic**

diffinitur motus per subiectū eius quod est ens mobile. et illud subiectū ad duo potest comparari. scilicet ad motū et ad terminū cōpletum ipsius motus. et respectu cuiuslibet dicitur esse in potentia que cōuenienter explicant in predicta diffinitione. quia cum dicitur q̄ motus est actus entis in potentia importatur potentia ad actū primum qui est motus. sed cū subiungitur et secundū q̄ in potentia est denotatur potentia respectu termini motus. Unde sit.

**Conclusio prima. motus est**

actus. Probatur quia illud quo existens in potentia fit in actu est actus. sed motus est hōi. Minor patet quia edificabile quod dicitur potentiam ad aliquod reduatur in actum quando edificatur. sed hoc fit per edificationem que est motus. ergo per motum existens in potentia fit in actu et similiter exemplificat in aliis motibus.

**Conclusio secunda. motus**

est actus entis in potentia. Patet quia omnis actus est actus illius in quo semper inuenit. sed

motus semper inuenitur in ente in potentia. qz licet idem quandoqz sit in potentia et in actu. tamen non secundū idem. vt puta actu calidus est in potentia ad frigidum. tamen motus non inest tali enti secundū qz est in actu. sed secundū qz est in potentia.

**Conclusio tertia predicta** definitio motus est bene assignata. Patet per declarationē suarū partū superius positā. posset etiā probari per cōditiones bone definitionis sibi conuenientes.

**Conclusio quarta. motus**

non est alteritas et inequalitas aut non ens. Patet quia cuiūqz inest motus illud necessario mouetur. sed non ē necesse omnia que sunt altera inequalia vel nō entia moueri. ergo motus non est alteritas. inequalitas. aut non ens.

¶ 2<sup>o</sup> sic motus non est magis ad alteritatem inequalitatē aut ad nō ens qz ad sua opposita. nec est magis ex illis qz ex suis oppositis. ergo motus non magis deuet dici alteritas qz similitudo. et sic de aliis. ¶ Aduertendū tamen est quidā pitagorici ad ponendū motum esse non ens mouebantur. quia videbant motum nō esse puram potentiā nec purū actum. et non percipiebant mediū inter purāz potentiā et purū actū. ideo posuerunt motum in genere priuationōis in quo ponebant decem in genere mali. scilicet infinitum. multitudinē. similitrū. par. feminā. motus obliquū. tenebrā. malū. triangulum altera pte longiorem. in ordine vero positiozū ponebāt ista decem in genere boni. scilicet. finituz. impar vnum. dextrum. masculum. quietē. rectū. lumen bonum. et triangulū equilaterū. Sed ad illud motuum dicit phīs qz propter illud difficile est cognoscere quid sit motus propter mixtionem actus et potentie. non tamen est impossibile motum esse talem actum qualis dicitur est. scilicet actum permixtū potentie. nec potest motus reponi in alio genere entis nisi in genere actus imperfecti habentis ordinē ad vltiorē actum.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primā dicitur qz licet existens in actu puro non plus moueatur. tamen existens in actu p mixtum potentie vt est mobile sub motu vnde mouetur. Ad secundā dicitur qz si capiatur alteritas pro quocunqz diuerso modo se habēdi. et inequalitas generaliter pro quocūqz excessu vel defectu sic in motu reperitur quedam alteritas et inequalitas. sed si capiuntur proprie vt alteritas est diuersitas in quantitate. sic non semper in motu reperuntur. ideo motus non dicitur alteritas aut inequalitas. Ad tertiam dicitur qz licet motus quādoqz sit i ente in actu

non est tamen actus eius in qtu est in actu. sed in qtu est in potentia ad vltiorē actum. et per idem soluetur quarta ratio. Et sequitur textus. ¶ Mouetur autem.

**Queritur Quinto. vtrum**

Motus sit in mobili subiectiue. Arguitur qz non. quia actus est in eo cuius est actus. sed motus est actus mouentis vt habetur in littera ergo motus est in mouente subiectiue et non in mobili. 2<sup>o</sup> sic motus est in eo quod mouet subiectiue. sed omne mouens mouetur vt dicit in textu. ergo motus est in mouente subiectiue.

3<sup>o</sup> sic aliquid est motus ad substantiam qui est etiā substantia. sed substantia non est in aliquo subiectiue. ergo non semper motus est in mobili vt in subiecto. Ad oppositum est phīs. in. t. Pro responsione.

**Scienduz est primo. qz post**

qz phīs posuit et declarauit definitionem formalem motus. hic consequēter inquit cuius motus sit actus. et circa hoc inquit primo definitionem materialem motus. Secūdo ostendit qualiter motus est in mobili vt in subiecto et est actus mobilis. Tertio ostendit qualiter idem motus qui est actus mobilis et etiā actus mouentis. Pro quo.

**Sciendum est Secundo. qz**

Omne mouens mouendo mouetur. quod dicitur intelligi de mouente pure phīsico. Docet phīs dupliciter. Primo qz omne illud quod est quādoqz in potentia et quādoqz in actu secundū aliquā formā mouetur. sed omne mouens phīsicu quādoqz est in potentia et quādoqz in actu. ergo sic cuiuscūqz immobilitas est quies illius tmo actus. cum motus et quies priuatiue opponant. et priuatiue opposita habent fieri circa idem. sicut immobilitas mouentis dicitur quies. mouens autem quando nō mouet dicitur quiescere. sicut cuiuslibet mouentis phīsici est motus.

**Scienduz est tertio. qz Licet**

Omne mouens phīsicum mouēdo moueatur nō. tamen sibi cōuenit moueri in qtu mouens. sicut sibi accidit secundum qz habet rationē mobilitatis. Cuius ratio est quia omne tale agens cōdicat in materia cum mobili et tangit ipm tactu. pprie dicto et ab illo tangitur et habet ad ipm contrarietate. quāre in mouendo mouetur. sed hoc est ratione materie sue que est in potētia ad formā patientis. sed mouet rōe sue forme. Quia vnus quodqz agit secundū quod est in actu. Unde mouere est in plus qz agere. nam omne agens mouet. sed non econtra. sicut intelligentia dicit mouere celum. et non dicitur agere in celū. illud

Handwritten marginal notes on the left side of the page, including 'b. a', 'p. 10', and various other scribbles.



enim proprie dicitur agere quod per eius actionem habet passum ad propriam naturam agentis et agit per actum.

**Sciendum est Ultimo. q**

Ad tactus tria requiruntur. Primo requiruntur q tangencia sint corpora habentia vltima simul. defectu cuius intelligentia mouens orbem non proprie tangit ipsum. Secundo q conueniant in materia eiusdem rotis. defectu cuius celum non proprie tangit ista inferiora. Tertio q habeant conuenientiam ad inuicem. defectu cuius duo orbis celestes contigui non se proprie tangunt. Sed ille tres condiciones simul conueniunt agentibus corruptibilibus. quare mouent et mouentur. moueri tamen accidit eis proprio mouent per contactum quod probat philosophus. quia omne mouens mouet per formam per quam est in actu. vt homo exiens in actu facit ex homine in potentia hominem in actu. et omne quod mouetur in quantum est in potentia. sed idem simul et secundum idem non est in actu et in potentia. ergo mouens in quantum mouens non mouetur. sed secundum q habet rationem mobilis. Tunc sit.

**Conclusio prima: motus**

conuenienter potest diffiniri q est actus mobilis in quantum mobile est. Probatur quia motus est actus aliquis et cum hoc non conuenit moueri in quantum est mouens. sed in quantum mobile est. et dicitur hec diffinitio materialis. quia datur de motu per comparationem ad suum subiectum quod est mobile. sed prius posita potest dici formalis. quia de motu datur per comparationem ad terminum ad quem unde capit speciem. ideo motus secundum diversas considerationes diffinitur istis diversis diffinitionibus. et posset hec diffinitio materialis demonstrari per formalem. omnis actus entis in potentia in quantum habet mobile est actus mobilis in quantum mobile est. sed motus est habet mobile. ergo. etc.

**Conclusio secunda. motus**

est in mobili subiectiue. Probatur quia omne quod est actus mobilis vt cause materialis in qua est in materia subiectiue. sed motus est actus mobilis vt cause materialis. vt patet per diffinitionem positam. ergo est in mobili subiectiue.

**Dubitatur primo. vtrum**

Motus sit actus mouentis et mobilis. Pro dubio est sciendum q moueri et motus sic differunt quia motus dicit fluxum forme de esse imperfecto ad perfectum siue de termino a quo ad terminum ad quem. Sed mouere dicit eundem fluxum vt procedit a mouente in ipsum mobile. Sed moueri dicit illum secundum q recipitur in mobili a mouente.

Ex quo sequitur q illa tria distinguuntur per rationem formalem dicentem quod quid erat esse

Sequitur etiam q motus se habet ad illa duo sicut materiale. Et tunc sequitur responsio ad dubium q motus est actus mobilis et mouentis. vtriusque est idem motus materialiter. probat quod dicit secundum potentiam et actum oportet q habeat aliquem actum sibi correspondentem. sed sicut mobile dicitur secundum potentiam vt antequam moueatur et secundum actum quando actu mouetur. similiter mouens quando dicitur in potentia cum dicitur posse mouere et tamen non mouet et quando in actu quando actu mouet. ergo est aliquis actus mouentis sicut mobilis et ille est motus. et q sit vnus et idem probat philosophus. quia sicut est idem spatium vnus ad duo. et duorum ad vnum. et etiam ascendens et descendens habens tamen diuersas rationes formales. sic est idem actus qui fit a mouente et a mobili. et etiam mouentis et mobilis secundum diuersas rationes. vt patet dictis.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur q motus dicitur actus mouentis non vt subiecti. sed vt cause efficientis. sed est actus mobilis vt subiecti. Ad secundam dicit q non omne mouens vniuersaliter mouet sed solum mouens particularem quod adhuc non mouet in quantum mouens. sed in quantum mobile et in potentia ad alium. Ad tertiam dicit q motus ad substantiam non est in subiecto q sit eius completum vt est subiectum accidentis. sed est in materia que est pura potentia et habet modum subiecti accidentis. Sequitur textus.

**Queritur Sexto. Vtrum**

Actio et passio sint vnus motus in mobili existens. Arguit q non. quia proprius actus vniuersalis debet esse in eo cuius est actus. sed si actio et passio sint idem motus existens in mobili proprius actus cuius non erit in vno quoque quod est inconueniens. tenet sententia. quia actio agentis non erit in agente. sed in paciente. 2o si sic sequitur q diuersorum secundum speciem erit vnus et idem actus quod videtur inconueniens. quia agens et patiens distinguuntur. ergo si actio et passio sint vnus motus sequitur predictum inconueniens. 3o si sic sequeretur q actio esset idem cum passione et doctio cum doctrina et agere cum pati que omnia sunt falsa. ergo actio et passio non sunt vnus motus. 4o si actio et passio essent vnus motus sequeretur q omne docens doceret et omne agens pateretur. omnis est falsum. ergo actio et passio non sunt idem motus. 5o sic motus est quitas qualitas vel vbi. sed actio et passio ab his essentialiter distinguuntur cum sint diuersa predicamenta. Ad oppositum est philosophus in textu.

Pro responsione ad questum.

**Sciendum est primo q post**

et phis offendit q motus est actus mobilis. et etiam motui. consequenter circa hoc dubitacione mouet de qua est questio. et prouenit hec dubitatio. quia dictu est q aliquis actus est actiui et aliquis passiu. actiui quide vocatur actio. passiu vero passio. quod pbat phis. quia illud quod est finis et opus agentis est actio. et patientis passio. ergo actio dicitur actus agens et passio patientis. ideo cōsurgit dubitatio vtrū actio et passio sint idē motus vel diuersi.

Sciendum est Secundo q

Ens diuiditur in decem predicamenta non vni uoce sicut genus in species. sed secundū diuersos modos essendi. et a diuersis modis essendi sumunt diuersi modi predicandi. ideo decē genera inter se distinguuntur per diuersos modos predicandi proportionabiles diuersis modis essendi. ideo generatio actio et passio secundū rem dicuntur vnus et idem motus. tamen dicunt diuersos modos essendi et predicandi. ideo sunt duo pdicamēta distincta. Pro cuius intellectu.

Sciendum est tertio q mo

bus predicandi de prima substantia secundum quem sumitur distinctio predicamentorum in generali est triplex. Primus est quādo predicatur id quod pertinet ad essentia eius secundū quā accipitur predicamentū substantie. Alius est quū predicatur aliquid sibi inherens. quod fit dupliciter. Aut illud inheret rei respectiue per cōparationē ad alterū. et sic sumit predicamētū relationis. aut n inheret rei respectiue. et bō est dupliciter. Aut insequitur primā substantiam gratia materie. et sic est quāntitas. aut gratia forme. et sic est qualitas. Tertius modus predicandi ē quū aliquod extrinsecū non inherens predicatur per modū denoiationis. quod fit dupliciter. Aut talis denoiatio generaliter inest oibus corporibus. aut specialiter inest hominibus. Si primū vel talis sumitur rōne cause. aut mensure. Si primū cum sint quatuor cause. et due illarū sint partes essentie que sunt materia et forma. ideo predicatio secundū illas causas pertinet ad predicamentū substantie. vt si dicatur homo est corporeus vel rationalis. Causa vero finalis nihil causat seorsum ab efficiente. id remanet sola cā agens a qua fit denoiatio sicut ab exteriori. et ergo q aliquid denoiatur a causa agente. est predicamentū passionis. et secundus q denoiatur ab effectu cause agentis sumitur predicamentū passionis. sed si fiat denominatio mensure. que quidem mensure sunt intrinsece. vt longitudo. latitudo. et profunditas. tunc ab istis non fit denominatio. sicut ab extrinseco. sed illa pertinet ad predicamentū quātitatis. Si denoiatio fiat a mētura extrinseca hoc duplici vlt fit a tēpore.

et sic est qu. vel fit a loco. et sic est vbi. vel etiam situs qui supra vbi addit ordinē partū in toto et in loco. Si aut fiet illa denoiatio in hominibus. est predicamentum habitus.

Sciendum ē quinto. q

Ma tura dedit aliis animalibus ab homine omia que pertinent ad cōseruationē vite. vt cornua ad defendendū. coruus grossum et pilosus ad repellendum frigus. ideo non indigent habitu exteriori a quo fiat denoiatio habitus. ideo cū dicitur bos est cornutus vel pilosus est predicatio substantie. vt si diceret homo est capitatus vel pedatus. sed talia non poterant homini dari a natura. Primo quia nō cōueniebant subtili cōplexioni eius. et propter necessitatē operū que hōi cōueniūt in q̄tum est rōalis. propter q homo habet sibi preparare exteriora ad cōseruationē sui corporis. ideo cū dicitur homo est armatus vel velutus denoiatur ab extrinseco non inherente. secundū quā denoiationē sumit predicamentū habitus. et si quqz talis denoiatio reperiat in aliis ab homine hoc est solū in q̄tum veniūt in vsum humanū. vt dicendo equus est armatus vel faleratus. vel baculus est ferratus. vel gladius est vaginatus. Ex predictis patz q h motus sit vnus secundū rem. tamen predicamēta que sumunt secundum motum sunt diuersa secundū q a diuersis rebus exterioribus sumit denominatio predicamentalis. nam alia res est agens a qua per modū denoiationis sumitur predicamentū passionis. et alia est res patiens a qua secundū denoiationē sumitur predicamentū actionis. ideo actio et passio sunt duo predicamenta realiter distincta. quia vbi fit denoiatio ab exteriori sufficit distinctio rerū a quibus fiūt denoiationes ad hoc q sit distinctio realis modorum eēndi a quibz sumūt mōi pdicādi de vno.

Sciendum ē quinto q Ratio

motus non solum completur per illud quod est de motu in rerū natura. sed etiā per illud. quod circa ipm rō apprehendit. quia de motu in rerū natura nihil aliud est q actus imperfectus qui est quedā inchoatio actus perfecti in eo quod mouetur. Sed ad hoc q illud imperfectū habeat rationē motus vltterius requiritur q illud intel ligatur vt quoddā medium inter duo extrema. quorū precedens ad ipm cōparat. sicut potētia ad actū. Unde motus dicitur actus. quādo vō cōsequit ad ipm cōparatur sicut actus ad potētia. q̄tum ergo ad id quod ē de motu in rerū natura ponitur reductiue in genere sui termini ad quez sicut imperfectū reducitur ad perfectū. sed q̄tum ad id quod ratio cōprehendit circa motū. scilicet q est mediū inter duos terminos et fluit a cā agēte que reducat aliquid de potētia.

Ap eōnē ordinē pdicamentorū. in isto 3o nobili.

pp̄o  
declinat  
infert  
pbat  
sub ante  
p. b.  
pp̄o  
ar. ti  
Corro.  
b. sup̄ p̄ a.  
Actio et passio sūt duo pdicamēta realiter distincta. qz ubi ē denoiatio ab exteriori sufficit distinctio rerū a quibus fiūt denoiationes.  
p. b. & a.  
b.  
concludit  
alia pp̄o  
p. p. p. p. p. p.

In actum vel s<sup>o</sup> q<sup>o</sup> recipit in paciēte pertinet ad  
p<sup>o</sup>dicamentū actionis vel passionis. Tūc ponit.

**Conclusio responsalis ad. q.**

actio et passio sunt vnus motus materialiter.  
addunt tamē supra motum aliquid s<sup>o</sup> rationē  
formalem dicentem q<sup>o</sup> quid erat esse. p<sup>o</sup> vnus p<sup>o</sup>  
q<sup>o</sup> idem motus est actus agentis et patientis. s<sup>o</sup>  
actio est actus agentis secundū q<sup>o</sup> fluit ab agen  
te. et passio est actus patientis. ergo actio et pas  
sio sunt idem motus. **V<sup>o</sup>** probat q<sup>o</sup> motus s<sup>o</sup>  
suam propriam rationē est actus imperfectus h<sup>o</sup>  
ordinem ad vltiorem p<sup>o</sup>fectionē. sed actio dis  
cit illum actum vt procedit ab agente in passum  
et de suo formali dicit fluxum causatum ab agē  
te. passio vero dicit ipsum vt recipit in paciēte et  
de suo formali dicit illam receptionē et motū de  
suo materiali. Sed alia est ratio formalis actus  
s<sup>o</sup> q<sup>o</sup> est alicui<sup>o</sup> vt in hoc. et alicui<sup>o</sup> vt ab hoc. g<sup>o</sup>  
actio et passio supra motū addūt aliquid disti  
ctum formaliter et s<sup>o</sup> rationē. non soluz s<sup>o</sup> rōz  
rōcinantes. sed etiā s<sup>o</sup> rationē rei formale qua  
ab ipso motu differt. id formali iter se distinguūt

**Et prima parte conclusionis sequitur q<sup>o</sup> actio est**  
in patiente et non in agente vt in subiecto. quia  
actio et passio sunt vnus motus materialiter. s<sup>o</sup>  
motus est in mobili subiectiue. vel in paciēte  
quod debet intelligi de actione transeunte in al  
terum. non autem de actione immanente. **Et**  
omnibus p<sup>o</sup>dictis de motu manifestum est quid  
sit motus in v<sup>o</sup>. ex quo faciliter potest acapi dif  
finitio cuiuslibet sp<sup>o</sup>i motus. nam sicut dicimus  
q<sup>o</sup> motus est actus entis mobilis inquātū mobi  
le. ita possum<sup>o</sup> dicere q<sup>o</sup> alteratō est actus altera  
bilis inquātū alterabile. et descēdendo ad spe  
cialissima dicit<sup>o</sup> q<sup>o</sup> sanatio est actus sanabilis in  
quātū sanabile. **U<sup>o</sup>**terius patet q<sup>o</sup> motus est  
actus mouentis et mobilis. et ideo dicit p<sup>o</sup>b<sup>o</sup>s q<sup>o</sup>  
motus potest diffiniri p<sup>o</sup> cōpacionem ad mouēs  
et mobile ducēdo q<sup>o</sup> motus est actus actui et pas  
sui inquātūz h<sup>o</sup>di. et cōtrahendo illaz diffinici  
onem possent diffiniri species motus in speciali.

**Ad rationes ante opposituz**  
ad primaz dicit<sup>o</sup> q<sup>o</sup> non oportet semper actum ali  
cuius esse in eo subiectiue. sed sufficit q<sup>o</sup> sit in eo  
vt in causa efficiēte. **Ad secūdas dicit<sup>o</sup> q<sup>o</sup> diuer  
sorum s<sup>o</sup> sp<sup>o</sup>m non est idem actus s<sup>o</sup> rationem  
formalem. sed quāq<sup>o</sup> est idem s<sup>o</sup> rem. differēs tū  
secundū rationē formale rei. **Ad alias tres solu  
cio patet ex dicitis. sequit<sup>o</sup> textus. Quōz autē dicit****

**Queritur septimo. vtrum**

ad naturalem p<sup>o</sup>b<sup>o</sup>m p<sup>o</sup>teat considerare de infi  
nito. Arguit<sup>o</sup> q<sup>o</sup> non quia de non ente non est sci  
entia. sed infinitū est non ens vt inferius dicitur  
ergo infinitū non est de consideratiōe p<sup>o</sup>b<sup>o</sup>i. **z<sup>o</sup>**  
sic omnes passionēs entis sunt de consideratiōe

metaphisici. sed esse finitū v<sup>o</sup> infinitū est passio  
entis in cōi. nam d<sup>o</sup>ne ens est finitū vel infinitū.  
ergo rō. **z<sup>o</sup>** sic passionēs quātūtatē sunt de cō  
sideratiōe mathematici qui cōsiderat quātūtatē  
in cōi. sed finitūz vel infinitūz de quibus est hic  
ad propositum sunt passionēs quātūtatē. ergo  
infinitum non est de cōsideratiōe p<sup>o</sup>b<sup>o</sup>is. **Ad op  
positum est Aristo. in textu. Pro responsione.**

**Sciendum est primo q<sup>o</sup> post**  
q<sup>o</sup> in tractatu primo hui<sup>o</sup> libri p<sup>o</sup>b<sup>o</sup>s determina  
uit de motu consequēter in hoc secundo tracta  
tu determinat de infinito quod est passio intrin  
seca ipsius motus vt dictum est prius. est etiā  
passio magnitudinis et temporis. ideo conueniē  
ter post tractatūz de motu sequitur tractatus de  
infinito. in quo primo ostendit<sup>o</sup> qualiter infinitū  
p<sup>o</sup>inet ad p<sup>o</sup>b<sup>o</sup>icā cōsiderationēz. et consequēter  
determinat. Pro quo.

**Sciendum est Secundo q<sup>o</sup>**

antiqui omnes tam naturaliter loquētes q<sup>o</sup> nō  
naturaliter diceūt. infinitum esse quoddaz prin  
cipiū entium. sed diuersificati sunt. quia Plato  
et Pitagoras posuerūt infinitū esse substantiam  
per se existentem et non accidens alicui<sup>o</sup> alterius  
nature. et hoc cōueniebāt eoz opinioib<sup>o</sup>. qui  
ponebant numeros et quātūtates esse principia  
rerum. cum ergo infinitūz sit in quātūtate. habes  
b<sup>o</sup> b<sup>o</sup> ponere infinitum esse sicut substantiam p<sup>o</sup> se  
existentem. **U<sup>o</sup>** tū in duobus differebant. primo  
q<sup>o</sup> Pitagoras posuit infinitū soluz in sensibili<sup>o</sup>.  
et quia sensibilia que sunt infra celū sunt finita  
ideo posuerūt infinitū solū esse in sensibilib<sup>o</sup>. id  
opināt<sup>o</sup> est ipm esse extra celūz. Plato v<sup>o</sup> posuit  
infinitūz tam in sensibilib<sup>o</sup>z q<sup>o</sup> ydeis separatis.  
tū non posuit infinitūz extra celūz. q<sup>o</sup> dicit nihil  
esse extra celum. et q<sup>o</sup> ydee nul<sup>o</sup>z sunt. **z<sup>o</sup>** differēs  
bant quātūz ad radicē infiniti. naz Pitagoras  
ponit numerū parē esse radicē infinitatis. Plato  
vero ponit magnūz et paruum se tenere ex parte  
materie cui competit infinitas.


**Sciendum est tertio. q<sup>o</sup>**

Pitagoras ponit numerū parē esse principiu  
infinitatis. illud ondebāt rōe et signo. Ratione  
sic quod ab alio cōcludit<sup>o</sup> et terminat<sup>o</sup> est de se in  
finitū. sed numerus par cōcludit<sup>o</sup> et terminat<sup>o</sup> sub  
impari. q<sup>o</sup> numer<sup>o</sup> par vndiq<sup>o</sup> diuisibilis appar  
ret et addita vnitate reduc<sup>o</sup> ad impares. et con  
sequitur in diffinitiōe acti par sub impari con  
tineat. ergo numerus par est per se infinitus et in  
omnibus aliis radicē infinitatis. Signo probat  
sic q<sup>o</sup> si primo numero scz vnitati que est quadra  
tum in virtute inquantūz semel vnus est vnūz  
addat<sup>o</sup> prim<sup>o</sup> numer<sup>o</sup> impar scz ternari<sup>o</sup> p<sup>o</sup>stituit<sup>o</sup>  
quaternarius qui est quadratū binariū. et si qua  
drato addat<sup>o</sup> sequēs numer<sup>o</sup> impar scz quinari<sup>o</sup>

hoc debet intelligi de actione  
transeunte in aliu nō autē  
de actione immanente

T. 2<sup>us</sup> de infinito.

quomō est suplemētū nō alterat q<sup>o</sup>dratū sed autē  
diminuit in numerū sic in magis huiusmodi





constituitur nouenarius qui est quadratum ter  
narij. quia ter tria sunt nouem. et sic ascēdendo  
nunq̄ variatur figura. sed si non est de numero  
pari. quia si unitati addatur primus numerus  
par scz binarius constituitur ternarius qui est fi  
gure equilaterē. et addito cum ternario consti  
tuitur alia figura numeri. et hoc est signū q̄ uni  
tas et finitas pertineant ad numerum impares  
diformitas autē et infinitas ad numerū parem.  
Unde simile ē de numeris imparibus additis  
circumpositis unitati et de gnomonibus. quia  
sicut gnomō circumpositus quadrato constituit  
quadratum augendo ipsum et nunq̄ variat fi  
guram. Similiter ē de numeris paribus. et dicit  
gnomon quadratum supra dyametrum consis  
tens cum duobus supplementis. Et sic patent  
opiniones antiquorū nō naturaliter loquentū  
de infinito.

**Scienduz est quarto. q̄ Na**

turaliter loquentes de infinito posuerunt infini  
tum nō esse per se existens. sed esse accidens ali  
cuius nature sibi supposite. et istorū quidam po  
suerunt tantū vnum principū omnium rerū de  
numero elementorum siue non dixerunt illud eē  
infinitū. sed illi qui posuerunt plura elemēta eē  
principia in numero infinito non posuerunt alia  
quod illorū esse infinitū in magnitudine. quia  
vnum solum replet totū locum. et sic alia non  
haberent locum. sed illi qui posuerunt infinita  
principia naturalia secundū numerū. sicut Ana  
ragoras ponens infinitas partes ad inuicē cō  
mixtas. et Democritus ponēs infinita principia  
atbomalia differentia secundū diuersitatē figu  
rarum dixerunt ex oibus illis fieri quoddā infi  
nitū per contactum et aggregationem ad inuicē  
et opūiones istorum satis declarate sunt in pri  
mo libro.

**Sciendum est Ultimo. q̄**

Omnes antiqui supradicti quatuor conditōes  
attribuerunt infinito. Prima est q̄ infinitum est  
principiū et non principiātū. qz infinitū si sit non  
est frustra. ergo habet rationē principii vel prin  
cipiati. non principiati. quia tunc haberet princi  
piū. et per consequens haberet finem. et sic eēt  
finitū. Secūda cōditio est q̄ infinitū est ingeni  
tum et incorruptibile. quia si esset genitū habes  
ret principiū. et si esset corruptibile haberet finē.  
et sic esset finitum. Tercia cōditio est q̄ infinitū  
omnia continet et gubernat. et ista sequitur ex  
duabus predictis. Quarta est q̄ infinitū est quā  
dam diuinuz ex quo omnia gubernat et cōtinet.  
Quibus positis sit bec.

**Conclusio responsiua ad. q:**

Ad phísicū pertinet considerare de infinito si ē  
aut non est. et si est quid est. Patet per phúm

ratione et signo. Ratione sic. quia scia de nasa  
est circa magnitudines motū et tēpus. s3 quod  
libet istorū necesse est infinitū vel finitū eē. licet  
non omne ens vniuersaliter sit finitū vel infini  
tum. sicut est de puncto vel de simplicibus et pas  
sionibus. ergo conclusio vera. Signo sic omnes  
qui aliquo modo philosophā tractauerūt fecerūt  
mentionem de infinito vt patet per opinionēs  
antiquorū prius positas. ergo phicus habet cō  
siderare de infinito. Est aduertendū tamen q̄  
finitum et infinitum dupliciter accipi possunt.  
Uno mō generaliter vt sunt passiones entis in  
q̄m ens. et sic pertinent ad methaphisicū. Alio  
modo vt sunt passiones q̄tatis et hoc du  
pliciter. Uno mō vt sunt passiones q̄tatis se  
cundū se cōsiderate. et non vt est dispositio rez  
naturalū. et sic pertinet ad mathematicū. Alio  
modo vt sunt passiones q̄tatis considerate p  
ut est dispositio rerum naturalū. et sic hoc mō  
intelligitur cum dicitur q̄ sunt de considerandē  
phísicā.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primā dicitur q̄ licet nō sit infinitū actu  
tamen est in potentia et illud est sensibile imper  
fecte sicut habet esse. Ultra dicitur q̄ dato q̄  
nullo mō sit de eo adhuc eēt sciētia non positia  
sed priuatiua ostendendo scilz quid est infinitū  
et quid non. Ad alias duas patet solutō ex  
dictis. Sequitur textus. **Esse inquit aut  
infinitum.**

**Queritur octauo. Utrum**

Infinitū sit. Arguit q̄ sic. rationibus tertus.  
quia tempus est infinitū. quia nunq̄ incepit eē  
nec vmq̄ desinet esse. quia omne quod incipit  
esse et desinit incipit vel desinit in tēpore et sub  
tempore. ergo aliquid est infinitum. V2<sup>o</sup> sic.  
magnitudo est diuisibilis in infinitū et numer<sup>o</sup>  
etiam angularis. ergo infinitū est. an̄s apparet  
qz mathematici in diuisione magnitudinis et in  
appositione numeri vtuntur infinito. V3<sup>o</sup> sic.  
generationes et corruptiones sunt motus. et sūt  
infinite et perpetue. sed hoc non posset esse nisi  
esset vnū materiale principiū infinitū. igitur. et c̄  
V4<sup>o</sup> sic. omne finitū finitur per aliquid extra  
ipm a quo includitur. ergo oportet dare corpus  
infinitū quod a nullo includatur vel erit proce  
dere in infinitū. ergo infinitū est. V5<sup>o</sup> sic. omne  
illud est verū quod apparet intellectui vel yma  
ginationi. cum intellectus et ymaginationis ap  
pensio causet a rebus. sed intellectus noster cō  
cipit infinitū. qz dato quolibet numero adhuc  
potest cōcipere maiorem numerum. similiter ex  
tra celum ymaginatur esse spatium infinitū. g<sup>o</sup>  
est plenum vel vacū. si primum non potest re

supra b.  
finitū in infinito possidē. accipi dē

A scibile.  
de infinito dato q̄ nō sit  
est dicitur sicut p̄dicta

augmentabilis.

In perpetuis nihil differt esse et posse.   
 In perpetuis nihil differt esse et posse.   
 In perpetuis nihil differt esse et posse.

In perpetuis nihil differt esse et posse.

pleri nisi corpore infinito. si secundum cum nihil aliud sit vacuum et locus non repletus corpore potest tamen repleti. et in perpetuis non differt esse et posse. sequitur ergo quod talis locus tam repletus est corpore. Ad oppositum est probatum in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo quod post** quod philosophi ostendunt opiniones antiquorum de infinito et ostendit infinitum esse de consideratione philosophica. consequenter persequitur suam determinationem de ipso. et primo ponit tres rationes probantes infinitum non esse. et circa hoc consequenter determinat veritatem ostendendo qualiter infinitum est vel non est. et quid sit infinitum. et secundo soluit rationes adductas probando infinitum esse. Primo ostendit quod non est infinitum in actu a sensibilibus separatum. sicut platonici posuerunt de quo videbitur in presenti questione. postea vero videtur quod sit actu infinitum sensibilibus coniunctum.

**Sciendum est Secundo** Quod ut dicitur in textu magna est dubitatio circa infinitum verum sit vel non sit. quia multa impossibilia sequuntur ponentibus infinitum omnino non esse ut patuit ex predictis rationibus. etiam multa sequuntur ponentibus infinitum esse in actu ut patuit in sequentibus. Idem esset dubium si ponatur infinitum actu cuius nature sit. et similiter si infinitum sit per se subsistens ut substantia quedam. sic posuerunt platonici et Pitagoras. vel sicut alii quod accidens conueniens alicui nature ut posuerunt naturaliter loquentes.

**Sciendum est tertio quod ut dicitur** in textu infinitum dicitur quinque modis. Primo modo prout siue negative quod non est natum pertransiri. eo quod non est in genere transibulum sicut punctus. ut dicitur eodem quod vox est inuisibilis. Secundo modo potest dici quod ipsum est de se potest pertransiri. non tamen a nobis propter aliquod impedimentum ut profunditas maris dicitur infinita. Tertio modo dicitur infinitum quod potest pertransiri. tamen cum magna difficultate sicut iter usque ad indiā diceretur infinitum. Quarto modo quod habet transitum in consuminabilem propter eius extensionem infinitam. ut si esset aliqua magnitudo carens terminis. et sic proprie dicitur infinitum. Quinto modo dicitur infinitum secundum diuisionem versus magnitudinibus. aut secundum appositionem. ut in numero aut utroque modo ut in tempore. Tunc sit.

**Conclusio prima. Nullus** est actu infinitum separatum a sensibilibus per se existens ut substantia quedam. Probatur tribus rationibus philosophi. prima est quia vel esset substantia

vel accidens. si substantia cum substantia sit per se indiuisibilis eo quod omne diuisibile est magnitudo vel multiplicatio tale infinitum erit indiuisibile. ergo non erit infinitum nisi primo modo de quo non intendebat Plato nec Pitagoras. nec de illo est ad propositum. si sit accidens non est principium eorum que sunt. sed illud cui accidit quod est contra ipsos. sicut licet vox sit principium locutionis et sit indiuisibilis. tamen inuisibile non est principium locutionis. Secunda ratio patet non est separabilis a suo subiecto. sed infinitum est passio magnitudinis et numeri que non separantur a subiecto. ergo nec infinitum. Tertia ratio si hoc modo ponatur infinitum. aut esset partibile. aut imparabile. Si imparabile non erit infinitum eo modo quo antiqui ponebant infinitum. si vero sit partibile cum ab eis ponatur esse primum principium oportet quod sit substantia simplex non composita ex partibus dissimilibus. ergo est eadem ratio totius et partis. et cum totum sit infinitum sequitur quod quelibet pars eius est infinita. quare sequeretur quod ex multis infinitis fieret unum infinitum. quod est impossibile. cum unum infinitum totum locum occupet et non potest alia secum permittere. ergo non est ponendum infinitum a sensibilibus corporibus separatum. Verum est tamen ut dicit philosophus quod ista questio utrum infinitum sit in quantitatibus mathematicis et in rebus intelligibilibus magnitudinis carentibus pertinet ad vniuersaliorē sciētiā et sit presens philosophia. quia in presenti scientia solū est consideratio de rebus sensibilibus de quibus est scientia naturalis. ideo hic perferendum est utrum sit aliquod corpus sensibile actu infinitum ut de ipso dicitur inferius.

**Ad rationes ante oppositum** Ad primam dicitur quod tempus incipit esse ex principio non per naturalem generationem. sed per creationem sicut et motus. nam simul creata fuerunt celi motus eius et tempus quod est mensura motus celestis. ideo tempus non est infinitum in actu et uis dicitur infinitum in potentia secundum diuisionem et secundum appositionem. Ad secundam dicitur quod in diuisione magnitudinis et in appositione numeri est infinitum secundum potentiam. sed non est infinitum actu. A tertiam dicitur quod generationes et corruptiones non sunt perpetue sic quod sit unum materiale principium ex quo res generatur sed per circūuolutionem et reciprocationem generationis et corruptionis. quod semper generatio unius est corruptio alterius et e contra. Ad quartam negetur antecedens. quod licet tactum importet respectum ad aliquod tangens tamen finitum esse seu fieri non importat respectum ad aliquod finiens extrinsecum. sed possibile est aliquod corpus terminari suis propriis terminis

et dimensionibus sicut est de primo celo. <sup>scilicet</sup> Ad quintam dicit Aristo. Intelligentie credere est inconueniens. et capit intelligentiam per ymaginacione. i. ymaginacione vel intellectui uerso ad fantasiā vel ymaginacionem qz non oportet omne illud esse uerū quod uidet sic. i. ab intellectu nostro. alias contradictoria essent siml vera. ideo dicit phis q si capiamus aliquā magnitudinē maiorez vel minorem q sit talis abundantia/ talis defectus erit in nobis z nō in re ipsa. et id nō oīz q si ymagi apprehēdat infinitū spaciū extra celū q ppter ea ita sit qz bec ymaginaō est ex pte ymaginātis et non ex parte rei ymaginate. Sequitur textus. **Rationabile quidem speculantibus.**

**Queritur Nono. Utrum sit**

aliquid corp<sup>s</sup> sensibile actu infinitū. Arguit q sic qz motus infinitus supponit mobile finitū. sed motus celi est infinitus cū h<sup>ic</sup> natura careat principio et fine. g<sup>o</sup> celū est infinitū. 2<sup>o</sup> sic in corpore celesti reperit infinitū h<sup>ic</sup> potētiā et diffinitionē cū sit quātūz et cōtinuū. g<sup>o</sup> ibi est infinitū actu. cōtra tenz qz in ppetuis nō differūt esse et posse. 3<sup>o</sup> sic infinitū et finitū hnt fieri circa idem. sed finitū reperit actu sub corpore sensibili. g<sup>o</sup> similiter pōt reperiri cor<sup>p</sup> actu infinitū.

In oppo<sup>o</sup> est Aristoteles in textu. Pro ratione.

**Sciendum est primo. q post**

q Aristoteles improbat opinionēs antiquoz ponent<sup>es</sup> infinitū esse substantiam p se extētem qui non naturaliter loquebant de infinito. hic cōter ponit rōes ad probandū non esse actu infinitūz sicut accūs alicui nature sensibili/ sicut aliqui magis naturali loquētes posuerūt infinitū. ubi

**Sciendum est secundo. q fuit**

opinio cōis tempore Aristotelis celum esse de natura quatuor elemētoz. et q ipse nō dūz probauit celūz esse alterius nature a quatuor elemētis. ideo in suis rōibus pcedit ac si non esset aliud quod corpus sensibile extra quatuor elemēta. s<sup>z</sup> postq in p<sup>o</sup> de celo probauit celū esse alterius nature ab elemētis. ad maiorē certitudinēz ueritatis reiterat cōsideracōem de infinito oīdendo u<sup>el</sup> q nullum corpus sensibile est infinitū h<sup>ic</sup> diuincta corpora sensibilia. z sic cōsidera<sup>o</sup> ibi trahita de infinito est uniuersalior quantū ad extēsiōnez q cōsidera<sup>o</sup> hic habita in isto tercio. tū nō est uniuersalior secundum rationem generalem formālē generis scilicet. Tunc sit illa

**Conclusio prima q non est**

ponendū actu infinitū accidēs alicui nature sensibili. probat qz uel illud esset in corporibus cōtinuis uel numeris. non p<sup>o</sup> qz nullum sup<sup>o</sup> facie determinatū est infinitūz. sed de rōe corporis est

q sit sup<sup>o</sup> facie determinatū. sicut de rōe lineae est q sit inter duo puncta. z superficiē q sit inter duas lineas. ergo non est actu infinitūz nec in corpore sensibili nec intelligibili. Nec pōt dici 2<sup>o</sup> q nullum infinitū pōt mutari cū non possit pertrāsiri sed omnis numerus uel habēs numerū pōt mutari. et p cōs ptransiri. ergo nullus numerus est infinitus. Et ista rō cōpōndit duas rōes que sunt logice sed non demōstratiue. qz ex cōibus probabili<sup>o</sup> et non necessariis procedunt. Sed li aliquis ponens corpus infinitūz negaret q sit de rōe corporis esse determinatū sup<sup>o</sup> faciebz. etiā si aliquis poneret actu infinitū i numeris negaret q sit de rōe q libet numeri actu posse mutari sed quia ista dicta sunt famosa. ideo philosoph<sup>o</sup> arguit probabiliter ex ipsis.

**Conclusio secunda. Nullum**

est corpus actu sensibile infinitū. probat p phis quinqz rōibus. Prima est que pcedit supponēdo elemēta esse finita h<sup>ic</sup> multitudinēz. et arguit sic. si esset aliquid cor<sup>p</sup> naturale actu infinitūz uel esset compositū uel simplex. non p<sup>o</sup> qz cum elementa ponant finita in multitudine. non possent cōponere infinitū nisi aliquod illoz esset infinitū in quātitate. uel ergo vnū tantū esset infinitū uel omnia. non vnūz tantū. qz cum in maiori corpore sit semper maior uirtus. in infinito esset uirtus infinita. ergo destrueret alia elemēta nec posset esse nec durare illud cōpositū qz elemēta nō essent in eo adēquata. nec possent esse omnia infinita. qz vnūz infinitum vndiquaqz distans est. qz est corpus habens oēs dimensionez z protendit in infinitū. ergo non possent esse plura in eodem. cum vnūz occupet totum locum. uel oporteret duo corpora simul esse in eodē loco quod est impossibile. si autē illud corpus esset simplex uel esset vnūz corpus pcedens quatuor elemēta uel aliqui posuerūt uaporem ex quo h<sup>ic</sup> ipsos elemēta cōponunt. uel esset de quatuor elemētis. non p<sup>o</sup> qz tale cor<sup>p</sup> non est ponendūz pcedere quatuor elemēta. qz vnūquodqz resoluatur in ea ex quibus cōponit. sed elemēta non resoluunt in tale cor<sup>p</sup>. ergo nec ex ipso cōponunt.

Nec pōt esse vnū de quatuor elemētis. qz si sic cum esset infinite uirtutis cetera cōueteret in sui naturā et iaz essent uersa. quod est inconueniens.

Secunda rō est p qua phis pmitit tres suppositōes. Prima est q omne cor<sup>p</sup> naturale habet naturalez indinatōem ut sit in aliquo loco. Secūda est q alicuius corpori naturali cōuenit aliquis locus determinat<sup>us</sup> in uniuerso. Tercia est q est idem locus naturalis totius et partis. sicut totius terre et vnus glebe. et totius ignis et vnus sanille. cuius signum est qz in quacūqz parte loci totū cor<sup>p</sup> ponat pars corporis que sit in illo loco. Tunc arguitur sicut esset corpus sensibile. uel esset homogeneū et esset eiusdēz spē

pbat b. p simple  
g dicit  
numerari  
mutari  
numerari  
mutari  
Supp pma ratio.  
a sup<sup>o</sup> b. s. multitudine  
p b. b  
a sup<sup>o</sup> b. s. uirtute  
p b. b. aut  
qz  
p b. pma  
m  
p b. aut  
a. p. uel  
p b. a  
p. a  
p. a. sup<sup>o</sup> b.  
p b. s. aut  
p b. aut  
g  
a  
a  
p b. s.  
p b. s. g  
homogeneū.

p quod nō hē locū ext<sup>o</sup> ipso ad quod possit mouēri ē imōs sūm lōd sū p  
ponat cor<sup>p</sup> sensibile infinitū ipso nō hēbit lōd ext<sup>o</sup> ad quod p possit mouēri  
uēri rō si pbat cor<sup>p</sup> sensibile infinitū ipso sūm lōd ext<sup>o</sup> imōs sūm lōd  
qz si pbat cor<sup>p</sup> sensibile infinitū ipso sūm lōd ext<sup>o</sup> imōs sūm lōd  
uēbit qz vnūz quiescat uel qz sūm lōd ext<sup>o</sup> imōs sūm lōd  
eius moueat. ad nō sit maior rō q moueat ad vnū lōd q ad aliū  
cādē rōe in qndēz fuerit ad hūc mouebit ad aliū hūc sūm mouebit.  
Et qnō sit maior rō q moueat ad vnū lōd q ad aliū p<sup>o</sup> qz ubi est  
lōd totūz qz p<sup>o</sup> q lōd totūz est infinitū. rō nō ē minor rō q ad  
vnā p<sup>o</sup> lōd infinitū qz ad aliū qz qz hēbit p<sup>o</sup> lōd infinitū est qz hēbit  
lōd sūm ext<sup>o</sup> qz ita si aliq mouebit sūm mouebit. et sūm sit qz qz sit  
sūm quiescat.

in omnibus suis partibus vel etherogeneum. Si primū sequitur q̄ quelz eius pars temp̄ mo- uetur. aut semper quiescat utriq̄ est impossibile et destruit rationē nature. q̄ si semper moueret natura non esset principium quietis. et si semper quiesceret non esset principium motus. p̄ tamen d̄ntia. q̄ cum quelz pars esset in loco totius nō magis haberet inclinationē ad vnaz partē illi loci quā ad aliam. et sic vel semper moueretur ad qualz partem illius loci vel non moueret. si esset etherogeneū vel esset ex finitis specie vel ex infinitis speciebus. si primū oportet sp̄z aliquā esse infinitā in quantitate. et tunc corrumperet alias. si ex infinitis sp̄ibus. cum quelz pars habeat locū naturalē sibi determinatū sequeretur q̄ essent infinita loca naturalia determinata h̄o sp̄ca. q̄d est falsum. Et circa istam rationem dicit Anaxagoras assignans rationes quietis in finitū q̄ se ip̄m sustinet et sustentat eo q̄ est in se ip̄o et non in alio. Quā rōez improbat p̄b̄s dupliciter. Primo q̄ solum dicit quare non mouetur et non quare non est natum moueri. sicut terra quiescit in medio. sed hoc non est q̄ sit in se ipsa. sed quia habet grauitatem. Secunda rō si infinitum quiesceret quia est in se ip̄o eadem ratione quelz pars eius semper quiesceret eam esset in se ipsa. Tertia ratio omne corpus sensibile est graue aut leue. si primū naturaliter fertur ad mediū. si leue naturaliter fertur sursum a medio. ergo si sit aliquod corpus materiale infinitum ōz q̄ in eo sint sursum et mediū. sed non est possibile in infinito dare mediū et sursum. igit. Quarta rō est ōz corpus sensibile est in aliquo loco. sed tātum sunt sex differentie loci in vniuerso quarū quelz est determinata et finita. ergo ōz corpus sensibile est actu finitū et determinatum. Quinta ratio si esset corpus sensibile infinitum haberet locū infinitū. sed hoc est impossibile. cū de rōe loci sit circūdare et continere locatum. ergo nullum est corpus sensibile actu infinitū.

Ad rationes ante opposituz

rat' in tali uel tali ordinē ad hōc fluyū nō mouet'*

b. locum sed hoc est impossibile.

Conclusio quarta. locus sic

bene diffinitur q est terminus corporis continens immobilis...

Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicit q corpus est totum in loco...

Queritur sexto. Utrum

Ultima sphaera sit in loco per accidens...

mouentur localiter nisi quia totum est in loco... ad oppositum arguit per pbam...

Sciendum est primo q post

pbis diffinit locum dicitur ex eius diffinitione ostendit quid dicatur esse in loco...

Sciendum est secundo q

diuisio q est esse totum in loco due ponuntur diuisiones...

Sciendum est tercio q de

ista dubitatione licet multe fuerint opinionones pbis...

no q motu localis e motu in ubi et ad ubi sic motu alterationis...

eo m q alq res mouet localiter est in loco...

Marginal notes on the left side of the page, including 'vlla co hanc locum' and other small annotations.

Vertical marginal notes on the right side, including 'continetur', 'pbat', and 'dubid'.

## Liber quartus

quia oē quod habet fixationē per alterū dicit esse  
per accidēs in loco per illud per quod sic figuratur  
quod est in loco per se. p̄ de clauo in nau. sed  
corpus circulariter motū habet fixationē per imo-  
bilitatē sui centri circa quod mouet. ergo vltia  
spera dicit esse in loco per accidēs p̄to centru  
circa quod vtriusq; habet per se esse in loco. q̄ aut  
inferiores partes sperē habeant locū per se quo  
cōtinentur a superioribus hoc sibi accidit ex or-  
dine earū ad inuicē. q̄ nō est necesse nec de rōe  
corporis circulariter motū q̄ habeat locū in quo  
moueat. sed solū circa quē vt dicit Auerrois.  
Et si quis dicat si vltimū centru est per accidēs  
in loco sequit̄ q̄ mouetur per accidēs. et ita mo-  
tus per accidēs est prius motu per se. quod ē in-  
conueniens. Respondet Auerrois q̄ in motu cir-  
culari non requiritur q̄ corpus mobile circulari-  
ter sit per se in loco licet hoc bene requiratur ad  
motū rectū. et ratio huius est q̄ motus circula-  
ris non est ad locū sicut est rectus. sed est circa lo-  
cum. Sed hec opinio videt̄ esse cōtra distinctionē  
nē p̄bi quā prius posuit de hoc q̄ est esse in loco  
per accidēs. quia solū aliquid dicitur esse in lo-  
co per accidēs vel sicut pars in toto. vel sicut  
accidēs in subiecto. et nō per hoc q̄ aliquid ex-  
trinsecū rei sit per se in loco. cū ergo centru vltie  
sperē sit oīo extrinsecū. sequit̄ q̄ vltima spera nō  
dicitur esse in loco per alterū siue per accidēs p̄  
sui centru. Alia est opinio Themisti dicentis  
vltimam speram esse in loco per suas partes. Et  
hanc opinionem prosequitur doctor sanctus.

Pro cuius declaratione.

### Sciendum est quarto. q̄ vt

prius dictum est non queretur locus nisi propter  
motum. idē demonstrat Aristoteles locū esse per  
hoc q̄ corpora sibi inuicē succedūt in eodē loco.  
et ita licet locus non sit de necessitate corporis  
in q̄tum corpus est. est tamen de necessitate cor-  
poris in q̄tum localiter mouetur. ergo alicui cor-  
pori localiter moto necesse est assignare locū eo  
mō quo in motu cōsequit̄ successio diuersionū  
corporū et in eodē loco. et ideo in hiis que mo-  
uentur recte q̄ duo corpora succedūt sibi inuicē  
in eodem loco secundū totū ergo necesse est cor-  
pus quod mouetur motu recto q̄ sit secundum  
se totum in loco. sed in motu circulari licet totū  
mutet locum ratione. non tamen subiecto. nam  
totum permanet in eodē loco subiecto. sed mu-  
tat locum ratione tantum. vt dicitur in 6<sup>o</sup> huius  
sed partes mutant locum subiecto et ratione. idē  
in motu circulari attenditur successio i eodē loco  
non totoū sed partium eiusdem corporis. ergo  
corpori moto circulariter non debetur locus ex  
necessitate secundū se totum sed secundum pars  
tes. Tunc sit.

### Conclusio prima. Vltima

spera non est per se in loco. Patet q̄ solum illud  
est per se in loco cui conuenit aliquod corpus q̄  
tra se continens. sed extra vltimā sperā non est  
aliud corpus continens. ergo. et c.

### Conclusio secunda. vltima

spera est per accidēs in loco. id est per alterum et  
per suas partes. Probatur q̄ partes vltime spe-  
p̄to circulares sunt cōtinent oēs se inuicē licet  
q̄ vna cōtinet inter duas partes. et similiter de  
qualibz alia q̄nis nō sint actu diuise a toto. q̄  
secundū tales partes prima spera ē in loco  
omne corpus eo mō est in loco quo mouet loca-  
liter. sed prima spera cū moueat circulariter nō  
mutat locū subiecto secundū se totam sed secū-  
dū suas partes solū. ergo sibi cōuenit locus s̄  
suas partes. et hoc est esse in loco per alterū  
predictis p̄ q̄ celum motum circulariter non est  
secundū se totū motum in loco. cum nō habeat  
aliquod extra cōtinēs ip̄m. sed oē in ip̄o cōtine-  
tur. et p̄pter hoc centru dicit̄ oē siue vniuersum.  
verū tamen celū nō est locus sed cōcauum ei.  
quia locus ē terminus corporis cōtinentis imo-  
bilis. et p̄pter hoc terra dicit̄ esse in aqua. q̄ est  
in cōcauo eius et aqua in aere et aer in igne et  
ignis in celo et celū nō amplius in alio. Et dicit̄  
in diffinitione loci infert̄ p̄bus solutiones  
quarūdam rationū prius ordinatarū ad probā-  
dū locum nō esse de quibz prius patuit. In feri-  
p̄bus insuper cām proprietatū loci. quarū prima  
est q̄ rōnabiliter oē corpus naturale mouet ad  
suum locum. cuius cā est p̄pinq̄tas nature q̄  
est inter corpus cōtinēs et contentū. quia talis ē  
ordo corporū naturalū secundū naturā qualis  
est ordo secundū situm. ita vt p̄pinq̄iora s̄  
naturā sint magis p̄pinq̄a secundū sitū in ele-  
mētis q̄tum ad suas formas substantiales quas  
habent ex influentia primi locantis. q̄ q̄tum ad  
qualitates actiuas et passiuas nō habent p̄-  
pinq̄itatē. sed magis cōtrarietatē. Secūda p̄p̄ie-  
tas est q̄ rōnabiliter vnūquodq; corpus natu-  
raliter quiescit in suo proprio loco. rō huius  
est quia corpus contentum se habet quodā mō  
ad continens sicut pars ad totum vt aqua se h̄  
ad aërem ad modum partis et non solum secū-  
dum ordinem cōtinendi. sed etiā secundū gra-  
dum nature. quia aqua se habet tāq̄ materia  
respectu aëris. et ita se habet in ratione partis  
aer vero respectu aque habet rationem totius.  
et cōtinentis. et pars naturaliter quiescit in suo  
continēte. Et predictis p̄ q̄ locus est. et quid  
est. et que sunt proprietates eius. et etiam patēt  
rationes suarū proprietatum.

### Ad rationes ante oppositū

b̄ sup̄t̄ nō est vltima  
spera mouet  
s̄ suas partes

Clepedra.

Ad primam dicitur quod licet celi per se moueat localiter sic quod mutet locum per suas partes. non tamen sic quod mutet locum subiecto sed se totum. et ideo non oportet quod se totum sit per se in loco. Ad secundam dicitur quod licet presertim non diuisa a toto non sint actus in loco. sunt tamen secundum potentiam in loco. pro quantum presertim est diuisibile. Ad tertiam dicitur quod licet celi secundum se esse naturale non sit diuisibile sic quod actu per actionem nature possit diuidi. tamen secundum quod est quantum et continuum dicitur esse diuisibile.

Sequitur textus. Eodem autem modo.

**Queritur septimo: utrum**

ponendum sit vacuum in rerum natura. Et arguitur quod sic quia motus localis est ergo vacuum est. contra tamen quia quod mouet localiter recipit in loco pleno vel vacuo. si enim habet intentionem. si per duo corpora erunt in eodem loco. pari ratione tria vel quatuor. et in paruisimo loco poterit esse maius corpus quod est impossibile. igitur etc. **V2:** sic condensatio est possibilis. ergo vacuum est ponendum. contra tamen quia in condensate partes coherent ad inuicem quod non potest fieri per plenum. ergo fiet per vacuum. an sicut patet quod dolium tantum recipit de vino cum vitibus quantum sine vitibus. et hoc est propter vinum in contactu ad vitres. condensatur et precipue si vitres sunt subtiles. **V3:** sic augmenta sunt adueniente aliquo corpore quod recipi non potest in plenum. quia duo corpora simul essent. ergo recipit in vacuo. **V4:** vas plenum cinere vel farina tamen recipit de aqua quantum si non essent cineres. quod non fieret nisi si essent aliquae vacuitates inter partes cinere. ergo vacuum est. In oppositum est Aristoteles in textu per quo

**Sciendum est primo. quod post**

quam philosophus determinauit de loco contra determinat de vacuo. quia secundum ponentes vacuum idem sunt subiectus locus et vacuum. et ratione differunt. Et hanc considerationem de vacuo oportet incipere ut philosophus habet primo accipiendo rationes affirmantes vacuum esse que iam posite sunt. et accipiendo rationes negantes vacuum esse. et accipiendo contra opiniones de significacionibus huius nominis vacuum. per cuius declaracione

**Sciendum est Secundo quod**

antiqui philosophi noluerunt ponere vacuum. et defacto posuerunt non esse. sed in hoc peccabant. quia non arguebant vel contra positiones ponentium vacuum esse sed solum particulariter ostendendo quod aer aliquid est. et per contra plenum aere non est vacuum. et licet hoc sit verum. tamen contra ponentes vacuum per hoc sufficeret non posset concludi vacuum non esse. quia non sequitur plenum aere non est vacuum. ergo vel vacuum non est. ideo debuissent ostendere vel quod non sit aliquid quod spatium sine sensibili corpore. Quod autem aer aliquid sit immo quod sit fortis sic ostendebatur duplici experientia. Prima est. nam cum videmus vitres aere

repleri magnam pondus sustinet. quod non esset nisi aer aliquid esset et esset fortis. Secunda experientia est de clepedra aqua repleta cuius si obstruat foramen non cadet aqua per foramina inferiora. et huius causam dicebant esse aerem interius exites et aquas sustentent. et sic concludebatur quod aer aliquid est et fortis. ergo plenum aere non est vacuum. Et ex principio vel concludebatur vacuum non esse quod tamen ex hoc sufficere non concluditur. sed ponentes vacuum pro maiori parte estimabant aerem nihil esse que quidem estimant maxime eos induxit ad ponendum vacuum.

**Sciendum est tercio quod ponentes**

vacuum esse reduci possunt ad tres opiniones. Prima est ponentium vacuum esse quoddam spatium inter latera continetis separatum a corporibus et receptum corporum. Et per istam opinionem est prima ratio an oppositum. Etiam aliud motum erat quia isti credebant aerem nihil esse. Secunda fuit ponentium vacuum esse spatium inibitum corporibus naturalibus ad modum paruorum foraminum sicut spatium gratia vel pumet. Et sic posuerunt Democritus et Leisipus. Ponebat enim Democritus ponere corpora ex multis atomis et intermedia illorum atomorum dicebat esse quasdam vacuitates quas poros appellabat. ideo dicebant omnia corpora componi ex pleno et vacuo. et sic posuerunt vacuum corporibus inibitum ad saluandum rarefactionem condensacionem augmentacionem et diminucionem et nutricionem secundum tres ultimas rationes an oppositum. Tercia opinio fuit pictagoricorum non naturaliter loquentium de vacuo qui dicebant vacuum esse spatium magnum infinitum ultra celum quod credebatur esse magnum animal quod suo anhelitu vel respiracione tale vacuum trahit et ex suo flatu corpora huius mundi ad inuicem distinguit et separat. ita ut vacuum sit que dam distinctio et separatio partium vniuersi. et hec distinctio non potest fieri per plenum quia ille partes essent continue. ideo oportet quod sit quoddam vacuum. et quia prima distinctio secundum pictagoricos inuenitur in numeris. ideo ponebant primo vacuum in numeris distinguens vnam unitatem ab alia ut numerus sit continuus. sed quia isti non naturaliter sed equiuoco locuti sunt de vacuo appellantes ream distinctio nem vacuum. ideo hanc opinionem inferius non prosequitur Aristoteles. sed tantummodo duas primas. per quod

**Sciendum est quarto quod ad videndum**

significationem huius nominis vacuum. aliqui antiqui ipsum sic diffinierunt. vacuum est in quo nihil est. et quia secundum eos omne ens est corpus. ideo concludebatur quod vacuum est in quo nullus est corpus et quia tamen credebant omne corpus esse tangibile et omne tale esse graue aut leue. ulterius sillogisant quod vacuum est in quo nihil est graue aut leue. sed quia secundum istas descriptiones oporteret procedere pun

Eadem est materia quod dicitur

omne quod est in actu fit ex eo quod est in potentia.

tum esse vacuū. qz in puncto nihil est graue aut leue id superaddit locū illis descriptionibus dicens qz vacuū est locus nō replet<sup>9</sup> corpore apt<sup>9</sup> natus tamen repleri. Et si queratur si in aliquo spacio sit color vel sonus et nō aliud corpus an sit vacuū. R. phūs qz si illud spaciū possit recipere corpus adhuc est vacuū. et si nō minime diceret<sup>9</sup> vacuū. Alia fuit descriptio vacuū secū dum Platonē qz vacuū est in quo non est hoc aliquid nec aliqua subltātia corporea. qz secū dum ipm materia est locus forme. ideo materia siue forma que quidē forma dat eē hoc aliquid debet dici vacuū. sed hec opinio improbat<sup>9</sup>. qz materia nō est separabilis a rebus. sed ponētes vacuū requirunt ipm sicut aliquid separabile illis notatis sit.

**Conclusio prima:** Ad phīsi cum pertinet considerare de vacuo si est aut nō est. et si est quid est sicut de loco. Patet qz illa q̄ habēt similem credibilitatē et fidem essendi et nō essendi pertinent ad eandem scientiā. sed secū dū ponentes vacuū locus et vacuū sunt binōi. qz ponunt vacuū esse quēdā locū vel vas quod quādo cōtinet corpus cuius dicit<sup>9</sup> receptiuū dicit<sup>9</sup> plenuū. et quando est priuatiū corpore dicit<sup>9</sup> vacuū. et sic secū dū ipos idem sunt subiecto vacuū plenuū et locus. sed differunt secū dū esse et rationem.

**Conclusio secunda:** Non est ponendum vacuū in rerum natura. Probat<sup>9</sup> quia si esset ponendum vel esset spaciū a corp<sup>9</sup> a poribus separatiū vel spaciū corporibus imbitum. vel spaciū infinitū extra celū. sed nullum istorum est dicendum. qz si ponatur vacuū erit locus priuatus corpore. locus autē est terminus corporis continentis. et non est spaciū nec separatiū nec inseparabile vt prius ostensum est. 2<sup>o</sup> qz videmus ad sensum corpora huius mūdi naturaliter refugere vacuū. Videmus etiā de scendere graua et leuia ascendere vt vacuū nō sit in vniuerso. 3<sup>o</sup> qz videmus corpora huius mundi in digent<sup>9</sup> necessario corpore celesti ad suā cōseruationem. sed hec virtus cum sit accidens non est sine subiecto. ergo oportet illa corpora ad inuicem esse contigua et sine interpositione vacui.

**Ad rationes ante oppositū**

Ad primā dicit<sup>9</sup> qz mobile localiter recipit in locum plenuū. sed cum ingreditur locum corp<sup>9</sup> preexistens cedit et etiā quādoqz fit condensatio. Unde sicut isti arguebant ex ista cōdictionali si motus est vacuū est a positione anti<sup>9</sup> ad positionem anti<sup>9</sup> vacuū esse. ita ex eadē destructione consequētis ad destructionē antecedētis Mellissus arguebat motū non esse si motus est

locus est. sed vacuum non est. ergo motus non est. et similiter de motu vniuersali nō habet app<sup>9</sup> parentiam. qz contingit plenuū alterari. nec etiā ad saluādū motū localem oportet ponere vacuū vt dictū est. Ad secundā dicendū ē qz ad saluandum rarefactionē et condensationē non oportet ponere vacuū. qz fiunt per quādam alterationē per quā materia sit sub maiorē vel minorē q̄titate q̄ prius fuit. Ad terciā dicit<sup>9</sup> qz augmētū nutrimentū in augmentatione primo recipitur in locum plenuū. sed corpus preexistens cedit in aliū locum vel condensatur. et in termino augmētū fit extensio partium formalium quando conuertitur nutrimentum in substantiam aliti ideo non fit augmētatio sine alteratiōe. Ad quartā dicit<sup>9</sup> qz vas plenuū cineribus tantum recipit de aqua q̄tum sine cineribus. sed non est propter vacuū ibi existens. sed propter tres cās que cōiter assignantur. Prima ē subtilitas vtriusqz ex qua sumitur subtilis cōmixtio et facilis Secūda est porositas aeris repleta que recedit Tercia est qz propter siccitatem cinerū magna pars aque consumitur. ideo si cōprimatur cinis non tantum erit de aqua q̄tum absorbit.

Sequitur textus.

**Queritur octauo. Utrum**

Ad saluandum motū ponendum sit vacuū.

Et arguit<sup>9</sup> qz sic locus est causa motus naturalis. sed non est causa eius in q̄tum plenuū ē quia corpus preexistens in loco non dat sibi rōem cause motus. ergo in q̄tum est vacuū. et p̄ nōs vacuū est causa motus. ergo ad saluandū motū ponendū est vacuū. 2<sup>o</sup> sic sicut se habet carentia forme in materia respectu mutationis formariū. ita se habet carentia corporis in loco respectu mutationis corporis que succedunt in eodem loco. sed carentia forme in materia est cā mutationis formariū quia sine ipa non fieret mutatio. ergo similiter carentia corporis in loco est causa motus corporū. sed illa carentia est ip̄s vacuū. ergo vacuū est causa motus. Ad oppositū arguit<sup>9</sup> per phūm in textu. Pro. R.

**Sciendum est primo. qz post**

qz phūs posuit opinionem antiquorū de vacuo et quid noie vacui significatur. p̄nter inquit veritatem improbando opiniones ponentium vacuū esse. et primo improbat opinionem ponentium vacuū esse spaciū a corporibus separatum. et deinde illam que dicebat vacuū esse corporibus imbitū. et qz ponentes vacuū esse spaciū separatiū ad ponendū hoc mouebant vt esset causa motus localis tanq̄ illud in quo et per quod posset fieri motus eo qz vacuū ē



dit et non resistit mobili. ideo Aristoteles hanc opinionem destruit primo ex parte motus. 2º ex parte velocitatis et tarditatis in motu vt videtur in sequenti. Transit

**Conclusio prima. Vacuum**

non est causa motus nec ad saluandum motum ipm est ponendum. Probatur sic sex rationibus textus. Prima est si vacuū sit causa alicuius motus maxime est causa motus localis. vt ergo ipsi dicebant erit principium motus localis. sed hoc non. qz oē corpus naturale habet motū naturalem ad aliquē determinatū locū secundū propriā naturā. vt ignis sursum et terra deorsum ergo natura cuiuslibet corporis est cā sui motus localis et nō vacuū. Secunda rō ē omne corpus naturale mouetur naturaliter ad suū locū naturalem. et naturaliter in eo quiescit propter naturalem cōuenientā quā habet cū ipso. et recedit a loco nō naturali propter discōuenientā. sed vacuū cuius sit eiusdē rōis in oibus suis partibus si ponatur non habet aliquā naturam per quā possit conuenire aut discōuenire cū aliquo. ergo corpus in vacuo positū non mouebit. vel si moueatur oportebit q̄ simul ad quālibet partē vacui moueatur. cum non magis conueniat cum vna parte q̄ cū alia. sed hoc est impossibile. igit. 2 ista eadem rō valet cōtra illos qui ponunt locum esse spaciū separatum. Tercia rō si vacuū sit eiusdē potentie et virtutis in omnibus suis partibus. ergo mobile in eo positū equaliter ab omni parte vacui trahetur. et per dñs oportet q̄ perpetuo maneat immobile. et etiā ista rōe alii qui assignant cām quietis terre in medio mūdi quia ab omni parte equaliter ad centrū trahit.

Quarta rō omnis motus est naturalis vel violentus. et qz omnis motus violentus est declinatio a motu naturali et fit in mobili cōtra inclinationem ad motū naturalem. sequit q̄ si in vacuo non possit esse motus naturalis. ergo neqz violentus. Adior p̄ quia oīs motus naturalis est ad aliquā differentā positionis. 2 diuersorum corporū motus naturales sunt ad diuersas partes loci naturalis. sed in vacuo non est aliqua naturalis differentia positiois partū ad inuicem. ergo non pōt esse cā motus naturalis sed magis destruit motū. sicut enim in infinito si esset non esset sursum deorsum neqz mediū vt dictum est p̄. ita neqz in vacuo. aliter tamē essent ista in infinito et in vacuo. qz in infinito ista nullo mō reperiunt distincta nec ex natura rei nec quo ad nos. sed in vacuo si esset spaciū infinitum illa reperirentur distincta quo ad nos. sed nō ex natura rei. qz vacuū habet rationem privationis et non entis. modo non entis nulla est differentia. ideo in vacuo non reperitur sursum deorsum

et mediū ex natura rei differentia. Quinta rō si vacuū esset sequeretur q̄ proiecta post recessus a primo proiciente non moueretur. dñs ē fallū et cōtra experientā. et patet cōsequentia qz cā motus projectorū post separationē a primo proiciente secundū aliquos est antiparistesis hoc est repercussio mediū ad mediū. qz mediū primo percussum a primo proiciente vt ymaginatur pellit mediū sibi propinquū et illud pellit aliud et sic cōsequēter quousqz cesset virtus violentie medio impressa. Et secundū alios causa illius motus est mediū primo percussum a primo proiciente cui est impressa virtus violentie a primo proiciente quod mediū assistit defectū dō ipm percussum motu velociori q̄ sit natū moueri secundū naturā. id impellit motus naturalē percussi. sed si esset vacuū nullo istorum modorum posset dari causa motus projectorū. qz i vacuo non esset mediū. ergo si esset vacuus non esset causa motus. Sexta rō si poneretur vacuū non esset assignare causam quare mobile magis moueatur ad vnā partē quā ad aliā. nec etiā quare magis quiesceret in vna parte quam in alia. ergo si quiesceret vbiqz quiesceret. 2 si mouetur vbiqz mouebitur. quod est impossibile. añs cōfirmatur qz antiqui dixerunt vacuū esse cām motus quia vacuū cedit ipsi mobili 2 nullo mō resistit. ergo cū secundū quālibet partem equaliter cedat sequitur q̄ si mobile incipiat moueri secundū quālibet partem simul mouebitur vel simul quiesceret. quod est incōueniens. ergo vacuū cum non debet poni causa motus. Et quo sequitur q̄ non est ponendum vacuum. qz destruitur causa. destruntur effectus. sed causa quare antiqui ponebant vacuum esse est ad saluādū motum et vt esset causa rei. sed non est causa rei vt dictū est. ergo vacuū non est ponendum.

**Ad rationes ante oppositū**

Ad primā dicitur q̄ locus nō est causa motus naturalis quia est plenus vel qz sit vacuum. sed quia mobile habet naturalem cōuenientiam cum loco naturali qui est generatus et cōseruatus locati. Ad secundā dicitur q̄ carentia forme in materia non est causa mutationis formarū quia nihil influit ad talem mutationē sed bene dicit principium vt dictū est in primo. Dicitur vltra q̄ vacuum non est solum carentia vnus corporis in loco. quia sic oīs locus esset vacuū. sed dicitur vniuersaliter carentia cuiuslibet corporis. modo cum locus caret vno corpore est repletus alio.

**Queritur nono. vtrum**

Si esset vacuū graue vel leue simplex in eo possum succelline et in tempore moueretur.

Handwritten marginal notes on the left side of the page, including the number '7' at the top and various symbols and abbreviations.

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including the number '2' at the top and various symbols and abbreviations.

Et arguitur q sic. quia omne corpus dum mouetur localiter prius transit spacium minus se q̄ equale et equale q̄ maius. s; si esset vacuū ibi esset spaciu equale et maius q̄ graue in eo positum. ergo graue ibi positum prius transiret spacium equale q̄ maius. ergo successiue moueret et non instanti. 2<sup>o</sup> sic prius et posterius in motu causantur ex priori et posteriori in spacio per quod fit motus. sed si esset vacuū in eo esset prius et posterius. et per dñs successio. 3<sup>o</sup> sic si ponatur. totum vacuum spacium inter ceum et terrā et esset lapis in concauo celi v; ibi quiesceret vel descenderet. non prius quia tunc graue existens sursum et non prohibitum ibi quiesceret quod est contra eius naturam. ergo lapis mouebitur deorsum. et non in instanti. q; tunc equeretur q̄ in eodem instanti esset in puncto sursum et in puncto deorsum et in quolib; puncto in termedio quod est contra ymaginationem. ergo mouebitur successiue. et detur vltimum instans ipius sursum et primum instans in quo est deorsum vel ergo sunt idem instans vel diuersa. si idē sequeretur inconueniens illatum. si diuersa cum inter quecumq; diuersa instantia sit tempus in termediū sequitur. q̄ mouebitur in tempore et successiue. 4<sup>o</sup> sic in motu celi est successio et tamen non mouetur per mediū. ergo etiā sublato medio et posito vacuo poterunt moueri successiue graua et leuia simplicia. 5<sup>o</sup> sic dentur duo corpora rectarū superficietum secundū oēm partem cōiuncta et subito distinguantur secundū quālib; partem. aut ergo subintrabit aer omnem partem eque primo aut prius veniet ad vnam partem q̄ ad aliam. non prius. q; omne corp<sup>o</sup> prius est in loco propinquo q̄ in distanti. ergo oportebit dicere secundū. scilz q̄ in illo vacuo successiue moueatur. igitur **Ad oppositum arguit per pbūm in textu.** Pro responsione.

**Sciendum est primo q̄ post** Aristoteles improbavit opiniones antiquorum ponentū vacuū esse spaciu ex parte motus dñter improbat eandē positionem ex parte velocitatis et tarditatis in motu. et gratia huius primo assignat duas causas propter quas alio quod corpus velocius mouet. Prima in raritate propter differentiam mediū et densitate. vt si sint duo mobilia equalia in grauitate. q̄ritate et figura et vnum moueatur per aerem et aliud per aquā. prius mouebitur alio in illa portione in qua aer est subtilior aqua. Alia causa est propter differentia mobilis scilicet in grauitate vel magnitudine vel figura. Circa primam causam dicit pbūm q̄ mediū quando fertur cōtra mobile maxime impedit motū eius vt patet de motu ascendēte in finio si etiā quiescat medium abuc impedit. sed si moueatur cū mobili

tunc iuuat motū mobilis sicut flumini qui fert namem inferius. sed inter ea que impediunt motum illud mediū quod est grossius et non facilliter diuiditur. magis ipedit. Illis notatis sic

**Conclusio prima. Si esset**

vacuum et successio in motu veniret ex existentiā mediū vt antiqui posuerunt graue vel leue simplex in eo positum non moueretur successiue sed subito mutaretur. Probatur rōnibus pbū. Prima ē. talis est proportio motus ad motū in velocitate et tarditate qualis est proportio mediū ad mediū in densitate et raritate supposita equalitate mobilis in q̄ritate figura et virtute vt patet per primā cām maioris velocitatis motus prius positam. sed spaciu vacui ad plenum nulla est proportio secundū quā vnum excellat aliud. ergo motus facti per vacuum ad motum factum per plenum nulla est proportio. sed omnis motus factus per plenum fit in tempore. et omne tempus ad aliud habet certam proportionem. ergo motus factus per vacuū fiet in non tēpore et subito. Maiorem huius rōis probat pbū per primam cām maioris et minoris velocitatis in motu prius positam. Minorem sic probat quia omē excellēs aliud cōtinet illud quod excellit et illud in quo excellit ipm. id non dicimus q̄ quatuor excellant nihil. quia tunc continerentur nihil sed bene excedunt duo vel tria. sed vacuum nō cōtinet plenum nec e contra. ergo vacui ad plenum nulla ē proportio secundū quā vni excellat v; excellatur ab alio. Aliter formatur ista rō arguendo ad impossibile. quia si motus factus per vacuum habeat proportionem ad motū factum per plenum sic q̄ in vtroq; fiat motus in tempore. tūc cum omē tēpus habeat proportionē ad aliud sequitur q̄ in equali tempore fiet motus per plenum et per mediū vacuū. ymo adhuc in minori per plenum q̄ per vacuū. dñs est impossibile. et patet cōtra quia detur tempus motus facti per plenum et motus facti per vacuū. et cum ista duo habeant certam proportionē et ponatur q̄ tēpus mensurans motum in pleno excedat alterum tēpus in certa proportione vt puta in medietate subtilietur tunc mediū plenum in illa portione tunc in illa portione velocitabit motus per plenum. ergo in eadē portione diminet tēpus et per dñs in equali tempore fiet motus per plenum et vacuum. et si adhuc subtilietur illud medium secundum medietatem. sequitur q̄ in minori tempore in duplo fiet motus per plenum q̄ per vacuū. Sed contra istas rationes sunt tres difficultates. Prima est quia omnis motus h; velocitates determinatā ex portione portione motus ad mobile et si nullum sit impedimentum ex parte mediū. ergo si mot<sup>o</sup> fiat per vacuū adhuc habebit proportionem in velocitate ad

nam

Co.

motum qui fit per motu plenum. An̄s patet du-  
 pliciter. primo sic qz motus celi a nullo impedi-  
 et tñ in ipso est determinata velocitas s̄q̄ deter-  
 minatur tempus. 2º patet p̄ rationē qz ex hoc q̄  
 in spacio per quod fit motus est rep̄e prius et  
 posterius ita et in motu. Et quo sequit̄ motum  
 esse in determinato tpe. S̄ bene ver̄ est q̄ huic  
 velocitati determinate ex p̄porcione virtutis mo-  
 toris ad mobile p̄t̄ aliquid subtrahi ex aliquo  
 impetu. ergo non oportet q̄ p̄porcio motus ad  
 motum in velocitate sit sicut p̄porcio impedi-  
 entis ad impeditū ita q̄ si non sit aliquid impedi-  
 mentū q̄ fiat motus in n̄o tpe. sed solum s̄q̄ il-  
 lam p̄porcionem impediētis et impediti sumit̄  
 retardacōis p̄porcio ad retardatū. 3º posito q̄  
 sit motus p̄ vacuū non sequit̄ q̄ ille motus n̄o  
 habeat p̄porcionē in velocitate naturali ad mo-  
 tum qui fit per plenu. Ad hanc rationem m̄dit  
 Auerr̄ q̄ velocitas et tarditas motus bñ d̄sur-  
 git ex p̄porcione motus ad mobile. sed oportet  
 mobile esse resistēs motu. sicut patēs est contrariū  
 agenti. Dec aut̄ resistentia potest esse ex tribus.  
 Primo ex parte situs mobilis quod est in vno situ  
 habet repugnātiā ad simul esse in alio situ. 2º  
 ex natura mobilis. 3º ex parte medii. Et hec tria  
 sunt accipiēda simul vt vnum resistens. Potest  
 ergo inueniri resistentia mobilis ad motorem ex  
 parte situs mobilis sicut est in corporibus celesti-  
 bus. vel ex parte mobilis et medii simul. sicut est  
 in corporibus aīatis. sed in grauib⁹ et leuib⁹  
 simplicibus subtrahit̄ illo quod habet mobile a  
 mouente sc̄ ipsa forma que est principiū motus  
 quas dat generās quod est mouens remanet so-  
 la materia ex pte cuius nulla est resiliētia ad mo-  
 uens. 3ḡ relinquit̄ q̄ in talibus tota resistentia  
 est ex parte medii. Sic ergo in corporibus celesti-  
 bus est differētia velocitatis motus s̄q̄ p̄porcio  
 nem motoris ad mobile et ad mediū resistens. et  
 sic in talibus procederet obiectio p̄dicta sc̄ q̄ re-  
 mota retardacione que est ex parte impediētis  
 adhuc remaneret determinata quātitas temporis  
 in motu s̄q̄ p̄porcionē motoris ad mobile. sed  
 in grauib⁹ et leuib⁹ non p̄t̄ esse retardatio ni-  
 si s̄q̄ resiliētia medii. id̄ in ipsis vt dicit Auerr̄  
 bñ procedūt rōes Aristo. Sed hec respōsio non  
 valet. quia in illis simplicibus remota forma  
 quam dat generās adhuc remanet p̄ intellectus  
 corpus quātu. quod ex pte sui situs habet resiliē-  
 tiam ad motorem sic q̄ non p̄t̄ esse simul in con-  
 trariis sitibus. Ideo aliter dicendū est secundum  
 Auerr̄. et doctorem sanctum q̄ rōnes Aristo.  
 non sunt intelligēde simpliciter tanq̄ demōstrā-  
 tes q̄ in vacuo nihil possit moueri successiue. sed  
 solum probant q̄ in motu p̄ vacuū nulla sit suc-  
 cessio aut retardatio causata ex resiliētia medii  
 impediētis. Unde dicunt q̄ duo sunt que caus-

ant velocitatē et tarditatem in motu. Primū est  
 p̄porcio virtutis motoris supra ipsum mobile.  
 et velocitas causata ex ista p̄porcione est natu-  
 ralis. Alia est dispositio medii qd̄ s̄q̄ maiorē vel  
 minorē densitatez p̄t̄ magis vel minus retar-  
 dare motum et velocitatem naturalez. et sic p̄por-  
 cio medii ad mediū non est p̄porcio motus  
 ad motum. sed soluz retardacōis ad retardacio-  
 nem. remoto ergo medio remouet̄ tarda. ex pte  
 medii. sed adhuc remanet velocitas naturalis  
 ex determinata p̄porcione virtutis motoris ad  
 mobile. (Est tñ aduertendū s̄q̄ sanctū Thomā  
 q̄ rōes p̄bi non sunt demōstratiue simpliciter. s̄  
 solum inductive ad contradicendū positioni anti-  
 quoz qui hac de causa ponebant vacuū vt non  
 impediret̄ motus. Secūda difficultas est qz si  
 mediū plenu impediāt motuz vt dicit p̄b̄s se-  
 quit̄ q̄ in hoc mundo inferiori nullus esset motus  
 pure naturalis. eo q̄ plenu non esset natura-  
 le mediū motus. sed magis vacuum quod non  
 est impeditū eius. R̄ndet̄ q̄ om̄is motus natu-  
 ralis incipit a loco non naturali et tendit in locū  
 naturalem. ideo quousqz perueniat ad locū na-  
 turalem non est inconueniēs si aliquid non na-  
 turale ei coniungat̄ a quo tñ paulatim recedit̄  
 mediū plenu quodāmodo impedit̄ motū et  
 quodāmodo iuuat. Impedit̄ enī p̄pter eius den-  
 sitatem quia resistit sue diuisioni. et propter con-  
 trarietate quā habet ad mobile p̄ quā debilitat̄  
 virtus motiua mobilis. Sed iuuat p̄ h̄ q̄ quod  
 dāmodo est p̄naturale mobili. et quāto mobile  
 plus accedit ad locum naturalem tanto mediū  
 est sibi magis p̄naturale et magis iuuat motum  
 eius. ideo motus naturalis semper in fine inten-  
 ditur. Tercia difficultas est qz in corporib⁹ na-  
 turalibus est rarissimū corpus vt ignis vel celus  
 ergo non semp̄ contingit accipere corpus rari⁹  
 s̄q̄ quamlibet p̄porcionē temporis ad tempus.  
 quod tñ supponit dicta rō. R̄ndet̄ q̄ non est de  
 natura corporis mobilis in cōi q̄ in corporibus  
 sit determinata raritas. sed solum ex natura for-  
 marum naturalium que requirunt in sua mate-  
 ria determinatā raritatem et densitatem. et quia  
 in hoc libro considerat̄ de corpore mobili non con-  
 tracto. id̄ p̄b̄s vti illa suppositio que n̄o repu-  
 gnat corpori mobili vt hic considerat̄. Secūda  
 ratio que sumit̄ ex causa velocitatis et tarditatis  
 in motu s̄q̄ venit ex parte mobilis. qz p̄ equa-  
 le spaciū mobile graui⁹ velocius mouet̄ ceteris  
 partibus. et in habentib⁹ requalē contrarietate illud  
 quod est maioris quātitatis adhuc veloci⁹ mo-  
 uetur. quia citius diuidit mediū. et in habentib⁹  
 equalem quantitatez et grauitatem illud quod  
 habet figuram magis dispositaz ad diuidendū  
 motum vtputa rotundam vel acutam velocius  
 mouet̄ eo q̄ velocius diuidit mediū. ergo in va-

pporho

pporho

nobile

supplet b. in phore falso  
ois motus nalis incipit a loco no  
nali et tendit in locu nate.

nobile

b.

g.

a.

a.

b.

resistentia  
pot addi q̄  
resistentia

supp

supp

supp

quo si esset nullus esset medium quod divideret. et sequeret q si fieret motus in illo omnia corpora indifferenter mouerentur per ipsum eque cito qd est contra ymaginationem. Et dicitur est manifestum q non est ponendum vacuum ad saluandum motum. et probat d est ex parte motus et ex velocitate et tarditate in motu. Tercio idem probat phis ex parte vacui absolute considerati tribus rationibus. Prima est si hoc modo ponatur vacuum spaciuz separatu sequeret q duo corpora possent esse simul et q penetratio dimensionum esset. pntia patet. qz si illo modo ponatur vacuum non poterit cedere corpori ingredienti idz quia si cederet hoc esset per motum. et nihil mouetur nisi corpus. ergo dimensiones vacui penetrarentur a dimensionibus corporis ingredienti. et cum duo corpora non habeant repugnantiam ad simul esse in loco nisi ratione suarum dimensionum. sequit q si dimensiones corporis et vacui possint esse simul sequitur q duo quelibet corpora poterunt esse simul et etiam tria. nec valet si dicatur q dimensiones vacui et corpus naturale ingrediens non habet repugnantiam secundum qualitates contrarias sicut alia corpora per suas passiones et passibiles qualitates habent repugnantiam. ideo non est simile de vacuo et corpore sicut de duobus corporibus vel tribus. Decimatio nihil valet. quia corpori non debetur locus ratione suarum qualitatum nec sue nature nisi secundum q continetur sub suis dimensionibus et ideo q corpora non possint esse simul non est ratione suarum qualitatum sed ratione suarum dimensionum non potest esse diuersitas. si sunt simul in eodem situ. ideo cum vacui habeat tres dimensiones sicut corpus sensibile tunc si duo corpora sensibilia non possint esse simul ita nec corpus sensibile potest esse simul cum vacuo. Secunda ratio o corpus naturale habet suas proprias dimensiones. ergo ponendo vacuum modo predicto cum dimensiones vacui penetrarent dimensiones corporis et sint simul. et per consequens ab eis non distinguit. sequitur q propter dimensiones vnus cuiusqz corporis non erit necesse ponere locum tanq aliud a locato. Tercia ratio si vacui esset alibi in vniuerso deberet apparere. sed nusqz apparet vacuum. ergo non est ponendum. et maxime a phico qui nihil considerat nisi cum motu et materia sensibili. Nec valet dicere q aer nihil est et q locus aeris sit vacuum. quia lz aer non percipiatur visu tamen percipit tactu.

Ad rationes ante opposituz

Ad vltimam dicit q posito casu illo non esset possibile illa duo corpora ad inuicem separari eque primo secundum qualz parte. sed oz ea separari primo secundum vnā partē et aerem ingredi.

et sic aer non subito intraret sed successiue. vbi dicitur q non contingeret illa adinuicem separari. Alie solute sunt ex dictis.

Queritur Decimo: vtrum

Sit ponendum vacuum corporibus imbibitum naturaliter. Arguitur q non. qz necesse est condensationē et rarefactionē fieri in corporibus sed non potest fieri rarefactio nisi per interpositionem quarundā vacuitatuz per quas magis distant ad inuicem partes plene q ante. nec potest fieri condensatio nisi per ingressum aliarū partium in quasdam vacuitates corporis. ergo. Maiore probat phis ex parte motus localis. quia nisi fieret condensatio sequeretur q moto vno corpore localiter totū vniuersum moueret et sic fieret accumulatio celi. pntia quia cum aliquid corpus tendit in aliquē locū nisi fiat condensatio corpus preexistens cedit in alius locū et corpus exiens in alio in alium. et sic ad motum cuiusqz corporis oportebit celum turbari. Secundo probat eā ex parte generationis. quia cum ex aqua fit aer. aer genit⁹ est decuplo maior erat aqua. ergo nisi alitubi fiat condensatio oportet tantū de aere cōverti in aquā aut q totum vniuersum augeatur. et ista sunt impossibilia. ergo impossibile est condensationē fieri. 2o sic in corpore raro partes prius ad inuicē distant q ante. et non per plenus. ergo per vacuum. ergo ponendum est vacuum corporibus imbibitum.

Ad oppositū arguit per phum in textu.

Sciendum est primo. q post

q phis improbanit opinionē ponentū vacuum esse tanquā spaciū separatum a corporibus receptiū corporis que mouentur. pnter vmpbat opinionē ponentū vacuum corporibus imbibitū. Primo ponendo rōem motiua illius opinionis que tacta est ante oppositū. et secundo eandem opinionē. et tercio soluendo rōem eorū. vbi ostēdit qualiter sit condensatio et rarefactio non ppter vacuum sed propter alterationē materie per quā mutatur de minori quātitate in maiore vel eōtra fit. Ubi.

Sciendum est Secundo: q

Ponentes vacuum corporibus imbibitū dupliciter diuisi sunt. Quidā enim posuerūt infra corpora quasdam vacuitates loco et situ distinctas a partibus plenis ad modū paruorū foraminū quas poros appellabant per quas dicebant nutritionē. augmentationē. rarefactionē. et cōdensationē fieri. et hūmōi opinionis fuerunt Democritus Zancos et Leucippus. Alii vero ponentes vacuum corporibus imbibitum non posuerunt tales vacuitates loco et situ distinctas

probat nō ēe rancid. et pte ipsius vacui absolū considerati.

nihil considerat a phico nisi cum motu et materia sensibili.

a partibus plenis sed posuerit vacuū esse qual-  
dam dimensiones quas dixerunt penetrare et  
continere dimensiones corporis que sunt secun-  
dum ipsos cause motus localis corporis. non  
eo mō quo posuit prima opinio scilicet q̄ vacuū  
sit in quo et per quod corpora mouentur. sed per  
hunc modum q̄ tale spaciū sic imbibitū defert  
corpus in quo est ad modū quo secū deferunt  
vires corpora quibus replentur. *Sed cōtra*  
primā hanc opinionē ponitur.

**Conclusio prima. Non est**

ponendū vacuum corporibus imbibitum loco  
et situ distinctū a partibus plenis. Patet quia  
hoc modo ponere vacuum idēz est sicut ponere  
vacuum a corporibus separatū. q̄ in illo po-  
nuntur quedā parua spacia loco et situ distinc-  
ta a partibus plenis. ergo si non est ponendum  
vacuum a corporibus separatū vt prius pro-  
batū est. sequitur q̄ non est ponendum vacuū  
in corporibus loco distinctū a partibus plenis  
vt scilicet in corpore possint subingredi aliquę  
partes in illas vacuitates.

**Conclusio secunda. Non est**

ponendū vacuum corporibus imbibitum dis-  
tinctū a partibus plenis vt sit causa motus lo-  
calis vt antiqui posuerunt. Probatū qua-  
tuor rationibus phi. Prima est si hoc mō ponat-  
ur vacuum sequit̄ q̄ non erit causa omnis mo-  
tus localis. ergo illi non sufficienter assignant  
causam cuiuslibet motus. añs probat̄ q̄ vacuum  
secundū ipsos est causa raritatis. sed omne rarū  
est leue. et omne leue solū sursum mouetur. ergo  
vacuum solum erit causa motus sursum. Secū-  
da ratio vacuū secundū ipsos non est causa mo-  
tus sicut in quo et per quod aliquid mouetur.  
sed quia vacuum intrinsicē corpori secum des-  
fert ipm. ergo oportet vacuū hoc modo positū  
moueri ad motū corporis. et omne localiter mo-  
tum recipitur in loco. ergo sequitur q̄ vacui in-  
terioris quod mouetur deferendo corpus erit  
vacuū exterioris in quo mouetur. et cum vacuū  
sit locus sequitur q̄ loci erit locus. quod est in-  
conueniens. Tertia ratio. si vacuū sit causa mo-  
tus sursum per hoc q̄ secum defert corpus  
in quo est sequitur q̄ non erit assignare causam  
quare grana deorsum mouentur. Quarta rō  
si vacuum sit causa motus sequitur q̄ q̄to ali-  
quid erit magis vacuum tanto velocius moue-  
bitur. ergo si totū sit vacuū velocissime mouebi-  
tur. sed hoc est impossibile. quia quod est oīno  
vacuum moueri non potest. quia nulla est pro-  
portio motus pleni ad motū factum per vacuū

**Conclusio tertia. condensa-**

tio et rarefactio non fiunt per additionem aut

subtractionē materie. sed per alterationem qua  
mouetur de minori quātitate ad maiorem vel  
econtra. Pro cuius probatione ponit phūs qua-  
tuor suppositiones. Prima est q̄ est eadem ma-  
teria contrariorū. quia contraria nata sunt fieri  
ri circa idēz. Secunda omne quod est actu per  
se fit ex eo quod est in potentia. Tertia. materia  
nunq̄ separatur ab vtroq̄ actu cōtrariorū. licet  
secundum rationem alia sit ab ipsis. Quarta  
eadem materia in numero successiue sit sub am-  
bobus contrariis. Tunc arguitur sic. mater-  
ria est eadem contrariorū. sed magnū et parū  
sunt contraria circa quantitatem. ergo est eadēz  
materia magni et parui. sed cum materia ma-  
neat eadem numero sub eisdem cōtrariis sequit̄  
q̄ est eadem materia numero que unūctatur de  
minori quātitate ad maiorem. et sustinet rare-  
factionem. et econtra. ergo non fit condensatio  
partium per ingressum nouę materie per vacui-  
tates corporis. Nec rarefactio per abstractionē  
quarundam partium ab aliis. sed per alteratio-  
nem. Secūdo probat phūs per tria signa. Pri-  
mū est si ex aqua fit aer/aer genū maioris q̄tatis  
q̄ esset aqua et ibi fit rarefactio. sed hoc non cō-  
tingit per additionem aut subtractionem par-  
tium materie. sed quia materia existens sub mi-  
nori quātitate erat in potentia ad maiorem. et  
fit actu sub maiori. et econtra. quādo ex aere fit  
aqua. Secūdo est quādo ex minus calido  
vel ex minus albo fit magis calidū vel magis  
album. hoc non est quia in minus calido fue-  
rint aliquę partes non calide. vel per additio-  
nem partū calidarum. sed per alterationē qua  
omnes partes ducuntur de potentia ad actum  
maioris caliditatis. Tercium est cum ex maiori  
circulo fit minor circulus. et ex minus curuo fit  
magis curuum. non fit per hoc q̄ in maiori cir-  
culo essent aliquę partes recte. sed quia partes  
curue erant in potentia ad maiorem curuitatez  
quam recipiunt sine additione nouę materie.  
ergo similiter cum ex denso fit raram et ex paruo  
magnum non est per hoc q̄ in denso sit aliqua  
pars non quāta. vel quia apponitur noua ma-  
teria. sed quia materia condensata existens sub  
parua quātitate erat in potentia ad maiorem  
et econtra est in condensatione. Tercia patet q̄  
condensatio et rarefactio fiunt per alterationē  
et effectibus eorū. q̄ ad rarum sequit̄ molle et  
leue que causantur per alterationē. sed ad den-  
sum sequitur graue et durū. ergo signum est q̄  
rarefactio et condensatio fiunt per alterationē  
qualitatum naturalium. Sed si queratur  
an rarefactio et condensatio sint motus. Dicit̄  
q̄ non sunt motus per se. sed bene per accidens  
pro quanto annectuntur alterationi.

*matia eadē numero manet  
sub diāsis p̄ijs.*

*ḡ p̄nt.*

*explorat*

*dubiu*

*ff. 5.1.*

## Liber quartus.

Rarefactio enim et cōdensatio per se sunt ad raritatem et dēnitatē q̄ sunt qualitates quarte sp̄i vel sunt positiones. et nec ad qualitates de quarta specie nec ad positiones potest per se esse motus vt inferius videbitur.

**Dubatur primo. Utrum** rarefactio sit augmentatio. et cōdensatio sit diminutio. Dicitur q̄ non. primo qz augmentatio et diminutio per se terminant ad q̄ritatē. sed rarefactio et cōdensatio terminant ad qualitatem vel positionē. 2<sup>o</sup> in augmentatione proprie dicta additur noua materia. sed hoc non fit in rarefactione. sed solum partes variantur in suis positionibus et qualitibus. 3<sup>o</sup> augmentatio et diminutio sunt per se motus. non aut cōdensatio et rarefactio.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primā dicitur cōcessa maiore negando minorē q̄ sit cōdensatio et rarefactio per extractionē partū ad inuicē vel per subingressum eaz̄ quasdam vacuitates. sed per alterationem que immutat. qz mutatur materia de minore q̄ritate ad maiorē. Ad secundā dicitur q̄ in raro partes plus distant q̄ ante. sed distantia maior non est per interpositionē vacuitatis. sed per extensionē materie. Sequitur textus.

Consequens autem dicitur

### Queritur vndecimo. Utrum

Tempus sit. Arguitur q̄ non rōnibus tertiis quia impossibile est aliquid esse cōpositum ex his que non sunt. sed tēpus cōponitur ex his que non sunt s̄z ex p̄terito quod non est plus et ex futuro quod nondū est tēpus. Secūda ratio. cuiuslibet diuisibilis necesse ē oēs partes aut aliquas esse. sed tēporis nulla pars est nec p̄teritū nec futurū. ergo tēpus non est. Nec valet dicere q̄ nunc sit pars tēporis quia oīs pars ē mēsurans totū vt binarius senariū. v̄l est cōponēs tātum vt quaternarius respectu senariū. sed cū nunc sit indiuisibile non potest mēsurare tēpus quod est diuisibile. nec est pars cōponens eius quia nullum cōtinuū cōponitur ex indiuisibilibus. Tercia rō. si tēpus est vel est idē nunc in toto tēpore vel alterū et alterū. non secūdam qz due partes temporis non possunt esse simul nisi vna contineat aliam sicut mensis cōtinet diem et dies horā. ergo cū in ipso nunc nihil cōtineatur quia est indiuisibile sequitur q̄ duo nūc nō possunt esse simul. ergo si sit alterū et alterū nunc in tēpore o3 adueniēte vno nūc q̄ p̄cedens corripatur. sicut ergo in se ipso corripitur et sic siml̄ esset et non esset. aut corripitur in nunc p̄cedē

te. sed hoc non quia illud non prius est. aut in posteriori et tunc vel corripitur in mediato vel in immediato. non secūdū. quia nunc non sit in mediato tēpore. nec primū. qz cū inter quos duo nunc sit tēpus mediū. et cū in quolibet tēpore sint infinita nunc o3 primū nunc esse cū illis infinitis quod est impossibile. ergo non ē alterū et alterū nūc in toto tēpore. Nec potest dici q̄ sit idē quia cuiuslibet diuisibilis finiti oportet ad minus esse duos terminos. sed nūc est terminus tēporis et potest accipi aliquod tēpus finitū. ergo sunt plura nunc in tēpore. Item probat q̄ non sit idē. illa dicunt esse simul secūdū tēpus q̄ sunt in eodē nunc. si ergo sit idem nunc manens in toto tēpore sequit̄ q̄ ea que fuerunt vltra mille annos simul sunt cum illis que fuerunt hodie. sed hoc est falsum. ergo nō est tantū vni nunc in toto tēpore. Ad oppositū arguit̄ per p̄b̄s in textu. Pro responsione.

### Sciendum est primo q̄ post

q̄ p̄b̄s in secūdo tractatu huius quarti deters̄ minauit de vacuo quod ab antiquis ponebat esse propter motū. p̄nter in hoc tercio p̄b̄s agit de tēpore quod ē mēsurā motus extrinseca. et l̄ satis manifestū sit tēpus esse. qz cū motu qui est sensui manifestus simul percipit̄. tamen secūdū tradita ab antiquis nō est manifestū que sit natura tēporis. ymo secūdū dicta ipsorū non solū dubitare cōtingit quid sit sed etiā vtrū sit ens. ideo bene se habet apponere si est vel nō est per extraneas rōnes et sophisticas ab aliis positas et etiā ad inquirēdū quid sit tēpus. et tales rationes ad inquirēdū quid sit tēpus posite sūt ante oppositum.

### Sciendum est Secundo. q̄

de tempore antiqui diuersimode oppinati sunt. nam quidam dixerūt q̄ tempus est motus celi qui circulatio dicitur. et mouebantur. quia videbant tempora quadam circulatōe reiterari sicut motum celi. Alii dixerūt q̄ tēpus est prima sp̄a celestis. quia omnia sunt in tempore. et omnia in prima sp̄a celesti. quia celum omnia continet ergo sp̄a celestis est tēpus. Alii dixerunt q̄ tēpus idem est q̄ motus seu mutatio. et mouebantur. qz non percipitur tempus sine motu. ymo simul cum motu percipitur. ergo tempus est idem cum motu. et in presenti non ponit Aristoteles differentiam inter motū et mutationē. sed illud terminabit in quinto. Illis notatis sit.

### Conclusio prima. Ad philo

sophum pertinet determinare de tempore. Pars quia ad p̄b̄m pertinet determinare de motu. sed tempus est mēsurā motus. igitur et.

**Conclusio secunda: tempus**

non est motus qui dicitur circulatio. Probat<sup>a</sup>ur duplici rōe pbi. Prima est quelibet pars tempo<sup>a</sup>ris est tempus. sed quelq pars circulationis ce<sup>b</sup>lestis non est circulatio. igitur. Secunda ratio motus multiplicatur ad multitudinē mobilium<sup>a</sup> cum sit imobili vt in subiecto. ergo si essent plu<sup>a</sup>res primi celi secundū ponentes esse plures mū<sup>a</sup>dos sequerēt q̄ essent plures primi motus. ⁊ per consequēs essent plura tempora simul quorum vnū nō esset pars alterius. sed hoc est extra natu<sup>b</sup>ram temporis. quia non possunt esse plura tēpa simul nisi vnū sit pars alterius.

**Conclusio tertia: Tempus**

non est sphaera celestis. Patet q̄ oēs partes sphae<sup>a</sup>re celestis sunt simul permanentes. sed partes tēporis non simul permanent. ergo tēpus nō est sphaera celestis. nec valet rō istorum. quia cōmittūt fallaciā equiuocationis. nam res sunt in sphaera celesti vt in loco. sed sunt in tēpore vt mensura motus et durationis ipsarū. cum p̄ntia arguendo ex paris affirmatiuis in secūda figura n̄ valeat

**Conclusio quarta: tempus**

non est idē q̄ motus seu mutatio. Quis inter cetera hoc magis posset verificari. Probat<sup>a</sup>ur in textu primo sic. omnis motus est in mobili et vbi est mobile. et ideo multiplicatur motus ad multitudinem mobilium. sed tempus est vnum et idem vbiq̄ et apud omnia. ergo non est motus.

⁊ sic omnis motus est velox vel tardus. sed tempus non est bimōdi. quia velox et tardum tēpore diffiniuntur et terminantur. Dicitur enim velox quod in paucis tempore multum mouet. Et tardū per contrarium. sed tempus nec secūda suam quantitatem nec qualitatem tēpore determinatur. cum idem non sit mensura sui ipsius.

**Conclusio quinta tempus**

non est sine motu. Probat<sup>a</sup>ur quia tēpus nō percipitur sine motu. et cum motu percipitur non est sine motu. aīis probat p̄būs. q̄ cum homines non percipiunt motum et mutationem. nec in rebus exterionibus nec in suis corporib⁹ nec in sua imaginatione non videtur eis q̄ trāscat aliquod tēpus. sicut patet de his qui in Sardo sūt que est ciuitas Asiae qui fabulose dicuntur dormire apud heroas. id est apud deos Animas enim deorum defunctorum heroas vocabant et quasi deos colebant. vt animam herculis vel bachi. ⁊ per incantationes in tali cultu aliqui insensibiles reddebantur et tunc dicebatur dormire apud heroas. et ipsi excitati multa mirabilia et futura pronuntiabant. tales autē ad se redeuntes non percipiebant tēpus quod preteribat. sed copulabant primum instans in

quo inceperant dormire cum vltimo in quo excitabantur. non percipientes tēpus mediu⁹. quia non percipiebant motum. neq̄ in aliis neq̄ in se ipsis secundum corpus vel secundum animam. ergo tempus non percipitur sine motu.

**Conclusio sexta Tempus est**

aliquid ipsius motus. Probat<sup>a</sup>ur quia tempus non est motus neq̄ sine motu. et simul cum eo percipitur. ergo est aliquid ipsius motus. Et quo sequitur correlarie q̄ tempus est. patet q̄ motus est. et tempus est aliquid ipsius motus. igitur rō. qualiter autem se habeat tempus ad motum videbitur inferius.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur et ad secundam q̄ licet partes temporis non sint in esse permanenti sic q̄ vna sit cum alia. tamen sunt in esse successiuo. Et hoc sufficit ad esse rei successiue. cuius esse cōsistit in quadam successione suarum partium.

Ad tertiam dicitur q̄ in toto tēpore est vnū et idem nunc secundum substantiam. alterum autem et alterum secundum esse. Et hoc magis declarabitur in octauo.

**Queritur duodecimo. Utruz**

Tempus habeat esse extra animam et non solū in anima. Arguitur q̄ non. prius ⁊ posterius in tempore non sunt simul secundum actum in re ipsa sed solum in acceptione nostra. sed tēpus cōstituitur ex priori et posteriori simul continua eis. ergo tempus solum est in anima. ⁊ sic tempus est numerus. ⁊ causa numeri est materia numerabilis vel anima numerans. sed materia numerabilis per tempus non est nisi prius et posterius in motu. ⁊ ista non sunt in re extra animam ergo tēpus quod est numerus solum est in anima numerante. 3<sup>o</sup> nos non percipim⁹ tēpus vt habetur in textu nisi percipiēdo motū in mēte vel in anima. hoc autē nō esset nisi tēpus p̄sequeret motū aīe. ergo tēpus est in aīa. 4<sup>o</sup> si tēpus insequitur motum celi et esset in celo mediante motu eius tūc eodē mō esset tēpus in celo. igit motus celi est in ipso. sed motus celi est in celo subiectiue secundū omnes eius partes. q̄ oēs eius partes simul mouentur. ergo plures partes tēporis simul essent. 5<sup>o</sup> sic rōe Galieni. q̄ si tēpus p̄sequit motū celi et nihil perciperetur de motu celi etiā nihil perciperet de tēpore. p̄būs est falsum. q̄ multi sunt nihil percipiētes de motu celi qui tamen percipiunt tēpus eo q̄ percipiūt se mutari vel secundum corpus vel secundum ymaginationem. vel secundum intelligentie virtutem. ergo tēpus non est in re extra animā. sed solum in acceptione nostra.

Ad oppositum arguitur. quia tempus est mensura motus. sed motus habet esse extra animam in esse successivo. ergo tempus secundum suum esse successivum habet esse extra animam.

Pro quo.

**Sciendum est primo. quod propter**

rationes factas ante oppositum multi solennes philosophi videntes quod tempus non est ultima sphaera nec motus eius veriprobatus est. dixerunt quod tempus solum habet esse in anima dicentes quod cum mobile est in transitu spatii de prioribus ad posterius anima capit ipsum secundum quod est ante et secundum quod est post comparando ante et post ad invicem. Et sic ante et post in re non simul remaneant. tamen in anima comparante unum ad alterum. et haec comparatio qua anima commensurat transitum mobilis de prioribus spatio in posterius dicitur tempus. et sic tempus secundum istos solum habet esse in anima. Ultra dicebant quod tempus non est aliud quam congregatio plurimum momentorum se habentium ad invicem secundum quandam successivam id dixerunt tempus non habere veram continuitatem sed modum continuum propter illam congregationem facit anima simul accipiens illa momenta et comparans unum ad alterum. nam huiusmodi momenta in re ipsa non simul permanent. et sic congregatio ipsorum solum est in anima.

**Sciendum est Secundo quod**

Averrois et sui sequaces dixerunt tempus in primo mobili esse extra animam. sed solum hoc est in potentia. sed complementum et suam actualitatem capit ab anima et in anima. ita quod tempus in rerum natura non habet actualitatem essendi. cum sit constitutum ex praeterito et ex futuro. et cum praeteritum non sit in actu fuerit. et futurum nondum sit in actu sed solum in potentia. nec potest aliquis ymaginari aliquid existens in rerum natura de tempore nisi ipsum nunc temporis indivisibile quod non est tempus nec pars temporis. id dicunt isti quod tempus non debet dici ens in rerum natura nisi in potentia. et si habeat aliquam actualitatem hoc est ab anima simul concipiende praeteritum cum futuro et continuante ipsa ad invicem eo modo quo in continuo nature permanentis dicitur esse. et haec sententiam insequitur doctor sanctus de cuius modo loquendi in hac materia videbitur in fine huius tractatus. Sed communior est opinio Avicenne et Alberti dicentium quod tempus habet esse in rerum natura in actu entis successivi qui est esse in fine secunda operatione anime et consideratione. Quibus notatis sit.

**Conclusio prima. Tempus** habet esse extra animam in rerum natura secundum

actum successivum qui solus est in fieri et quantum ad suum actum. Primum probatur primo manifestum est ad sensum motus esse extra animam. quia si nulla esset anima adhuc posset esse motus. et tempus consequitur motus ut numerus eius. ergo tempus est extra animam. **2<sup>o</sup>** sic illud quod est vera veritas continua non solum est ens in anima sed est ens reale extra animam. tempus est huiusmodi igitur. **3<sup>a</sup>** Tercia ratio si tempus esset in anima solum tunc esset passio anime et non motus philosophi. quia talis motus in anima intellectiva non reperitur. et per omnes motus proprietates et passiones continui et discreti non participat.

**4<sup>a</sup>** sic numerus formalis quo res numeratur est in ipsis rebus praeter considerationem anime. ergo cum tempus sit numerus sequitur quod est in rebus secunda consideratione anime. si enim anima non numerat nisi per unitates formales quas reperit in rebus. similiter si anima nunquam numeraret adhuc numerus esset in tempore. quia in motu pars precederet praeter et in ipso reperiretur unde posset fieri distinctio inter partes. unde pars contra partes posset numerari. **5<sup>a</sup>** Quinta ratio prius et posterius numerata in motu sunt ipsum tempus. si tempus ergo esset in anima motus philosophicus esset in ea. ergo anima moveret motu philosophico. **6<sup>a</sup>** Sexta ratio possunt esse diverse anime numerantes simul. ergo si tempus esset in anima in quantum numerat motum sequitur quod essent plura tempora simul. **7<sup>a</sup>** Septima ratio cum anima similiter se habeat ad omnem motum considerandum sequitur quod etiam tempus similiter se haberet ad omnem motum. sed hoc est falsum. quia tempus primo est mensura motus primi mobilis et per ipsum est mensura aliorum.

**Conclusio secunda Tempus**

Quantum ad actum secundum eius qui est numerare motum eius. et quo ad esse simul sub modo permanentis. et quantum ad esse notum est in anima. Probatur quia solum anima intellectiva numerat. ergo tempus quantum ad hoc quod est numerare actu solum est in anima. et etiam tempus non habet modum permanentis nisi in quantum praeteritum retinet cum futuro. et ununtur simul per modum continui. et hoc solum fit in anima. quia tempus in rebus habet esse successivum. etiam non est notum nisi per hoc quod est apprehensum ab anima tantum.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod prius et posterius temporis vel motus non simul sunt in esse permanenti extra animam. sunt tamen simul in esse successivo que similitas in hoc consistit quod una pars temporis alteri succedit sine interruptione.



Sicut enim ad esse rei permanentis requiritur quod sue partes simul permaneant. sic ad esse rei successive requiritur et sufficit successio partium ad partes sine interruptione. verum est tamen quod esse rei successive potest dici potentiale quia semper est in potentia per mixtum et suum esse et suum fieri et una pars eius est in potentia ad successionem alterius. Ad secundam dicitur quod duplex est numerus scilicet numerus effectivus et hoc est ipsa anima. et numerus formaliter et hoc modo tempus est numerus motus formaliter quia est numerus quo anima numerat partes motus ideo anima non est causa temporis nisi quantum ad esse notum et ad numerare in actu. Ad tertiam dicitur quod cum motu percipimus tempus sed hoc non contingit quia tempus sequitur motum anime nisi quantum ad apprehensionem. Ad quartam dicitur quod motus duplex habet partes. quaedam enim habet a magnitudine mobilis quia motus est divisibilis sicut et mobile. et de istis partibus sequitur quod simul sunt. alias habet partes ex priori et posteriori in spacio per quod fit motus que sunt partes durationis. et harum partium tempus est mensura et sic ille sunt simul successive. Ad quintam dicitur quod motus celi uno percipitur in se. alio in suo effectu. unde motus celi quia est prior est causa aliorum motuum. et si non esset non essent alii motus. ideo motus celi in quolibet alio motu percipitur. et ad talem perceptionem requiritur collatio effectus ad suam causam. et hoc in carcerari percipientes quemcumque motum cum illo quodammodo percipiunt motum celi et est tempus. sequitur tertium **Accipiendum autem.**

**Queritur Tredecimo. Utrum** diffinitio temporis sit bene assignata. in qua dicitur tempus est numerus motus scilicet prius et posterior. Arguitur quod non quia tempus est quantitas continua. ergo tempus non est numerus cum sit quantitas discreta. 2o sic prius et posteriori diffiniuntur per tempus. ergo male diffinitur per ipsa. patet contra quia videtur committi circulatio in diffinitionibus. Ita oppositum est probatum in 2o capitulo huius tractatus. Pro responsione.

**Sciendum est primo. quod post** quod probatum diffinitio processit querendo de tempore an sit et quid sit. contra veritatem determinat in vestigando veram diffinitionem temporis. per cuius inquisitionem dicitur probatum quod volentibus accipere quid sit tempus accipiendum est quid sit motus causam subiungit quia simul cum motu percipimus tempus. quare sequitur quod tempus est aliquid motus. Circa quod.

**Sciendum est secundo quod licet** tempus sit mensura cuiuslibet motus philosophici non tamen eque primo. sed tempus est in primo mobilis mediante motu eius. et sic primo et per se est mensura motus primi mobilis. et quia huiusmodi motus in omnibus motibus percipitur sicut causa in respectu

ita etiam precepto quocumque motu percipitur tempus ideo tempus est mensura omnis motus mediante motu primi mobilis.

**Sciendum est tertio quod omne** quod movetur ex quodam termino movetur in quemdam terminum et quia motus localis prius est. ideo sequitur quod motus localis est ex quodam loco in quemdam locum secundum quandam magnitudinem. Ex quo ulterius sequitur quod sicut magnitudo scilicet quanta sit motus localis est continua. ita et motus factus scilicet ipsam est continuus. et quantum est motus tantum tempus esse videtur. sed quia tempus sequitur motum. ideo ex continuitate motus causatur continuitas in tempore.

**Sciendum est quarto quod non** omnis motus habet continuitatem a magnitudine spaci eo quod non omnis motus fit scilicet tale magnitudinem sed solum motus localis. sed omnis motus continuitatem habet ex fluxu forme non interrupto scilicet quod est motus. Ex quo sequitur quod motus localis continuitatem habet ex duobus. Primo ex fluxu non interrupto ipsius ubi scilicet renovationes fit. et illud est proximum et intrinsecum continuans. Aliud est principium licet non sit proximum. et illud est continuitas spaci. nisi enim spaci esset continuus fluxus ipsius ubi interrupteretur. et illud est secundum fundamentum quod premititur probum ad venandum quidditatem temporis. scilicet quod motus localis continuitatem capit a magnitudine secundum quam fit motus. et tempus quantitatem capit a motu. et primum fundamentum ponitur in primo notabili scilicet quod tempus est aliquid motus quia simul cum eo percipitur.

**Sciendum est quinto. quod magnitudo** secundum quam fit motus localis est de numero habentium positionem in partibus. ideo cum motus localis fiat secundum magnitudinem de priori in posterius necesse est habere motum prius et posterius. et quia tempus et motus se invicem consequuntur. ideo etiam tempus habet prius et posterius.

**Sciendum est sexto quod prius** et posterius possunt dupliciter considerari. Uno modo secundum id quod sunt. ut scilicet stant sub forma magnitudinis. et sic non habent ad invicem distinctionem nec numerantur magnitudinem. Alio modo considerantur formaliter. scilicet sub forma prioris et posterioris. et sic capiuntur ut numerata et distincta. et sic numerantur magnitudinem. et sic accipiuntur sub diversis unitatibus ad minus secundum intellectum. nam partes linee non intelliguntur ad invicem distincte ut partes linee nisi quasi intelligatur terminata duobus terminis sicut partes linee prioris. inter que partes continentur linee. et cum sic accipitur linea accipitur per modum discreti

Solum motus localis est continuus a magnitudine continua super se fundatur.

2o fundamentum

licet simpliciter sit continua. et ita etiam dicitur  
est de partibus motus temporis et magnitudinis  
et sic patet quod nihil differt aliquid simpliciter esse  
continuum. et tamen accipi per modum discreti:  
et illud est tertium fundamentum positum ad ve  
nandum diffinitionem temporis.

**Sciendum est ulterius quod 13**

pius et posterius in motu et motus idem sint  
subiecto. differunt tamen ratione ab eo. quia de  
ratione motus est quod sit actus entis in potentia  
secundum quod habet. et habere prius et posterius sibi  
conuenit ex priori et posteriori. Et  
tamen aduertendum quod tempus non consequitur motum  
in quantum motus est absolute. sed ratione prius  
et posterioris. quod sic declarat Aristoteles. quod  
ratione illius tempus sequitur motum quo percepto  
percipitur ipse tempus. et quo non percepto non  
percipitur. sic est de priori et posteriori motus. et  
hoc fit capiendum unam partem motus ut priorem.  
et aliam ut posteriorem terminando ipsas partes  
terminis inuisibilibus distinguendis partem  
a parte. igitur. Unde ut dicit textus si capiamus  
unum et idem nunc in tempore siue accipiat ut  
siuens siue stans eum tamen non discernimus  
partem a parte per prius et posterius non percipi  
mus tempus. imo etiam si diuersa nunc acciperentur  
et nihil perciperetur medium inter ipsa. quia  
non perciperetur. unum non esset prius alio. Si  
etiam capiatur aliquod nunc ut finis partis pre  
cedentis et initium sequentis. et ut continuans  
illas partes et non ut distinguens partem a parte  
et priorem a posteriori non percipitur tempus.

Unde sequitur quod partes motus sic accepte proue  
stant sub forma prioris et posterioris capiuntur  
ut distincta ad inuicem et ut stant sub forma cu  
iusdam numeri. et hec forma numeri adherens  
partibus motus sub forma prioris et posterioris  
tis acceptis. et accepta ut sic inherens est verissi  
ma natura temporis. et ita tempus est numerus  
motus secundum prius et posterius. et quia omnis  
numerus ex aliquibus unitatibus causatur. omnis  
quod unitas ex quibus causatur numerus qui est  
tempus sunt unitates prioris et posterioris motus  
ita ut tempus sit numerus acceptus a priori  
a posteriori. Istis notatis ponit.

**Conclusio responsiua ad .q:**

Diffinitio temporis est bene assignata. iam satis  
patet conclusio ex dictis. et iterum ea probat  
a signo. quia illud est numerus alicuius per quod  
iudicamus ipsum plus vel minus. sed totum mo  
tum iudicamus plurem vel minorem per tempus

Unde est sciendum cum Aristotele quod duplex  
est numerus. Quidam est materialis. qui est res  
numerata siue numeralis. ut cum dicimus duos  
vel tres equos. Alius est numerus formalis quod

numeramus ut duo tria. dicit igitur philosophus quod tempus  
non est numerus pure formalis. quia nume  
rus cuiuslibet rei posset dici tempus. et esset de  
genere discretorum. sed est numerus numeratus.  
quia est numerus applicatus priori et posteriori  
motus. ideo etiam quia tempus applicamus  
ipsi motui numerando motum secundum prius  
et posterius. ideo etiam est quodam modo nu  
merus quo numeramus. Et ideo dicit Alber  
tus quod est numerus quodam modo medians in  
ter numerum pure materiale et pure formalem  
ideo quia non est numerus pure materialis non  
diffinitur per esse numeratum. sed per hoc quod  
est numerus. et quia non est numerus pure for  
malis ideo etiam non dicitur numerus absolu  
te. sed numerus applicatus motui. ideo saluatur  
esse tempus continuus. Pro quo.

**Sciendum est ultimo. quod mo**

tus non in quantum motus est continuus. quia omnis  
motus esset in genere quantitatis continue. igitur  
motus continuatus est a continuitate entis flue  
tis post ens fluens siue forme post formam secti  
dum generationem talis entis. et hec quantitas  
numerata est tempus. et ideo tempus per se qua  
tum est continuus. quia cum in tali successione  
continui exitus prius et posterius non diuiditur  
ideo tempus est vere continuus. et habet modum dis  
creti in eo quod numerat. et sic discretio est sibi for  
malis. et continuitas materialis est numerus par  
tium continui. ideo melius diffinitur tempus per dis  
cretum quod per continuus. etiam tempus cum siue conti  
nuitatis habet ex eo quod causatur tempus ex conti  
nuo fluxu ipsius.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod non dicitur quod tempus sit nu  
merus simpliciter. sed est numerus motus. ita quod  
illud totum ponit per modum generis. nam tempus ad  
id quod est simpliciter continuus est. sed tempus ad ac  
tus habet modum discreti. Ad secundam dicitur  
quod prius et posterius temporis tempore diffiniatur  
et ut sic non ponant in diffinitione temporis. tamen  
prius et posterius motus secundum quod a magni  
tudine causantur et non secundum quod sunt nu  
merata per tempus ponuntur in diffinitione tempo  
ris. ideo dicit Aristoteles quod prius et posterius sunt  
in magnitudine. deinde in motu ultimo in tpe.

Sequitur textus. Et sicut motus.

**Queritur Decimo quarto.**

Utrum nunc sit numerus eius quod fertur secti  
dum quod fertur. Arguitur quod non. omnis nume  
rus est diuisibilis nunc est indiuisibile. ergo  
sic illud quod fertur siue mobile est quantum et di  
uisibile. ergo ipsum nunc indiuisibile non est nu  
merus siue mensura eius.

Tempus no consequitur motum in quantum  
motus est absolute sed ratione prioris et posterioris

confermat  
propositionem

to. motus

13

3. sic mobile p suuz motuz tpe mēsurat. sed nūc non est tpus nec ps tps. g. nō mēsurat ipō nūc  
4. sic mensura rei t̄p̄alis est quātitas. sed nūc non est quātitas. p̄tinua nec discreta. g. nō nūc est mensura mobilis vel eius quod fert s̄z q fertur  
In oppo arguit sicut se habet mobile ad motū ita se habet nūc ad tpus. g. p locū a trāsmutat ta proportione sicut se habet ip̄ ad motū ita se habet nunc ad mobile. sed tpus est numer⁹ motus. ergo nunc est numerus eius quod fert s̄z q fertur. Pro responsione.

**Sciendum est primo q post** q̄ p̄b̄s oñdit quid sit temp⁹. hic p̄nter determinat de ip̄o nunc temporis. oñdendo qualiter se habet nūc ad ipsuz temp⁹. et s̄z hoc assignādo aliquas proprietates ipsius nunc. Unde dicit q̄ ipsuz nūc est quodāmodo idē in toto tempore z quodāmodo diversus. vnde est idē subiecto et s̄z essentiaz. et s̄z esse successivū eius est alterz alterū. quod p̄bat sic qz sicut mot⁹ insequit ma gitudines ita t̄p̄ insequit motū et in vtroqz reperitur prius et posterius ei⁹. Et sicut se habet mobile ad motum ita nunc ad temp⁹. sed mobile quod fertur est vnum et idē subiecto in toto motu sive sit punctum quod fluxu eius causat lineam vel lapis vel aliquid aliud. et tamen est alterum et alterum rationē et secundum rem. sicut dicimus coriscuz esse alterum in teatro et alterum in foro. ergo aliter nunc in tempore est vnum et idē secundum essentiam. diversum tamen secundum esse inquantum fluxit de priori in posterius eius secunduz renouationē situs ipsi mobilis.

**Sciendum est Secundo q** per ipsuz nunc habet mensurari z cognosci ipsuz temp⁹. ratio est qz vñ quodqz habet mēsurari et cognosci per illud quod est maxime notuz sui generis. sed nunc est maxime notum in tempore ergo per ipsum nunc habet notificari temp⁹ et mensurari. etiā motus habet notificari per ipsuz mobile vt loci mutatio per id quod fertur. mobile est enim hoc aliquid. motus autem non mobile est notus ip̄o motu et habet notificare motum et est causa motus per hoc q̄ supra magnitudinem continue renouat situm de priori in posterius.

**Sciendum est tercio q illud** quod fertur potest dupliciter considerari. Uno modo secundum q̄ est sub prima forma eius. Alio modo prout est agens motum per hoc q̄ fertur in spacio de priori in posterius et stat sub forma motus. primo modo non mēsuratur ip̄o nunc sed sua entitate accepta sub ratione vnita

substantia  
tis. Secundo modo adhuc potest dupliciter considerari. Uno modo secundum q̄ est idē subiecto in tota renouatione situs. Alio modo secunduz q̄ variatur continue secunduz esse siue secundum rationem de priori parte spaci in posteriozem. primo modo mensuratur vnitate mobilis inquantum mobile est que manet eadem in toto motu secunduz substantiaz. et talis accepta formaliter est ipsum nunc temporis. sed 2. mensuratur tempore.

**Sciendum est quarto q sicut** se habet ad motuz illud quod fertur in eo quod fluxu suo causat motum veniens de priori in posterius in spacio et distinguit partem motus precedentes a sequente. et ita se habet nunc ad ipsuz temp⁹ quia fluxu suo per hoc q̄ est adiacens ei quod fertur inquantum huiusmodi distinguit partes temporis scilicet preteritum a futuro. sicut enim punctus causat lineam fluxu suo et manet idē secunduz substantiā licet varietur secunduz esse ita similiter nunc respectu temporis. Illis sit notatis sit ista

**Conclusio prima. nunc est** numerus ei⁹ quod fertur secunduz q̄ fertur. Illa conclusio satis patet per rationem postionem. non tamen est intelligendum q̄ ipsum nunc sit numerus qui est de genere discretorum. sed ibi capitur numerus pro mensura eius quod fertur habet tamen modum pluralitatis secundum q̄ est alterum et alterum. Et illo modo accipitur sub ratione temporis. et tunc sit ista

**Conclusio secunda si non sit** temp⁹ non erit ipsum nunc. et econtra si non sit nunc non erit temp⁹. probatur per simile quia si non sit mot⁹ non erit illud quod fertur secunduz q̄ fertur. et econtra si non sit illud quod fertur non erit loci mutatio. quia simul sunt motus et mobile inquantum fertur. et ipsum nunc se habet similiter in tempore vt mobile in motu. z sicut vntas in numero. ergo simul sunt nūc z temp⁹.

**Conclusio Tercia. temp⁹** continuatur et habet diuidi per ipsum nunc. patet quia motus continuatur per ipsum mobile inquantum manet idē subiecto in toto motu. et diuiditur per ipsum inquantum variatur s̄z suuz esse renouando situm de priori in posterius. ergo similiter nunc continuatur et diuidit temp⁹. Item punctus continuatur lineam inquantum est principium vnus partis linee et finis alterius et etiam diuidit secundum q̄ variatur secundum esse. ergo similiter nunc respectu temporis. Est tamen dissimile de puncto. et denunc in hoc q̄ punctus est permanens. ideo contingit vt vno

proportione

Continuo

postionem

alio p. a

pl. a. b.

io. nicha. e

substantia

pp̄o

mobile

Ar. l. 1. p. 1. 1. 1.

pp̄o

numerus caput pro mensura.

pp̄o

pl. a.

pp̄o


ante

pp̄o

suppletur. a. q. e. sic se h. t. n. u. n. p. e. d. i. t. p. o. n. t. p. r. p. u. n. d. y. r. e. s. p. i. d. u. l. i. n. e. e.

pp̄o

pp̄o



## Liber quartus.

puncto vt duobus bis accipiendo ipsum. h3 nunc  
non est permanens. ideo nō contingit vt vno nūc  
vt duobus bis accipiendo idem nunc. qz tempus  
fluit. Et predictus p3 etiā differentia inter nūc  
et vnitatem. qz nunc continuat tempus vnitatis ve  
ro nō cōtinuat numerū.

### Conclusio quarta. Nunc

nec est aliqua pars tēporis nec est tēpus. Pro  
batur sicut se habet punctus ad lineā ita nunc  
ad tēpus. sed puncta non sunt partes linee. ergo  
nunc nō est pars tēporis. et hoc capiēdo ipm  
nunc vt est terminus indiuisibilis ipius tēporis  
Sed si caperet nunc vt est fluxus et numerat mo  
tum illo mō est tēpus et dicitur tota substātia tē  
poris. Et istis tribus vltimis cōclusionibus  
patent tres proprietates ipius nunc assignate  
in textu et etiā rationes illarū.

### Ad rationes ante opposituz

Ad primā p3 solutio ex dictis. Ad secūdā  
dicit qz h3 mobile quod fertur secundū se sit q̄tum  
et diuisibile. tamen si capiat vt non variatum  
per prius et posterius in motu. sic h3 rōem indi  
uisi. et illo mō mensurat nūc indiuisibili. Ad  
terciā p3 solutio ex dictis. Ad quartā dicitur  
qz licet non sit q̄tatis in actu est tamē principiū  
q̄tatis continue et est in potentia q̄tatis.

### Queritur Decimoquinto.

Utrum tempus mensuret motu. Arguit qz  
non. qz motus mensurat tēpore. ergo nō ecōtra  
p̄ntia t3 qz tunc idē esset prius et posterius no  
tius et ignotius cū mensurās debeat eē prius et  
nocius mensurato. 2o sic. rō mensure q̄tati  
congruit. et sic sibi soli cōuenit. sed motus non  
est quantitas. ergo non pōt mensurare tempus.

3o sic tēpus est mensura motus. sed. mensu  
re non est mensura alias esset procedere in infi  
nitum. ergo tēpus nō mensurat motu. Ad 4o  
arguit per pbūm in textu dicentē. nō autē solum  
tēpore metimur. sed motu tēporis. Pro R. ne

### Sciendum est primo qz post

q̄ pbūm ostendit quid est tēpus ostendendo dif  
finitionē eius. et etiā quid est nunc in tēpore et  
posuit proprietates eius. hic p̄nter ex diffinitio  
ne tēporis assignat rōes quarūdā proprietatuz  
que tēpori attribuunt. Inferens primo ex diffi  
nitione tēporis qz tēpus q̄tus ad actū eius qui  
est mensurare motū est quoddā discretum. qz in  
mensurando motū habet modū discreti. id dicitur  
qz tēpus est numerus. et quia non est nume  
rus simpliciter. sed numerus numeratus appli  
catus motui in quo partes simpliciter sunt cōti  
nue et diuise secundū quid. ideo tēpus simplici  
ter est cōtinuū. habet tamen modum discreti in

mensurando. ideo secundū quid est discretum.  
et ideo passiones discreti et cōtinui sibi attribuunt

### Sciendum est Secundo. qz

In discreto est dare numerū minimū. et h3 dupli  
citer vel minimū simpliciter. et ē vnitatis. vel mi  
nimū in genere numeri habēs rōem numeri. vt  
dualitas. sed non est dare minimū quod sit in  
genere cōtinui et habēs rationē cōtinui. cū cō  
tinuum sit diuisibile in infinitū. id in tēpore in  
q̄tum discretū est potest dari minimū simpliciter  
scz vñū tps et minimū in gñe numeri vt duo tē  
pora siue due partes. et illo mō non est dare in  
eo maximū. sed in tempore in q̄tum continuū ē  
non est dare minimū propter diuisibilitatē in in  
finitū. et hec est prima p̄prietates tēporis. Secun  
da p̄prietates est. tēpus dicitur esse breue et longū  
in q̄tum ē continuū. qz breue et longū sunt pas  
siones cōtinui. etiā qnqz dicitur multū et pau  
cum et hoc sibi cōuenit vt discretū est. qz ille sūt  
passiones discreti. sed nunqz dicitur veloci vel tar  
diuz propter rōem prius habitā. Tertia p̄prie  
tas. tēpus simul est idē numero vbiqz id est re  
spectu omniū que mouent. qz non diuersificatur  
secundū diuersa mobilia. est tamen diuersum se  
cundū diuersas ptes eiusdem motus secundum  
quas accipiunt prius et posterius in tēpore. id  
tēpus prius et posterius non sunt idē. Causa  
primi ē qz primus motus cuius tēpus est primo  
principaliter numerus est vnus. ideo tempus est  
vnū. Ratio secūdi est qz pars illius motus que  
iam facta est est altera. ab illa que futura est qz  
similiter tēpus preteritū ē alterū a futuro. et hoc  
ideo est. qz tempus nō est numerus simpliciter.  
sed numerus alicuius rei certe et numerate scz  
prioris et posterioris i motu. et huic numero mo  
tus sicut et motui semp accidit alterū esse prius  
et alterū esse posterius. propter hoc qz ipa nunc  
secundū qz se habēt secundū prius et posterius sp  
sunt altera et altera. si enim tēpus esset numerus  
simpliciter tunc esset idē tēpus respectu motus  
preteriti et motus futuri. sicut est idem numerus  
simpliciter diuersorū numeratorū. vt centū equo  
rum et centū hominū siue simul existant siue suc  
cessiue. licet numerus numeratus sit diuersus. vt  
centū equi aliud est a centū hominibus. Quar  
ta p̄prietates est. sicut contingit reiterari vnum  
et eundem motū in specie. ita contingit reiterari  
vnum et idem tempus. et qz non reiteratur idē  
motus in numero. sed in spē ita non reiteratur  
idem tēpus in numero. sed secundū spēm tātum  
sicut vnus et vnus. Quinta p̄prietates est qz non  
solum numeramus motum per tēpus. sed etia  
tempus per motus propter hoc qz ad inuicem p  
cipiunt oportet accipere q̄tatem vnus secundū  
q̄tate alterius. Unde qz tēpus mensuret motū  
probatū. qz est numerus eius vt prius dictum

est. sed & e contra motus mensuret tēpus Pñs probat dupliciter. Primo ex rōe numeri et numerali. qz quādoqz numerū formalem per numeralia cognoscimus. vt numerū equorū et ecōtra. Similiter est in tēpore et in motu. quia qñ ē nobis nota certa q̄titas tēporis et motus q̄titas est ignota tunc tēpore mensuramus motus. sed ecōtra dñ q̄titas motus est nota et q̄titas temporis ignota tunc motu mensuramus tēp. 2º probat ex similitudine magnitudinis mot⁹. qz sicut motus insequit magnitudinē in q̄titate cōtinnitate et diuisibilitate. ita tēpus sequit motum. sed magnitudinē mensuramus per motū et motū per magnitudinē mēsuram⁹. vt si motus fuerit multus dicitur viam fuisse multam et ecōtra. ergo a simili per tēpus mēsuramus motū et per motū tēpus dicitur tempus fuisse multum si motus fuerit multus. et motū fuisse multum si tēpus fuerit multū.

**Conclusio prima: Tempus**

mensuratur motu a posteriori tantum. et motus mensuratur tēpore simpliciter et a priori. Prima pars patet ex dictis. Et secunda p3 qz mensurare simpliciter et a priori cōuenit illi quod habet rationē quantitatis per se. sed tēpus est per se quātitas vt insequit ipm. ergo mensurat ipm a priori

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primā dicitur qz idē pōt esse notus et ignotus alteri secundum diuersas rōes. ita etiaz tēpus mensuratur motu tanq̄ a notiori quo ad nou et motus mensuratur tempore tanq̄ a priori et notiori simpliciter. Ad secūdā dicitur qz licet motus non sit per se q̄titas sed per accidēs est q̄titas et pōt sua q̄titas esse notior ex parte q̄titoris magnitudinis quā insequit q̄ sit quātitas tēporis. Ad terciā dicit qz mēsure acceperte materialiter q̄tum ad id quod est potest esse alia mensura. Sequitur textus. Quid aut tempus.

**Queritur Decimosexto.**

Utrum tempus sit mensura motus et quietis mobilium et quiescibilium. Arguit qz non. qz q̄ non sunt n̄ mensurant tēpore. sed quies non est cum sit priuatio motus. ergo non mensurat tēpore nec est in tēpore. 2º sic si tempus esset mensura mobilium vel esset aliquorū tātum. vel omnium. nō primū qz non est maior rō de vno q̄ de alio. nec secundū. qz corpus celeste cū non excellatur a tempore neqz sub tempore ponatur non est in tēpore. Ad opposituz arguitur p pbūm in textu. Pro respōsione.

**Sciendum est primo qz post**

q̄ pbūs ostendit que sit natura tēporis et etiam que sit natura ipius nunc et assignauit rōnes

proprietatū vtriusqz determinando de ipis absolute. hic cōter agit de ipis per cōparationem ad ea que sunt in ipis ostendendo quid sit esse in tēpore et quo mō motus et alie res a motu differēter dicuntur esse in tempore et que non.

**Sciendum est Secundo. qz**

Tempus sic mensurat motū qz primo mensurat vnā partē eius et per ipam mensuratā mensuratur totus motus. quia vt dicitur in 4º metha phisice oportet vnūquodqz mensurari per aliū quid sui generis sicut per tēpus vnus hore mēsuramus motū factū in hora. et per ipm sic mensuratum mensuramus motus diurnū. per quem mensuratū mēsuramus motū vnus anni. sicut per quātitates vnus vline mensuramus vnā vlnam panni. et per illā mensuratā mensuram⁹ totam quātitatē panni. et sic male dixerunt antiqui dicentes qz totus motus celestis mensuratur toto tempore. qz quātitas totius tēporis est nobis eque ignota sicut quātitas totius mot⁹.

**Sciendum est Tercio qz. Tē**

pus aliter mensurat motum et alia tēporalia. qz tempus est mensura motus et quātuz ad id qd est et quātum ad suū esse. hoc est quātum ad suā durationē. 2 ideo dicit textus tēpus est metrum motus et eius quod est moueri. Sed alie res a motu dicunt in tempore esse et mensurari tempore quātum ad suū esse et durationē. et nō quātum ad id qz sunt. sed quātum ad id quod magis mensurantur nunc tēporis. Et illis p3 qz motū esse in tempore est ipm et suū esse tēpore mensurari. Patet secundo qz alias res esse in tēpore est ipas secundum suū esse tempore mensurari. Patet tertio qz esse in tempore vniuersaliter nihil aliud est qz quādā parte temporis mensurari. Et sic pbāt pbūs qz esse in tēpore solum potest intelligi duobus modis. Vno mō vel qz potest esse quādo tempus est. vel esse in tempore vt in numero. et hoc dupliciter. qz vn omō aliū quid dicit esse in numero quod est aliquid ipi⁹ numeri vel principium vel pars vel passio eius vt vntas par et impar. et similia dicunt esse in numero. Alio mō aliquid dicitur esse in numero vt in quodā numerante et mensurante quātitatē eius. sed primo mō res nō possunt dici esse in tempore. qz sequeretur qz quelz res esset in qz libet et celum esset in grano milii. qz celū est qñ granum milii est. Item accidit alicui rei esse in tēpore qñ alia est. sed tēpus non accidit motui. ymo necessario ipm sequit. ergo esse in tēpore non est ipm esse quādo tēpus est. Nec potest dici secundū. quia illo modo prius et posterius sunt in tēpore. sed motus 2 alie res dicuntur esse in tempore non qz sint aliquid ipius temporis. ergo relinquatur terciū. scz qz proprie esse in tēpore est esse in eo vt in numero mensurante esse ve

## Liber quartus.

durationem rei temporalis. et hoc modo res mobiles secundum quod referuntur ad motum sunt in tempore. quia secundum quantitatem motus earum tempore mensurantur. Tunc sit.

**Conclusio prima.** **Necessaria** et ea que semper sunt in quantum semper sunt non sunt in tempore. pro cuius probatione ponuntur due suppositiones. Prima est oportet omne quod est in tempore contineri et excelli a tempore secundum utramque sui extremitatem. quia esse in tempore est esse in eo ut in numero numerante. sed in omni illo quod est in numero potest accipi numerus maior. ergo potest accipi tempus omnino maius eo quod est in tempore. Secunda suppositio oportet ea que sunt in tempore aliquid pati ab ipso. probatur per philosophum et eodem modo loquendi. quia consuevimus dicere quod tempus tabefacit omnia et omnia sub tempore senescunt et in tempore fit obliuio. Et causa est quia tempus est numerus motus. sed motus facit distare rem a distinctione in qua primo erat. ergo tempus per motum magis est causa corruptionis quam generationis. et obliuionis quam scientie. Et ne credatur quod contraria horum conueniunt tempore. Dicit philosophus quod nullus didicit. nec nouum factum est. neque bonum propter tempus. Tunc probatur conclusio quecumque sunt in tempore continentur et exceduntur a tempore et aliquid a tempore paciuntur ea que semper sunt secundum durationem eorum cum illa sint infinita non exceduntur a tempore nec paciuntur sub tempore: quia nihil amittunt per preteritum. nec aliquid acquirunt pro futuris. ergo illa non sunt in tempore.

**Conclusio secunda.** **tempus** est mensura quietis et quiescibilium. Probatur quia non est necesse moueri omne quod est in tempore cum tempus non sit motus. sed numerus eius. Sed contingit esse in numero motus non solum illud quod mouetur sed etiam quod quiescit. ergo non solum ea que mouentur actus sunt in tempore. sed etiam ea que quiescunt. Item non omne immobile quiescere dicitur. sed solum illud quod est priuatum motu et potest moueri ergo esse quiescentis est esse rei mobilis. cum ergo esse rei mobilis sit in tempore et mensuretur tempore sequitur quod esse rei quiescentis mensurabitur tempore. et per consequens tempus non solum est mensura motus et mobilium. sed etiam quietis et eorum que quiescunt. motus tamen de per se et quietis de per accidens. nam quiescens mensuratur tempore. non in quantum quiescens. sed in quantum mobile. Est etiam tempus mensura mobilium et quiescibilium. non in quantum sunt equi homo vel lapis. sed in quantum mouentur vel quiescunt. nam illa mensurantur tempore

quod tempus non sit motus  
sed numerus eius.

Secundum quod quantitas aliqua percipitur. sed per tempus accipitur quantitas motus et quietis. et non quantitas hominis vel equi. ergo tempus non mensurat illa nisi in quantum mouentur vel quiescunt. Et dicitur inferri per philosophum quod quecumque non mouentur nec quiescunt. ut substantie separate non sunt in tempore cum tempus non sit mensura nisi illorum que mouentur. ut motus et quietas. 2<sup>o</sup> inferri quod entia impossibilia non mensurantur tempore. sicut neque sua opposita que sunt necessaria. quia illa non mouentur neque quiescunt. quia non contingunt aliter se habere. 3<sup>o</sup> inferri quod generabilia et corruptibilia sunt in tempore. quia exceduntur a tempore et aliquid patiuntur sub tempore. 4<sup>o</sup> inferri quod non entia que sunt possibilis sunt in tempore. quia ipsorum aliqua fuerunt in preterito. ut Omnis. et quedam in futuro erunt. Et per hoc patet responsio ad quesitum.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur quod licet quies non sit ens posituum est tamen ens priuatum et mensuratur per accidens secundum mensuram sui habitus. quia est eadem mensura oppositorum unum per se et alterius per accidens. Ad secundam dicitur quod tempus est mensura cuiuscumque mobilis corruptibilis et quantum ad durationem et ad motum eius. sed mobilis in corruptibilis tempus non est mensura quantum ad durationem neque ad quid est. sed quantum ad motum localem eius sic quod quantitas sui motus tempore mensuratur. Sequitur textus. Item autem nunc.

### Queritur Decimoseptimo.

Utum tempus sit magis causa corruptionis quam generationis et obliuionis quam scientie. Arguitur quod non. quia sicut aliquid in tempore constituitur. ita in ipso aliquid generatur. ergo tempus est causa generationis sicut et corruptionis. 2<sup>o</sup> sic generans per motum intendit ducere formam in mobili. et per actionem eius. nec intendit formam ab eo remouere nisi per accidens. cum ergo tempus sit numerus motus sequitur quod est magis causa generationis quam corruptionis. 3<sup>o</sup> sic sapientia et prudentia requirunt magnam experientiam. sed illa multo tempore indiget. ergo tempus est magis causa sapientie et prudentie. et debet dici prudentium sapientium sicut pictorici dicebant erit non erit magis causa obliuionis quam scientie. Ad oppositum arguitur per philosophum in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo.** quod postquam determinatum est de tempore per respectum ad ea que sunt in tempore. hic consequenter per philosophum

determinat de ipso nunc dicendo significatiōes eius et etiam ostendendo significatiōes alii quorum que ipso nunc determinantur. et dñter ostendit veritatem duorum que prius supposuerat. scilicet quomōdō tēpus sit causa corruptionis et q̄ ois motus vel mutatio est in tēpore.

**Sciendum est Secundo q̄**

Ip̄m nunc potest dupliciter accipi. Uno modo proprie put est quōdāz indivisibile tēpōis. et hoc modo est continuans partes tēpōis et secūdum potentiā est dividens. alia tamen rōe cōtinuat et alia dividit. quia put accipitur vt vnū quod est finis preteriti et incium futuri sic continuat. et cum accipitur seorsum vt finis vnus partis et postea vt principium alterius non cōsiderando ip̄m vt est vnū et idē sic dividit. et tñ idem est nūc indivisibile secundum substantiam quod continuat preteritū cum futuro et dividit. 2<sup>o</sup> mō capitur ip̄m nunc vulgariter scilz pro paruo tempore propinquo presenti nunc in diuisiui siue in preterito siue in futuro. vt dicitur venit nunc quia venit hodie. et nunc veniet qz hodie veniet. sed non dicimus qz diluuium veniet siue sit factū nunc. et sunt idem realiter nunc et instans. sed differunt ratione. quia nunc nominat ip̄m indivisibile tēpōis absolute. instans vero nominat ip̄m prout est in continuo fluxu. ideo dicitur instans quasi non stans.

**Sciendum est tercio q̄ Tunc**

significat tempus determinatū per aliquod nūc prius presenti. et sic importat tempus preteritū siue sit propinquū ip̄i presenti nunc siue remotū vt dicimus tunc destructa est troia. Sed tamē dicit tempus propinquū presenti nunc siue preteritū siue futurū. vt dicimus iam ibit. vel iam iuit. sed non dicimus iam destructa ē troia. S; modo dicit tempus preteritū propinquū presenti nunc. vt dicimus iuit modo. Sed olim dicit tempus preteritū remotū a presenti nunc. S; repente dicit tempus insensibile propter sui paruitatem.

**Sciendū ē quarto q̄ Tam**

generatio & corruptio fiunt in tempore. ideo quidam pictagorici attribuerunt generationes rerum ip̄i tempori et disciplinā dicentes tēpus esse sapientium. quia generatio fit in tēpore et etiam scientia. Sed quidā pictagorici nose parit dicit e contra tempus penitus esse indisciplinabile et q̄ est magis causa corruptionis & generationis. quia per longum tempus accidit obliuio. nam de recenti cognoscimus in memoria manente et ppter diuurnitatē temporis a memoria elabuntur. Unde quia nullus efficiat sciens propter tempus. ideo dicit Aristoteles q̄ patis rectius dixit aliis. Ideo sit.

**Conclusio prima. Tempus**

est magis causa per se corruptionis & generatio nis. et obliuionis & scientie. Probatur primo ratione. quia tempus est numerus motus. sed omnis motus et mutatio facit rem distare a suo principio. et sic remouet eam a naturali dispositione in qua prius erat. ergo motus est per se destructiuus et corruptiuus rei et non generatiuus nisi de per accidens. quia quod acquiratur alii qua dispositio per motum non est ratione motus in se est motus. sed solum q̄tum est finis intentionis agentis propter finem. ideo corruptio magis per se attribuitur motui & generatio. et per consequens tempori. S; generatio et esse magis attribuntur generanti. 2<sup>o</sup> patet a signo quia nihil videtur fieri quin appareat aliquod agens extrinsecum. et tamen aliquid videtur corrumpi nullo apparente corrupente extrinsecō. et tunc talis corruptio tempori attribuitur. vt cum aliquis senescit. cūz ergo in generatione sit aliquod agens extrinsecum generatio nō attribuitur tempori. sed generanti. Sed in corruptione corrupens non semper est manifestus. ideo corruptio attribuitur tempori non q̄ tempus faciat corruptionem. sed vt dicit Aristoteles quia corruptio fit in tempore et latet corrupens.

**Conclusio secunda Omnis**

motus vel mutatio est in tempore. Probatur duabus rationibus. Prima est omne motus velox et tardum sunt in tempore. sed in omni motu et mutatione reperitur velocius vel tardius moueri faciendo tamen comparationes motus in velocitate et tarditate secundum motum eiusdem speciei. ergo omnis motus est in tempore. Secunda ratio ad omnem motum vel mutationem sequitur prius et posterius. quia omne mobile variatur de priori dispositione in posteriorē siue secundum generationem forme siue secundū renouationem situs. sed omne prius et posterius sunt in tempore. quia sumuntur per distantiam ab ip̄o nunc quod est in tempore. tamen e conuerso sumuntur in preterito et in futuro. quia in preterito dicitur prius quod est longius a presenti nunc et posterius quod propinquius est. et e contra est in futuro. ergo omnis motus et mutatio est in tēpore. Sed contra de gñatiōe substantiali et de illuminatiōe mediū. que sunt mutationes et non sunt in tempore. R. q̄ sicut terminus temporis non est tempus nec pars eius. ita est de termino motus. et si capiatur generatio proprie non est motus nec pars eius. et sic nō est in tempore nec in parte temporis. et similiter de illuminatione mediū que sequitur motum localem corporis luminosi. Si vero capiatur generatio secundū esse vt est admixta alterationi

hic est successiva et est in tempore sicut alteratio.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur qd licet aliquid in tēpore generetur hoc tamen non est ex parte motus sed ex parte generantis. ideo tempus non dicitur p se causa illius generationis sicut et corruptionis que per se sequitur a motu quem per se insequit motus tempus. Ad secundaz et tertiam si militer patet solutio ex dictis.

**Queritur Decimooctavo:**

Utrum tempus multiplicetur ad multitudinem temporalium. Arguitur qd sic quia tēpus est numerus omnium motuum et mobilium. sed numerus multiplicatur ad multitudinē numerabilium. ergo tempus multiplicatur ad multitudinē motuum mobilium. 2<sup>o</sup> sic tempus insequitur motum vt passio et mensuratio eius. sed passio multiplicatur ad multiplicationem sui subiecti. ergo tempus multiplicatur ad multiplicationē tēporaliū. Ad oppositū est p̄b̄s i vltimo caplo huius quarti. vbi postq̄ ipse determinauit de tēpore et nunc et de proprietatibus eorū 2 de huius que ipis mensurantur. hic p̄nter mouet et soluit tres dubitationes. Pro quo.

**Scienduz ē primo qd prima** harum dubitationuz est de natura temporis in omnibus rebz quare scilicet tēpus videtur ē vbiqz. videlicet in celo in terra in mari 2 in oibz que in eis sunt. Cuius rei rationē reddit p̄b̄s quia tempus est passio vel habitus motus cuz sit numerus eius. sed hec omnia mouentur potentia vel actu eo qd sunt in loco. ergo oportet qd in eis sit tempus. quia simul sunt tempus 2 motus tam motus in actu qd motus in habitu et secundū potentiam. Secūda dubitatio vtrū si non sit anima erit tempus. Arguit Aristoteles qd non. quia si impossibile est numerantem esse impossibile est numerabile esse. et p consequens ipm numerū. sed nihil potest numerare nisi aia et adhuc anima intellectiua. ergo impossibile est tempus esse si non sit anima. Hanc dubitationē soluit Aristoteles dicens qd si non est anima nō est tempus. vlti est vt quodcūqz ens. puta est si contingat motum esse sine anima. quia si sit motus erunt prius et posterius in motu. sed ista secundum quod sunt numerabilia sunt tēpus. quod exponit sanctus Thomas. tēpus est sine anima vt quodcūqz ens. id est tempus extra animam habet esse secundum quid et imperfectum. aut extra animam in actu de tempore non est nisi ipm nunc indivisibile quod non est tēpus neqz pars tēpous. sed totalitates suā dicit tēpus accipere per operationem anime numerantis. vñ sicut res numerate dependent a numerante sic et

numerus eorum. sed prius et posterius motus qd sunt numerata per tempus non sunt in re extra animam. sed de motu extra aiam non est actu nisi vnum indivisibile continuans partes motus ad inuicem. sed motus suam totalitatem percipit per comparationem anime comparātis priorē dispositionem mobilis ad posteriorē. Et quis hec positio sit multuz probabilis tamē comuniter tenetur positio Auicenne quam insequitur Albertus de modo essendi temporis extra que prius fuit recitata. Unde secundum eos qd numerare tria eriguntur. scilicet materia numerata. numerus formalis. et aia effectiue numerans. et si non sit anima numerans adhuc erit numerus formalis secundum esse formale. et materia numerata. et ad esse rei non erigitur in se nisi materia et forma. modo materia et forma temporis sine anima reperiuntur. ergo ad esse temporis in se non erigitur anima. s; bene verū est qd anima ipa per actum numerandi causat tēpous apprehensionem et effectiuam numerationem. et quo ad hunc actum non est tempus extra animam. et hoc modo vt dicitur intellectit Aristoteles suum dictum. scilicet si non esset aia nō est tempus. vel est vt quodcūqz ens. Tercia dubitatio cuius motus tempus sit numerus. Respondebant antiqui qd tempus est primo numerus motus cuiuslibet. Nam omne quod sit in tēpore sit. et quod augmentatur in ipso augmentatur. et sic de aliis motibus. Sed esse in tēpore est numerari tempore. ergo vt dicebant tēpus ē numerus cuiuslibet motus. Sed hoc improbat quia si tempus sit numerus cuiuslibet motus sequitur qd duorum motuum simul existentium sit alicuius et alterum tempus. et vltra qd duo tēpora equalia sint simul. et hoc est impossibile. quia omne tempus quod est simul est tantum in numero vnum. et illud quod non ē simul nō est vñ in numero. sed in specie. quod patet per simile. quia sicut duorum numeratorum equalium vt septem canū vel septem equorum ē vnus numerus. sic et motuum simul terminatorum ē idem tempus et equale. sed septem hominum et septem equorum est idem numerus licet non sit idem septenarius. quis non differunt per differentias numeri sed per differentias septenarii. Sed pro vera solutione huius dubitationis ponunt tres suppositōes. Prima est motus localis prius est omnū motuū. 2 inter omnes motus locales motus circularis qui regularis et vniformis est simpliciter prius. Secunda est. vñ quodqz mensuratur vno quodā proprio sui generis. vt vnitas vnitate. et plures equi per vnum equum. Tercia est qd tēpus mensuratur motu et eōtra. motus mensuratur tempore. Tunc sit.

**Conclusio prima. motus**

Thomas.



circularis qui est regularis est mensura omnium aliorum motuum. Probatum quia primum in quo libet genere est mensura omnium sequentium per secundam suppositionem. sed motus circularis qui est regularis est prius et notissimus omnium motuum per primam. ergo ille est mensura unigena aliorum motuum.

**Conclusio secunda. tempus**

est per se primo mensura primi motus circularis et per ipsum est mensura omnium aliorum motuum. Patet quia quidam dixerunt tempus esse motum circulem celi. et hoc est quod est mensura celi. et per ipsum mensurantur omnes alii motus. etiam aliqui dicunt res humanas habere quendam circulum. et hec omnia in tempore iudicantur. et accipiunt finem et principium secundum quadam circulationem quare tempus videtur quidam circulus quod non est nisi quia tempus mensuratur per motum circulem et ex consequenti per secundum motum tempus est mensura omnium aliorum motuum.

**Conclusio tertia. tempus non**

multiplicatur ad multitudinem motuum et mobilium. Probatum conclusio. nam nullus accidens multiplicatur numeraliter nisi solum ad multitudinem sui subiecti. sed tempus solum est in primo mobili mediante motu eius ut in subiecto. In aliis autem est ut in numeratis et mensuratis non immediate sed mediante motu primi mobilis. ergo cum non sint plures primi motus sequitur quod est tantum unum tempus. Item si tempus multiplicetur ad multitudinem motuum cum simul sint plures motus equales quorum unum non est pars alterius sequeretur quod simul essent plura tempora equalia quorum unum non esset pars alterius quod prius improbatum est.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod tempus non est primo numerus omnium motuum sed tantum primi motus. quare non oportet ipsum multiplicari ad multitudinem motuum et mobilium. Et similiter dicitur ad secundam.

**Queritur Decimonono.**

Utrum eternitas que est mensura esse diuini bene diffiniatur. eternitas est interminabilis vite tota simul perfecta que possessio. Arguitur per contra suppositum. quia esse diuini est infinitum ergo est immensurabile. 2º sic quia mensura certificatur quantitate mensurati. deus autem non habet quantitatem. ergo id. 3º sic mensura differt realiter a mensurato cum certificet quantitatem eius. sed eternitas non differt realiter ab eterno quod essent plura eterna quorum neutrum esset ab alio. 4º si esset mensura esse diuini mensuraret ipsum sicut

tempus motum et nisi illud quod fertur. sed hoc non. quia eternitas est unum indivisibile et uno modo manens. ergo eternitas non est mensura esse diuini.

Deinde arguit contra quesitum. quia eternitas est quid positum. ergo male diffinitur per primam rationem cum dicitur interminabilis vite. 2º sic duratio magis refertur ad esse rei quam ad operationem ergo male ponitur vite. 3º sic omne totum habet partes. sed in eternitate non sunt partes. ergo male dicitur tota. 4º sic plures dies nunquam simul sunt. sed in eternitate dicuntur esse dies. ergo ponitur male simul. 5º sic totum et perfectum idem sunt. ergo superflue additur perfectum. Ad omnia arguitur per Boetium ponentem illam diffinitionem.

**Sciendum est primo quod peri-**

patetia non inveniunt aliquid determinasse sed certitudinem de eternitate. Quis quibus mentionem fecerint de ipsa. nam de re qua sepius utebantur debuissent tractatum fecisse. sed forsitan tractatus eorum de ipsa ad nos non peruenit. ideo difficile est de ipsa determinare. quia tamen eum ab eterno et tempus ab euo fluit iuxta illud Boetii. Qui tempus ab euo ire iubet. conveniens sicut ut dicit Albertus quod post tractatum de tempore aliquid qua mentio fieret de eternitate ut sciretur quid est eternitas et quid sit radix temporis.

**Sciendum est Secundo. quod**

eternitas dicitur multis modis. Primo modo dicitur spatium carens principio et fine non habens in se prius et posterius nec aliquam successione et eo quod non mensurat illud quod mutatur. sed potius quod stat uno et eodem modo nihil amittens in preterito et nihil acquirens in futuro et hic est proprius modus eternitatis de quo est ad propositum. 2º modo minus proprie dicitur eternitas spatium rei immensurabilis siue immutabilis secundum omnem speciem motus et mutationis licet habeat principium sui esse. et hoc modo necessaria dicuntur eterna. 3º modo dicitur eternitas adhuc minus proprie spatium variatum quod non habet principium neque finem et hoc modo a quibusdam mundus dicitur eternus. licet secundum veritatem sit temporalis. quia corpora que in ipso sunt moventur et mutantur in tempore quo habent prius et posterius. ideo per impossibile si mundus careat principio et sine adhuc esset temporalis. 4º modo dicitur eternitas non spatium alicuius esse vel substantie. sed potius delectatio et possessio vite interminabilis que secundum imperfectissimum esse in de reperitur.

**Sciendum est tertio quod secun-**

dum primam acceptionem eternitatis Isaac phibitus irabelita sic diffinit eternitatem. quod est spatium

stiniū non interceptus q̄ suus totum esse simul habz et p̄fecte. p̄ stinitatem intelligit indeficiētiā eternitatis. et per non interceptus intelligit negationem prioris et posterioris et successionis. Sed Billibertus porretanus dicit eternitatē moram stiniā non interceptam: et si vocetur mora non debet intelligi q̄ sit mora temporis vel momentu. sed vocat̄ mora p̄pter permanentiā eius que est indeficiēs. que mora dicit̄ spaciū s̄ q̄ ambit totus esse indeficiēs. et hoc spaciū stiniū dicit̄ non q̄ habeat partes sicut quantitas continua sed quia nunq̄ deficit nec deest neq̄ deerit sed semper est stans in cōmutabiliter in seipso. et dicitur non interceptam q̄ nihil amittit in toto p̄terito nec aliquid acquirit in futuro. ideo non est ibi interceptio vel divisio p̄teriti vel futuri sicut in tempore. sicut dicit Boet̄ q̄ nunc stans et non mouens se facit eternitatē. Et sic patet q̄ diffinitiones Isaac et Billiberti non differunt nisi secundum vocem. q̄ primus vocat eternitatem spaciū. secundus vero moram.

**Sciendum est Quarto** q̄ eternitas non habet prius et postea sed est tota simul et indiuisibilis. vnde aliqui dubitauerunt qualiter deo qui est eternus attribuuntur verba p̄terita et futura. Ad quod dicēdus est q̄ talia deo attributa denotant coexistētiā eternitatis ad tempus. vt cum dicitur deus est. sensus est q̄ deus nullo tempore p̄teriti deest. deus fuit. i. nulli p̄terito defuit. deus erit. i. nulli futuro deerit.

**Sciendum est vltterius** q̄ eternitas dicitur habere suum esse simul et p̄fecte propter quasdam substancias que licet habeant simul suum esse tamen in hoc q̄ aliquid possunt volunt vel intelligunt non habent p̄fecte ipsum simul. non enī p̄sentia omnia sunt intellectibz intelligētiā ad que extendi potest intellectus eaz. sed potius stinū illuminant a prima. intelligētia. ideo vices quasdam habent. s̄ suum posse et s̄ intelligere. Unde licet eueritum s̄ id quod est sit simul. tamē non possidet suus esse simul ita p̄fecte sicut eternum. sicut omnia sunt p̄sentia quo ad esse viuere velle et intelligere et illa non p̄fecte obumbrantur. nec recipit transmutationes vel vicissitudines. sed ea que sparsa sunt in toto tēpore que ab ipso eterno fluit simul p̄sentia sunt. propter quod omnia p̄uidet et p̄scit anteq̄ fiant. Et istas p̄fectiones eterni considerans Boet̄ eternitates diffiniuit melius omnibus aliis dicēs. Eternitas est interminabilis vite tota simul p̄fecta q̄ possessio. Ideo cum ipso Boecio sit hec

**Conclusio prima. diffinicio** eternitatis posita a Boecio est sufficiens. patet p̄ particulas eius. naz quia eternitas est simplex

indiuisibilis. et simplicissima non cognoscimus nisi p̄ abnegationes cōpositoz. et indiuisibilia p̄ abnegationē partium. vt dicimus punctus est cuius pars non est. ideo in diffinitione ponitur interminabilis. Unde interminabiles dicuntur in quoz duratione non est finis neq̄ principiu et tale est eternum quod dicitur extra terminos positus. Deinde ponitur vite quia duracio quo ad nos magis ad operationes refertur q̄ ad esse. Et ponitur tota simul ad excludendum tempus quod non est totū simul. neq̄ dicitur tota q̄ habeat partes sed quia nihil sui est extra ipsam. Et additur p̄fecta eo q̄ ipsum eternus est p̄fectus in esse posse et operari que omnia simul habet. Et dicitur possessio quia illud p̄prie dicit̄ possessum quo aliquis ad nutum suum vtitur. et sic est de eterno et de vita eius. quibz notatis sit

**Conclusio secunda et responsalis.** Eternitas est mēsurā esse diuini. ista conclusio satis patet ex diffinitione Boecii immediate declarata. Etiaz probatur quia mēsurā ad mēsuratum dicitur esse proportio. sed eternitas simul est s̄ esse posse et agere. cuiusmodi est ipse deus igitur. zc.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur q̄ licet esse diuini vt caret principio et fine sit infinitum. est tamen finitissimū per hoc q̄ est simplicissimū et simul sic q̄ nihil sui est extra ipsuz. et hoc modo est mēsurā eternitatis

Ad secundam dicitur q̄ licet deus non habeat quantitates magnitudinis habet tamē maximā quantitates virtutis qua se cōtinet et nunq̄ aliquid sui extra extendatur. et hec in deficientia sui stans iuxta se mēsuratur eternitate. Ad terciā q̄ non omnis mēsurā realiter differt a mēsurāto. aliquando enim mēsurāmus totam quantitatem per partes eius que simul accepte ab ea non differunt. ideo sufficit q̄ differant ratione. et hoc modo eternitas differt ab eterno in quantum habet rationem more vel spaciū indeficiētis et eternum habet esse stans et totum simul. Ad quartā dicitur q̄ eternitas nō mēsuratur eternus eo q̄ nec eius recipiat variationem sicut nec tempus. sed mēsuratur per moduz vnitatis stans in mobiliter. ideo non eodem modo mēsuratur eternum sicut tempus rem temporalem. vel sicut nūc illud quod fertur s̄ q̄ fertur. et hec de questiōe

**Queritur vicesimo Utrum**

tantum sint tres mēsurā durationis realiter distincte scz eternitas eueritatis et tempus. Arguitur q̄ non quia due forme distincte non possunt simul esse. sed iste tres mēsurā sunt simul. q̄ non sunt distincte. zc. sic eueritatis habet p̄teritū et posteriū vel non. si sic tunc non differt a tempore. si non tunc nō differt ab eternitate. g. non

sunt tres mensurae distinctae. 3<sup>o</sup> sic nunc eternitas et nunc temporis sunt idem nunc. ergo eternitas et tempus idem sunt. a<sup>n</sup>s patet. q<sup>u</sup>o<sup>d</sup> ut dicit Boetius sicut nunc fluens facit tempus. ita nunc stans et permanens eternitatem. sed idem est subiecto nunc stans et nunc fluens. ergo eternitatis et temporis est idem nunc. Ad oppositum arguitur per Boetium et ceteros expositores peripateticorum ponentes illas tres mensuras realiter distinctas. Pro responsione.

**Sciendum est primo: q<sup>uod</sup> praedictae mensurae in ordine ad mensurata se habent in aliquo similiter et in aliquo dissimiliter.** Et enim proportio in hoc q<sup>uod</sup> sicut eternus est totum simul secundum esse posse et agere nihil amittens in praeterito et nihil acquirens in futuro. ita eternitas est tota simul ut patuit ex sua definitione. Similiter sicut eternus est totum simul secundum esse. et non secundum posse et operari ymo acquirit per vicissitudinem in actionibus suis aliquas perfectiones quas prius non habuit. ita euiternitas secundum aliquid est tota simul et secundum aliquid habet prius et posterius simul iuncta. Similiter sicut temporale non simul participat totum suum esse posse vel agere. ita tempus nunquam totum simul est secundum rem. et ita sicut eternitas est mensura adaequata eterno. ita euiternitas euiterno. et tempus temporali. et in hoc habet proportionem istae mensurae ad mensurata. Sed dissimiliter se habent in hoc. quia esse in tempore est quadam parte temporis mensurari. sed esse in eternitate non aliqua parte videtur mensurari. quia non habet partes. Item omne quod mensuratur tempore excellitur a tempore. quod vero est in eternitate non excellitur ab ipsa. sed sibi est penitus adaequatum. euiternus autem secundum aliquid est simul et secundum aliquid non est simul id secundum aliquid eum excellit euiternus et secundum aliquid sibi adaequatus. secundum q<sup>uod</sup> excellit vocant eum tempus. sicut dicit Augustinus. quia rationalis creatura propter vices suae voluntatis et intellectus mouetur per tempus et non per locum. corporalis vero mouetur per locum et per tempus.

**Sciendum est Secundo q<sup>uod</sup>** triplex distinguitur eternum. Quoddam est vere eternum quod est totum simul secundum esse posse et operari. et hoc modus est unus solum scilicet prima causa quae deus est. Alia dicuntur eterna solus per participationem aliquam veri eterni. ut sunt intelligentiae et anime beatae quae contemplantur verum eternum et gloria sibi influente immutabiles efficiuntur et haec propria natura sunt mutabilia. diuina tamen voluntate sunt immutabilia. et sic sufficit eternitas. qui quidem diuini ordines aliquid partis

participantes in hac vice contemplatione eterna supra tempus quodammodo efficiuntur. ita q<sup>uod</sup> non participant motum nec mutationem naturalem. Hoc etiam modo necessaria dicuntur eterna siue sint incompleta ut caelestia corpora. siue necessitate habeant ex habitudine incompletorum ad inuicem ut prime dignitates. Alia dicuntur eterna non quia participant aliquid immutabilitatis quae eternitati proprium est. sed quia habent similitudinem cum eternitate in carere finis. ut motus dicitur eternus ab his qui ponunt mundum eternum. et pene infernales dicuntur eterne. sed eternitas solus vere conuenit illi quod est primo modo eternus.

**Sciendum est tercio q<sup>uod</sup> eternitas est causa exemplaris euiternitatis et temporis** nam sicut euiternus ab eterno dependet et temporale ab ambobus. ita euiternitas ab eternitate dependet. et tempus ab utraque. Et hoc sic dicit Boetius. O qui perpetuus mundum ratione gubernas. Terrarum celiq<sup>ue</sup> sator. qui tempus ab eo Ire iubes stabilis quae manens das cuncta moueri. Cuius dat exemplum. nam sicut ens frequenter sub eo quod est semper. currit et ab eo deficit et id quod est raro ab eo quod est frequenter. ita euiternitas sub eternitate currit ab ea deficit et tempus sub euiternitate currit et ab ea deficit. Unde eternitas est mensura illius qui semper uno et eodem modo et immutabiliter penitus se habet. quod vero immediate ab eo dependet per hoc deficit ab eo quod distat. et hoc est euiternus cuius esse quod est stabile. habet tamen vices in suis potentis et actionibus sicut intelligere et velle. quae autem ab eo plus distat ab eo plus deficit. ut est temporale. cuius nec esse nec posse nec agere stabile est. Tunc sit.

**Conclusio prima. Tantum** sunt tres mensurae durationum realiter distinctae. probatur quia omnis talis mensura mensurat esse alicui rei. vel ergo illa res est tota simul sicut posse esse et agere. et sic est eternitas. vel est tota secundum esse et non sicut posse et agere et sic est euiternitas. vel non est tota simul in esse nec sicut posse nec sicut agere et sic est tempus. Vel sic omnis res vel caret principio et fine et sic est eternus vel habet principium et non finem et sic est euiternum. vel habet principium et finem et sic est temporale. Nec tamen distinctio est magis per accidens quam per se. quia dato q<sup>uod</sup> mundus non incepisset nec haberet finem adhuc esset temporalis et non simpliciter eternus.

**Conclusio secunda. eternitas est mensura eterni euiterni et temporalis. et euiternitas euiterni et temporalis. tempus vero temporalis tantum patet quia quicquid est mensura su**

periorum est mensura inferioris. sed non e contra ergo conclusio vera. Verum in eternitas non est adequata mensura euiterni et temporalis sed est excedens. nec euiternitas temporalis. Et dicitur mensura adequata duz est proportio mensurati ad esse mensure vt prius dictum est motum tempore mensurari et ipsum et esse eius quia successuum est sicut tempus. Et illa comparatione eternitatis ad tempus pringit per accidēs. eternitatem diuidere et ipsaz habere partes. non q̄ huiusmodi partes ipsius sunt sed spaci quod est sub ipsa. vt quandoqz dicitur mille annis fuisse deus et q̄ anni eius non deficiēt. non q̄ in eternitate sint dies menses et anni. sed quia eternitas continet tempus cuius dies mensis et annus dicunt esse partes.

**Conclusio Tercia.** Nunc eternitatis differt realiter a nunc euiternitatis et tempore. quia nunc eternitatis est aliquid ipsius. et nunc euiternitatis est aliquid eius. et similiter de nunc tempore ad tempus. sed ille tres mensure sunt realiter distincte. ergo etiam nunc ipsarum. Item nunc tempore est numerus eius quod fertur s̄ q̄ fertur et non s̄ q̄ substantia eius est in se permanens sed s̄ q̄ fertur. ergo nullam habet ydempnitatem ad nunc quod est in seipso permanens cuiusmodi est nunc eternitatis. Item sicut eternitas precedit tempus ita nunc eternitatis precedit nunc tempore. ergo realiter distinguuntur Et similiter argueretur de nunc euiternitatis.

**Conclusio quarta:** nunc eternitatis ab eternitate differt ratione tantum. probatur quia dicitur nunc s̄ q̄ adiacet vni indivisibili instanti nihil amittenti in preterito nec aliquid acquirenti in futuro. sed eternitatis dicitur spacium sine mora inefficiencie eius. ergo ratione differunt.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur q̄ due mensure eiusdem generis non possunt esse simul nisi vna sit pars alterius. sed mensure diuersoz generaz cuiusmodi sunt iste bene possunt esse simul. Ad secundā dicit q̄ euiternitas s̄ esse est tota simul. habet tamen prius et posterius sibi adiecta s̄ q̄ in actionibus euiterni sunt prius et posterius. Ad terciā dicit q̄ non precise differunt nunc eternitatis et nunc tempore quia vnum est stans et aliud fluens. sed quia sunt principia mensurarum diuersorum generum. Et hec de questione. et per consequens de toto quarto phisicorum.

Sequitur tertus quinti libri phisicorum.

**Transmutatur autem transmutans omne: aliud quidem secundum accidens. vt cum dicimus musicum ambulare.**

**Intra quintum Uli  
bzum phificorum  
Queritur primo.**

Utrum motus siue mutatio sint subiectiue in specie vel in forma secundum quam fit motus. Arguitur q̄ sic quia motus est fluxus quidam sed fluxus est in forma fluente. ergo motus est subiectiue in forma vel in specie. Secundo sic motus est subiectiue in eo qd̄ mouetur. s̄ forma est id quod mouetur quia est id quod continue variatur de esse imperfecto ad esse perfectum. ergo motus est subiectiue in forma secundum quam est motus. Ad oppositum arguitur p̄ pb̄m in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo. q̄ post** quam determinatum est de motu secundum communem rationem eius et de his que insequuntur motum ut sunt infinitus locus et tempus. Consequenter de ipso philosophus determinat ipsius diuidendo in partes subiectiuas in isto sc̄o In quo principaliter tria facit. Primo enim diuidit motum in suas species ostendendo in quibus predicamentis est per se motus et in quibus non. Secundo ponit rationes quorundam dubiorum siue quarundam intentionum que sunt viles ad ea que postea dicentur. Tercio agit de contrarietate et varietate motuum. et quia motus per accidens non habet diuidi in suas partes subiectiuas quia infinitis modis variatur. sed tamen motus per se illo modo habet diuidi. ideo antequam diuidat motum per se in suas species distinguit motum per se a motu per accidens reiciendo motum per accidens a sua consideratione.

**Sciendum est Secundo. q̄**

Tripliciter contingit aliquid mobile moueri. Primo modo aliquid mouetur secundum accidens ut dicimus musicum ambulare quia subiectum musicæ ambulat. Secundo modo aliquid mouetur secundum alterum in gracia partitis ut corpus dicitur sanari quia oculus eius vel torax. i. pectus sanatur. Tercio modo dicitur aliquid moueri per se primo sic q̄ non per accidens nec gracia partitis ut alterabile in motu alterationis. Et similis est distinctio ex parte mouentis nā aliquid mouet secundum accidens ut musicus edificat. et aliquid mouet secundum alterum et gracia partitis ut homo percutit quia

manus eius percutit. et aliquid mouet per se primo ut medicus sanat primo per se. Et ad videndum quomodo est similis distinctio ex parte termini ad quem.

**Sciendum est tercio. q̄ In**

omni motu quinqz requiruntur. sc̄z mouēs mobile et tempus in quo est motus et duo termini motus. sc̄z a quo et ad quem. quia omnis motus est a quodam in quoddam. q̄ autem mobile sit alterum a termino a quo et a termino ad quem ut q̄ lignum quod calefacit sit alterum a calido et a frigido sic probat Aristoteles. quia motus est in ligno ut in subiecto et non in aliquo termino. qd̄ p̄ qz motus est in illo ut in subiecto quod mouetur. sed lignum est id quod mouet et non terminus a quo nec terminus ad quem qz species siue forma neqz mouet neqz mouetur. ergo sequitur q̄ mobile est alterum ab utroqz terminorum motus. et sic t̄az ex parte mobilis q̄ ex parte terminorum potest sumi diuisio motus. s̄ qz magis terminatur a termino ad quem q̄ a termino a quo eo q̄ per motum acquiritur terminus ad quem et auferitur terminus a quo. ideo motus habet diuisiōem ad quem et repugnāciam cum termino a quo. ideo magis sumitur diuisio ex parte termini ad quem q̄ a termino a quo. Quia etiam tempus est extrinsecus motui. ideo ex parte temporis nō sumitur prædicta diuisio. ideo requiritur q̄ tantum sumitur ex parte termini ad quem sc̄z ex parte mobilis mouētis ad terminum ad quem. Et si queratur ex quo forma vel species vel passio nō est id quod mouetur utrius possit dici motus. Dicit pb̄m q̄ non qz cuius forma species vel passio sit terminus motus sequitur q̄ ad motum fieret motus qd̄ postea probatur. ideo forma puta albedo nō est motus. s̄ albefactio est motus et albedo est terminus eius. Tunc sit.

**Conclusio prima. motus suffi-**

ficienter diuiditur in motum per accidens in motum per alterum et motum per se primo. probat conclusio ex parte mobilis. qz illis tribus modis aliquid dicitur moueri. et ex parte termini ad quem qz motus quando terminatur ad aliquid per accidens ut albatio ad id quod intelligitur qz accidit albatu itel ligi. s̄ terminat ad colorē s̄ alterum qz albedo est pars coloris sed per se terminat ad albus colorem.

**Conclusio secunda. motus**

non est subiectiue in specie vel forma secundum quam est motus sed in mobili. Probat quia motus est ut in subiecto in illo qd̄ mouetur. sed ipsius mobile mouet et nō species vel forma ḡ

maior patet q: illud soluz mouetur cui cōuenit esse tāq id qd est. s; forma nō ē nisi tāq id qd est. g: motus ē in mobili subiectiue et nō i forma.

**Conclusio Tercia. mutatio**

per accidens non est diuidenda in suas partes subiectiuas siue sumatur ex parte mobilis vel mouentis vel termini ad quem. Probatuz q: talis mutatio infinitis modis variatur eo q in finita vni accidunt et indifferenter est in omnib; corporibus. sed infinita non cadunt sub arte cū indeterminata sint ergo.

**Conclusio quarta: motus**

per se habet diuidi in suas species. patet q: motus per se non est in omnibus indifferenter. sed tantum in contrariis quo ad motum successiuū vel in contradictorius quantum ad generationem et corruptionem. sed contraria et contradic toria sunt dilincti termini. ergo motus per se le cunduz illos terminos potest diuidi in suas spe cies et potest cadere sub arte. et quia medium ē quodāmodo extrema in quantum participat vtrumq; et comparatum ad vtrumq; habet v; trusq; rationē vt fuscum comparatur ad albu; et sic habet rationem nigri. et comparatum ad nigrum habet rationem albi. Ideo vniuersaliter dici potest q: omnis motus est inter contrari a vel contradictoria.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur q fluxus motus nō differt essentialiter a forma secundum quā mobile mo uetur. ideo ille fluxus est subiectiue in mobili quod mouetur sicut forma fluēs. mobile autē variatur secundum illam formam de dispositio ne in dispositionem. et dicitur forma fluens non q sit ad quod fluit. sed quia secundum ipsam mobile fluere dicitur de non esse. Ad secun dam dicitur q forma non est id quod variatur de esse imperfecto ad esse perfectum. cum esse nō sit ipsius forme tanquam eius quod est. sed mo bile est quod variatur de esse imperfecto ad esse perfectum illius forme secundum quam est mo tus de esse imperfecto ad esse perfectum et.

**Queritur secundo. vtrum**

Sola mutatio q est de subiecto in subiectuz sit motus proprie dictus. Arguitur q non q: in omni motu debet manere idem subiectum sub vtroq; terminorum. alias motus non esset vnus. et si semper maneat idem subiectuz sequi tur q talis motus non est de subiecto in subiec tum. Et per consequens mutatio de subiecto in subiectum non est motus. Secundo sic gene ratio est de non subiecto in subiectum et corrup

tio e contra. et tamen generatio est motus. cum sit actus generabilis in quantum generabile et si militer corruptio ergo. Tercio sic sicut se ha bet subiectum ad subiectum ita non subiectum ad non subiectum. ergo si sit motus de subiecto in subiectum erit motus de non subiecto in non subiectuz. ergo non sola mutatio de subiecto in subiectum erit motus. Ad oppositum argu itur per Philosophum in textu. Pro Res ponsione.

**Sciendum est primo q post**

quam philosophus distinxit motuz per se a mo tu per accidens et remouit motum per accidens a sua consideratione. Consequenter incipit determinare de diuisione motus per se in suas species et quia mutatio accepta in communi se habet vt quoddam superius ad motuz proprie dictum. ideo postquam diuidit motum proprie dictum diuidit mutationem per se in communi. et postea ostendit que mutationes non sunt mo tus et postea que mutationes sunt motus proprie dictus.

**Sciendum est Secundo. q**

omnis motus siue mutatio fit ex quodaz in qd dam vt satis manifestat nomen mutationis q: connotat aliquid esse post aliud et aliquid prius et aliquid posterius et ita mutatio semper est in ter duos terminos. vnde secundum illoz termi noz variationē pōt intelligi mutatio fieri qua duplitem. primo de subiecto in subiectū. i. de ter mino affirmato in terminū affirmatū. 2: de subiecto in non subiectū. 3: de nō subiecto in subiectū. 4: de non subiecto in nō subiectū. et vt habet phis dicitur hic subiectū quod ē affir matue demonstratū. et illud est ens in actu com pletū per formā substantialem. vt cū dicitur hic ho mo vel equus. et cū hoc accipitur sub aliqua for ma accidentali q affirmatiue designatur tale es s completū put est sub illo esse accidentali potest mo ueri ad aliud esse accidentale et ita dicitur muta tio fieri de subiecto in subiectum. Ex quo p; q materia in proposito non est subiectum ymo magis dicitur non subiectum accipiēdo eam cum priuatione. vt cum dicitur q aliqua muta tio est de non subiecto in subiectum.

**Conclusio prima. Et non**

subiecto in non subiectum nulla est mutatio per se licet bene p accidens. Prima pars p; q: omnis mutatio p se ē iter contraria vel iter contradictoria. Sed non subiectum ad non subiectum nullam habet oppositionem siue capiatur non subiectū vt dicit simplicem negationem siue vt dicit pri uationem quia negatio negationi non opponi tur nec priuatio priuationi nec potentia potentia

tie nam negationes simul de eodem subiecto verificari nō possūt. vt idē lapis nec est sanus nec eger nec cecus nec videns. Secunda pars p3 quia cum ex albo fit per se nigrum fit per accidens ex non nigro non album. pro quanto priuatio semper saluatur in forma contraria. h3 id quod est per accidens in aliquo genere nō pōt esse species eius. ideo ex non subiecto in nō subiecto non est aliqua species mutationis per se.

**Conclusio secunda.** Tantuz

sunt tria genera mutationis per se. patet q3 diuisio mutationis secundum variationem suoz terminoz penes affirmationē et negationem attenditur. sed tales termini solum variātur quatuor modis et secundum vnum modum non potest fundari per se mutatio sc3 de non subiecto in non subiectum. ergo erunt soluz tria genera mutationis sc3 de subiecto in subiectum. et de non subiecto in subiectū. et de subiecto in nō subiectū. Sed ad sciendum que istaz mutationuz sit motus. Aduertendum est q3 mutatio de nō subiecto in subiectum dicitur generatio cuius alia est generatio simpliciter que fit de non esse simpliciter ad esse simpliciter. sc3 ad esse substantiale. alia est generatio secundum quid q3 fit de nō esse secundum quid sc3 de non esse accidentali ad esse accidentale vt de non albo in album. et talis generatio secundum rem est alteratio vel motus proprie dictus. sed secundum moduz designatur ad modum generationis. h3 illa mutatio que est ex subiecto in non subiectum dicitur corruptio. cuius quedam est corruptio simpliciter. Alia est corruptio secundum quid queinadmodum dicitur est de generatione.

**Conclusio tertia.** generatio

non est motus. patet duabus rationibus phi. Prima est illud qd non est simpliciter non pōt moueri neq3 quietere. sed id quod generatur simpliciter est non ens. ergo non potest moueri et per cōsequens generatio non est motus. pro declaratione maioris supponit philosophus q3 non ens dicitur tripliciter. Primo modo dicitur non ens secundum compositionem et diuisionem et hoc modo non ens idem est q3 falsum quod opponitur enti quod est verum. sed hoc modo ens et non ens solum in mente sunt ideo tale ens non potest moueri. Secundo modo dicitur non ens quod non est ens in actu per quācumq3 formam sed est in pura potencia. et tale non ens non potest moueri sed est principium generationis simpliciter vel terminus corruptionis. Tertio modo dicitur non ens secundum quid et ratione oppositionis quaz habet ad aliud prout prima saluatur in forma contraria vt album dicitur non nigrum et tale non ens contingit mo-

ueri per accidens. sed id quod nō ē ens simpliciter et simpliciter generatur nullo modo contingit moueri. Secunda ratio omne quod mouetur est in loco. sed quod generatur simpliciter non est in loco ergo quod generatur non mouetur. Maior patet quia motus localis est prius omnium motuum. et destructo priori destruantur posteriora. ideo si aliquid non sit mobile localiter nec etiam alio motu. sed omne mobile localiter est in loco. ideo necesse est quod mouetur esse in loco.

**Conclusio quarta.** Corruptio

simpliciter non est motus. patet quia motui nichil est contrarium nisi motus aut quies. sed corruptioni generatio contrariatur que non est motus aut quies vt probatum est. ergo corruptio non est motus et licet due species mutationuz prius posite non sunt motus. ex quibus inferet.

**Conclusio quinta.** et respon-

sua ad quesitum. Sola mutatio de subiecto in subiectum est motus proprie dictus. patet quia motus proprie dictus est aliqua mutatio quia in tali motu fit aliquid post aliud. et non est mutatio de non subiecto in subiectum nec econtra. ergo cui non sunt nisi tres species mutationis sequitur q3 est mutatio de subiecto in subiectum et ipsa subiecta sunt contraria vel media vel includunt priuationem que ponitur vt vnum contrarium in quantum affirmatiue monstratur vt nudum vel obscurum.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur q3 in pposito nō solū capitur subiectū pro illo qd subicit motui. h3 capitur pro illo qd subicit iquātū stat sub aliquo termino affirmato et hoc modo fit mutatio de subiecto in subiectū. h3 mobile quod subicitur motui idē remaneat. Ad secundā dicitur q3 si capiatur motus in ppositū vt capitur in presenti et in 3o huius. videlicet vt dicitur actus entis in potētia nō distiguēdo ipsuz ptra simplicē mutationē sic generatio et corruptio dicerētur motus. h3 nō capiēdo ipsuz specialiter vt fit de ppario in ppariū et inter formas positivas. et isto modo accipitur hic.

Ad terciā dicit q3 subiectū et nō subiectū pueniūt in negatione sicut duo subiecta in affirmatione. h3 ē dissimile in hoc q3 nō subiecta dicuntur aliquid quas duas negatiōes q3 nullā habēt oppositiōnē et inter subiecta q3 differūt p formas positivas pōt ēē pparia oppō. idē in ipsis pōt fieri motus et qd

**Queritur Tertio. Utrum In**

substantia et ad aliquid sit p se motus. Arguitur q3 sic q3 forā substantialis prius iducit in vna pte materie quam in alia ergo non est possibile materiam secundum quamlibet sui partem subia-

equaliter virtuti agentis. ergo generatio est mutatio successiva et ita est motus. Secundo sic arguitur. in substantia est contrarietas. ergo etiam est motus. Antecedens patet quia in vnoquoque genere est tantum una contrarietas prima. Item ignis contrariatur aque ut dicitur in 2<sup>o</sup> de generatione. et si dicatur quod hoc est ratione. Quod litatus ex hoc inferitur quod ignis secundum suam substantiam contrariatur aque quia proprie passionibus habent proprias causas. et ita cum caliditas et frigiditas sunt in subiectis ignis et aque sequitur quod ille substantie sunt contrarie. Tertio sic arguitur quod in ad aliquid sit motus. quia per dealbefactionem fit aliquid simile. sed dealbatio est motus. et similitudo est relatio. ergo per motum acquiritur relatio in aliquid et per consequens in ad aliquid est motus. Quia oppositum est probatum in textu qui postquam diuisit mutationem per se in tres partes siue species. scilicet in generationem corruptionem et motum proprie dicitur. Consequenter inquit diuisionem motus proprie dicitur in suas species. et quia diuisio et distinctio motus proprie dicitur sumitur secundum distinctionem termini ad quem quia motus non est preter res ad quas est motus. ideo ad inquirendam illam diuisionem vel distinctionem inquit ad que predicamenta est per se motus et ad que non. Et primo ostendit quibus predicamentis non est per se motus et inter cetera primo ostendit hoc de substantia et relatione.

**Sciendum est primo. quod motus**

esse per se in aliquo predicamento nichil aliud est quam formam illius predicamenti acquiri per se in aliquo subiecto per motum et esse per se terminum illius motus. cuius ratio est quod motus est actus imperfectus tendens ad ulteriorem perfectionem et terminus ad quem cuius est forma perfecta et perfectio ad quam tendit ratio motus non est preter res ad quas est motus. vno est in eodem predicamento cuius termino ad quem. ideo dicitur per hoc esse in illo predicamento cuius est forma per se fluens in illo motu.

Unde patet quod si per motum vnum plures forme acquirantur ut per albefactionem acquiratur albedo et similitudo. motus est per se solum ad illam formam que per se fluit in illo motu. et ad alias est per accidens nam in vno fluxu per se fluit tantum vna forma.

**Sciendum est secundo. quod**

cum omnis motus sit quidam fluxus continuus alicuius subiecti existentis in actu substantiali et in potentia accidentali de vna forma contraria in aliam secundum remissionem vnius et intensiorem alterius. ideo oportet quod ad hoc quod in

aliquo predicamento sit per se motus requiratur quod in illo predicamento reperiantur forme contrarie ad inuicem secundum perfectam et completam rationem contrarietatis.

**Sciendum est tercio. quod ad**

hoc quod in aliquo genere reperitur talis contrarietas due condiciones requiruntur ut dicit doctor sanctus in hoc passu. Prima est quod in eo reperiantur termini maxime distantes inter quos cadant omnia illa illius generis sic quod ab vno non deueniatur ordinate in alterum nisi per media. et propter defectum huius conditionis in numeris non est completa contrarietas quia licet ibi sit minimum non tamen ibi reperitur maximum. Secunda condicio est quod inter illas formas sit aliqua contrarietas secundum quas de vna in aliam continue deueniatur secundum intensiorem vnius ad remissionem alterius.

Ita autem condiciones desunt formis substantialibus. primo quia licet in genere substantie reperiantur difference contrarie apprehendentes omnia que sunt illius generis. tamen cuiuslibet contrarietas differenciarum solum excedat penes communem radicem contrarietatis que est excellentia et defectus pro quanto scilicet est nobilior altera. sicut contingit in numeris et secundum propriam rationem specificam huius forme et illius ideo tales forme non sunt secundum se contrarie nec etiam deueniunt de vna in aliam per media vno dum existit vna forma ipsa potest in differenter quancumque aliam recipere quantum est ex parte sui ut dicitur 2<sup>o</sup> de generatione. ut cum ex terra fit ignis non oportet quod sit transitus per formas elementorum mediocum. sed ex quo liber elemento immediate potest fieri quoadlibet

Secundo quod esse substantiale consistit in diuisibilitate. ergo inter formas substantiales non potest esse continuitas sic quod fiat motus continuus de vna in alteram secundum remissionem vnius et extensionem alterius. et in substantia non est perfecta contrarietas que requiritur ad motum.

**Sciendum est quarto. quod**

Secundum Albertum quatuor condiciones requiruntur ad completam et perfectam contrarietatem que ad motum sufficit que virtualiter continentur in duabus primis. Prima est quod tales forme sunt virtualiter actiue et passiue ad inuicem vel per se ut sunt qualitates prime. vel in alio et sic per alterum ut sunt qualitates secundarie de causate a primis. Secunda est quod tales forme non sunt simpliciter simplices. sed in maiori maiores et in minori minores existentes. Tercia est quod inter ea sit medium per quod fit transitus de vna in aliam.



Quarta est q̄ tales forme se expellant ab eodẽ subiecto actione propria. Unde iste conditiones forme substantialibus deficiunt non enĩ sunt formaliter actiue et passiue. et tante sunt in maiori quantitate quante et in minore et etiam inter eas non est medium. nec etiam se expellunt ab eodem subiecto actione propria. Iñtis notatis sit.

**Conclusio prima. In substantia** nō est per se motus. probatur quia omnis motus est de vno contrario in contrarium. s; in substantia nō est contrarietas requisita ad motum. ergo ibi nō est per se motus et hec est ratio probi. Item subiectum forme substantialis est ens in pura potētia. s; ens in pura potētia nō potest moueri. et ita patet due cause quare in substantia nō est motus. sc; propter defectum subiecti mobilis. Item si ibi esset motus tūc esset generatio et corruptio. s; hec nō sunt motus vt prius dictum est et probatum est ḡ.

**Conclusio Secunda. In aliquid** nō est per se motus. probatur prius In illo non est per se motus cuius natura de nouo inuenitur in aliquo subiecto non mutato sed sic est de relatione ergo. Maior patet quia terminus motus acquiri non potest nisi per motum prius quia via prior est termino sibi essentiali et intrinseco. minor patet quia sorte existēte albo et platone nigro sortes nō est similis platoni sed platone mutato ad albedinem factus est sortes similis platoni. ergo similitudo de nouo reperitur in sorte sine mutatione facta in eo. Pro cuius intellectu. Sciendum est q̄ hec regula in quibusdam relationibus non habet difficultates. Sunt enim triplices relationes quidam sunt relationes rationis in vtriusque extremis vt relatio ydemptutatis. alie vero sunt quarum vna est realiter in vno extremo et alia tantum secundum rationem in altero. sicut sciencia refertur ad scibile. scibile autē refertur ad scienciam nisi quia sciencia refertur ad ipsum vt dicitur s̄ metaphisice. alie sunt relationes que realiter sunt in vtroque extremo vt equalitas vel similitudo. In illis ergo que non ponūt aliquid nisi in vno extremo facile est intelligere q̄ mutato extremo in quo relatio realiter existit de nouo dicatur aliquid relatiue de altero sine sui mutatione cum nichil ei realiter adueniat. s; in illis que sunt realiter in vtroque extremo difficile est intelligere q̄ relatio in vno est sine mutatione illius cui aduenit. sed solus cum mutatione alterius cum nichil de nouo reale adue-

niat alicui sine mutatione illius cui aduenit vt innuit vnus articulus parisiensis. Ad hoc respondet doctor sanctus q̄ si aliquid per suam mutationem michi fiat equalis me non mutato prius erat in me quodam modo scilicet in sua radice in qua habet suum esse. ex eo enim q̄ habeo talem quantitatem competit michi q̄ si equalis omnibus qui talem quantitatem habent. Cum ergo aliquid de nouo accipit. illam quantitatem illa radix communis equalitatis que fuit in me determinatur ad illum et ideo nichil reale aduenit de nouo michi cum incipio alteri esse equalis per eius mutationem.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur q̄ forma eque primo inducitur in omnem partem materie determinate ad susceptionem forme substantialis. et si generatio est aliqua successi ob hoc est per accidens scilicet ratione alterationis quare generatio inmixta est. Ad secundam dicitur q̄ contrarietas differentiarum primo diuidentium aliquod genus non est completa contrarietas quia non semper attenditur secundum propriam rationem huius forme vel illius. sed solum secundum rationem dicez contrarietatis. et secunda sufficit ad hoc q̄ in illis formis causentur passionēs vere contrarie quia non requiritur diuersitas tanta in causis quanta in effectibus reperitur. Ad tertiam dicitur q̄ relatio extrinseca ex consequenti solum acquiritur per motum. de albo enim per se et intrinsece terminatur ad albedinem ad q̄ ex consequenti sequitur aliqua relatio vt dissimilitudo aut similitudo. sicut etiam ad motum in quantitate potest sequi equalitas vel inequalitas. sed primo modo per se nulla relatio potest terminare motum. Sequitur textus.

**Queritur Quarto. Utrum**

Ad actionem et passionem sit per se motus. Arguitur q̄ sic vbicunq; est contrarietas potest reperiri motus. sed in actione et passione reperitur contrarietas vt patet in predicamentis ḡ.

Secundo sic ad omnem motum sequitur quidam affectio causa in mobili. sed talis affectio est passio quedam. ergo ad passionem est per se motus. Tertio sic si ad actionem et passionem non esset per se motus hoc esset quia motus non esset motus. sed hoc non. nam omne quod de nouo et successiue acquiritur in aliquo subiecto acquiritur per motum. sed motus de nouo et successiue acquiritur in subiecto. ergo ad motum sit motus. Ad oppositum arguitur per probum in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo q post**

q phus ostendit q ad substantiam z ad relationem non est per se motus. Dic consequenter ostendit q non est per se motus ad actionem z passionem. in qua ostensione supponit q licet actio z passio differant a motu ratione formali dicente quod quid erat esse. motus enim secundum propriam rationem eius est actus entis in potentia tendentis ad ulteriorem perfectionem. z est reductivus in eodem predicamento cum suo termino ad quem. actio autem z passio ultra motum diversas habitudines includunt. tamen actio z passio idem sunt subiecto cum ipso motu z vnu non potest esse sine alio nec e contra. ideo ad probandum q in actione z passione non est per se motus sufficit probare q motus non est motus nec generationis generatio.

**Sciendum est Secundo. q**

dupliciter potest intelligi q motus sit motus v mutationis mutatio. vno modo q motus sit motus tanq subiecti sic q motus secundum aliam motum moueatur vt q augmentetur vel diminuat. alio modo q motus sit motus tanq termini ita q vnus motus terminetur ad alium motum z hoc iterum potest intelligi dupliciter. vno modo q per accidens ad motum sit motus vt si contingat vnā mutationem fieri ad aliam. alio modo q ad motum sit motus per se tanq ad terminum intrinsecum z essencialem motus Tunc sit.

**Conclusio prima. motus**

non est per se motus nec tanq subiecti. nec tanq termini. Prima pars patet quia motus z mutatio non sunt de natura subiectorum cuius neutrum sit substantia actu ens nec ens permanens qd permanere possit sub motu. ergo motus non est motus tanq subiecti.

Secunda pars patet septem rationibus. Prima est omnis motus e de vna specie in aliam speciem. vt inter contraria vel contradictoria si sit mutatio simplex. g. si motus sit motus tanq termini sequeretur q mobile simul moueretur de vna specie in aliam speciem vt ex sanitate in egritudinem. z ex ipsa secunda in prima z ex hac in alia. sed hoc est falsum. qz

in termino motus semp contingit mobile qui esse in forma acquisita per motum.

Secunda ratio omnis motus vel mutatio est ex opposito in oppositum contrarie aut contradictorie. ergo si motus per se terminetur ad motum z mutatio ad mutationem tunc ille motus sit inter motus oppositos. z quia mobile in motu partim est in termino a quo z partim in termino ad quem g. oportebit q in isto motu qui sit inter motus contrarios simul sunt in fieri illi duo motus contrarii z

q vterqz motus sit simul in fieri. ergo idem subiectum simul mouebitur ad opposita z idem simul generabitur z corrumpetur vel simul sanabitur z egrotabitur. Tercia ratio si mutatio nis esset mutatio p se z generationis generatio tunc alicuius particularis generationis esset iterum alia generatio per se cuius esset terminus. z iterum illius esset alia generatio z sic in infinitum a parte ante q a parte post. ergo non esset dare primam generationem nec ultimam. z per cose quens nichil repiretur factus. quia si sit aliquid genitum oportet dare generationem immediatam ipsi genito que tamen non esset dabilis cum alibi dependeret ex infinitis generationibus pre cedentibus z ex infinitis sequentibus. Quarta ratio eiusdem subiecti sunt motus contrarii vt qui es contrariatur motu. sed generatio z corruptio contrariantur. ergo si generationis sit generatio sic q generetur sequitur etiam q corrumpetur. sed hoc est impossibile quia oportet illud esse quod corrumpetur z quando corrumpitur. sed esse generationis est suu fieri. ergo oportebit q qdo generatio q fiet corruptio fiet z nec prius neqz post. z sic idem simul generabitur z corrumpetur. erit et non erit. Quinta ratio in omni generatione esse materia ex qua fit illud qd generat q subiciatur motu z i qua acquiratur forma geniti. z iterum requiritur aliquis terminus qui sit hoc aliquid. s. generatio non habet materia ex qua sit nec est hoc aliquid ergo ipsa non potest generari et sic generationis non erit generatio. Sexta ratio sicut se habet genus ad generationem ita species ad speciem. s. doctrina q est qda generatio non est generatio alterius doctrine. g. nec generationis est generatio. neqz motus est p se motus. Septima ratio triplices sunt spes motus scz ad quantitates. qualitates. z vbi. g. si motus sit p se motus oportebit vnus illorum esse ad alterum z hic loci mutatio alterabitur. vel alteratio augebit qd est impossibile. Est tamen aduertendum q tripliciter contingit aliquid moueri scz per accidens s. partem. z per se primo. z s. motus non sit motus p se tamen potest esse per accidens vt si quis sanus currat sanatio mouebit per accidens s. de illo motu non e hic ad oppositum.

**Conclusio secunda. Ad acti**

onem z passionem non e p se motus. probat qz actio z passio sunt idem subiecto cum motu. sed motus non est motus ergo etc.

**Dubitatur primo. vtruz Ad**

quoniam situm z bitum sit p se motus. R. q non p primo de quoniam quod debet esse in tempore s. tempus est mensura motus g. eadem ratione qua non est motus ad actionem z passionem eo q pertinet ad motum et sunt qda successiua. nec eadem ratione in quando. z. p. de situ qz si esset motus in situ ille esset s. locum

*Motus est mutatio de se in se*

ant ergo ille motus eque primo terminabitur ad vbi et situm. vel ad vnu per prius et ad reliquū per posterius. non primū quia idē motus nō potest immediate terminari ad diversos terminos. si secundū vel prius terminabit ad vbi et ex p̄nti ad situm. et sic ad situm non erit p se motus. vel primo ad situm et ex consequēti ad vbi ergo ad vbi soluz erit motus per accidens et non per se quod est contra omnes phōs ponentes q ad vbi sit per se motus g ad situz sit per se motus quia in mobili prius acquirit esse in loco q̄ ordo partiu ad totuz et ad locuz. nō situz solum p accidens acquiritur per motum. Tertio patet de habitu q̄ habitus dicit quādam habitudines corpous ad hoc q̄ sibi adiacet ergo eadez ratione qua in relacōe non est per se motus nec in habitu.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicit q̄ in actione et passione non est per se primo motus contrarietatis. quia due forme non sunt actiue et passiue inter se s̄ rātuz per alterz et ex consequēti s̄z ratione qualitat̄ a quibus fiunt. vt calefactio et frige factio rōe caliditatis et frigiditatis. Ad secundaz dicit q̄ s̄z ista affectio immobili causata sequat̄ motuz s̄z naturaz vt effectus eius. non tñ s̄z ip̄ et p̄ moduz termini motus sed siml̄ fiunt et desinunt esse motus et talis passio. Ad tertiā dicitur q̄ motus non acquirit̄ in subiecto tanq̄ id quod acquiritur sed solum tanq̄ id quo ali quid acquiritur et de tali non oportet semp q̄ acquirat̄ p̄ motū. alias esset p̄cessus i infinitū.

Sequit̄ tertius. Quoniā aut̄ neqz suba r̄q.

**Queritur Quinto Utrum**

soluz ad tria p̄dicamenta scz quantitatē qualitatem et vbi sit p se motus. Et arguit q̄ non q̄ in quantitate non est contrarietas vt dicit̄ in p̄dicamentis ḡ neqz motus. 2o sic disticte sp̄s quantitat̄ in indivisibili consistunt ergo s̄z quantitatē discretā non est motus. s̄z quātitas continua est in infinitū diuisibilis. ergo non est in ea bare minimuz et p̄ consequens non est ibi contrarietas quia contraria maxime distare debent ergo s̄z quantitates continuas non est p se motus. 3o in vbi non est contrarietas ḡ neqz motus. añs patz qz si sic maxime videret̄ contrariari concavum celi ex vna pte concavo eiusdez et altera pte dyametrally opposito cū illa duo vbi maxie a se inuicē distet. s̄z duo vbi nō strariant̄ n̄z sit motus de vno in aliud ḡ in vbi nō est strarietas. In oppo est. p. in textu

**Sciendum est primo q̄ post**

q̄ phūs oñdit ad q̄ p̄dicamēta non est p se motus. bic p̄nter oñdit ad q̄ et quot p̄dicamēta sit

motus ad hūduz diōnes ei. vñcū motus bic inquirunt sp̄s sit de strario in strariū muta q̄ est de subo in subm ad h̄ q̄ in aliq̄ genere reperiat̄ talis motus oportet q̄ in illo reperiant̄ contraria habētia p̄ditiones supradictas. et qz de ratione contrariōz est adinuicē maxime distare oportet q̄ in tali genere sint reperibiles termini maxime distantes inter quos cadat mediū per quod possit fieri motus de vno in alterum. Est tñ aduertendum q̄ non est necesse h̄mōi distāciā terminōz simpliciter vel absolute sp̄ accipere. quia hoc fit soluz in genere qualitat̄ s̄z sufficit q̄ sit maxia distācia in ordie ad aliq̄ naturā distictā et determinatā phificā vt i quātitate p̄tinua. aut ad aliq̄ extrinsecū vt in vbi.

**Sciendum est Secundo. q̄**

Quantitas p̄tinua p̄t duplr̄ considerari. vno s̄z se et absolute. alio s̄z vt est terminus corpous siue corpouz naturalis. primo s̄z considerat̄ a logico et mathematico. licet ad huc diversimode. et isto s̄z in quantitate nō reperit̄ strarietas. 2o considerat̄ a phifico. et isto s̄z in quātitate reperit̄ strarietas et maxia distācia terminōz strariōz. non tamen simpliciter et absolute sed in ordine ad aliquā naturā determinatā que sibi determinat̄ i materia maxie in quantitate quod transcendere non potest. et minimū a q̄ deficere non potest. ideo hoc s̄z in quantitate est strarietas sufficiens ad motum. Et quo p̄tz q̄ in quantitate non reperitur contrarietas s̄z p̄prias rationes suaz specieruz p̄vt continent̄ sub genere quātitatis. et propter hoc motus ad quātitatem non habet vnum cōmune nomē secundū genus sed habet nomen secundū suas species. put in quantitate reperit̄ cōtrarietas q̄ est imperfecta ad p̄fectū secundū vnam et eandē essentia quātitat̄. et ita motus qui est ad p̄fectā p̄tate dicit̄ augmen. si vō ex hac decemē

**Sciendum est tercio. q̄ In**

genere vbi non reperit̄ contrarietas secundum proprias rationes aliquaz suaruz specieruz. nec etiam s̄z aliquod quod sit aliquo s̄z pertinens ad ip̄as sp̄s. sed dumtaxat in ordine ad motū grauium et leuiū corpouz reperunt̄ in vbi duo termini maxime distantes. si enim vt arguit̄ añ oppositū in vbi attenderet̄ contrarietas s̄z maxiam distāciam simplr̄ et absolute tunc magis contrariaret̄ concavū concavo celi dyametrally opposito q̄ concavū medio mundi. quia ergo in vbi attendit̄ contrarietas p̄ habitudines ad aliquid quod est extrinsecū ipsi graui vbi non nominal̄ motus ad vbi nec s̄z genus nec s̄z speciem. licet s̄z aliquos vocetur lacio sed hoc nomen non est satis cōmune quia soluz ferri dicunt̄ illa in quoz potestate nō est stare siue cessare motū qz scz a seipsis nō mouēt̄ s̄z ab aliis.

**Sciendum est Quarto q**

in genere qualitatis reperiuntur aliquae species ad invicem contrariae s<sup>z</sup> suas proprias rationes secundum quas reponuntur sub genere qualitatis ideo motus ad qualitatem habet nomen commune sumptum secundum genus qualitatis s<sup>z</sup> nomen alterationis quod huic generi qualitatis alludat. nam proprie illa alterari dicuntur que differunt secundum qualitatem. et hic capit qualitas non per differentiam substantiali que in quale praedicatur. sed solum pro qualitate que nata est inferre passionem vel inferri a passione. quia ut postea videbitur s<sup>z</sup> qualitatem de tertia specie solum est alteratio. Et si queratur qualiter vocetur motus qui est s<sup>z</sup> eandem specie qualitatis de magis in minus vel e contra quia posset credi quod referretur ad motum augmenti vel decrementi. Respondet Aristoteles quod vocatur alteratio quia omnis motus de contrario in contrarium s<sup>z</sup> qualitatem est alteratio. modo talis motus est de contraria qualitate in contrariam sed non simpliciter sed in respectu et secundum quid. quia in qualitate causatur ex permixtione contrarii et magis ex separatione a contrario. ideo quod ad magis s<sup>z</sup> qualitatem accedit recedit a contrario. quod vero ad minus tendit in contrarium. Ex quibus patet qualiter denominentur motus qui sunt ad illa praedicamenta. Et tunc sic ponitur conclusio.

**Conclusio prima q Solum**

ad quantitatem qualitatem et ad ubi est per se motus proprie dicitur. patet quia in illis generibus reperitur contrarietas sufficiens et requisita ad motum et solum in his ut patet ex precedentibus quia in aliis septem generibus non reperitur ergo solum ad illa tria est per se motus.

**Conclusio secunda Tantum**

sunt quatuor species motus proprie dicitur. patet quia omnis motus vel est ad formam vel ad ubi si ad ubi non habet nomen impositum nec s<sup>z</sup> generis nec s<sup>z</sup> speciei. sed vocatur loci mutatio quia non proprie dici debeat motus ad locum quia locus est extrinsecus mobili et etiam locus est immobilis. Si ad formam hoc est dupliciter. vel ad substantialem vel accidentalem. non ad substantialem quia in substantia non est per se motus si ad accidentalem vel ad respectivam vel ad absolutam. non primum quia ad aliquid non est per se motus. Si absolutam. vel fit ad qualitatem et sic est alteratio. vel ad quantitatem et hoc dupliciter vel ad perfectam et sic dicitur augmentatio vel ad imperfectam et sic dicitur diminutio.

**Dubitatur Quot modis**

dicitur immobile quia cum mobile immobili op

ponatur et oppositorum sit eadem disciplina. convenienter agitur de modo immobilis sicut de modo mobilis et motus. Respondetur quod immobile dicitur tripliciter. vno modo per negationem actus et potentiae quod s<sup>z</sup> omnino impossibile est moveri ut deus est immobilis et sonus est invisibilis quia non est de genere visibilium. 2<sup>o</sup> dicitur immobile quod vix aut tarde movetur. sive postquam incepit moveri ut claudus. sive quod vix incepit moveri ut mons vel saxum. 3<sup>o</sup> dicitur immobile quod natus est non moveri. et hoc solum immobile dicitur quiescens. ex quo patet quid sit quies. est enim in privatio motus in mobili ubi quando est s<sup>z</sup> quod natum est moveri. Ex iam habitus in hoc libro patet quid sit motus. quid sit quies et quot sunt species motus. et quot mutationis et quales et quot sunt modi immobilis. Rationes ante oppositum iam solute sunt et dicuntur. Sequitur textus Post haec autem dicamur. ad

**Queritur sexto. Utrum**

omnia continua sint tangencia et tangencia consequenter se habentia et non e contra. et arguitur quod non quia non omnium continuorum ultima sunt unum et tangencia ultima sunt simul. s<sup>z</sup> illa quae sunt unum non dicuntur simul ergo continua non sunt tangencia. 2<sup>o</sup> sic omnia consequenter se habentia se habent sicut prius et posterius. sed in tangencia unum non est prius alio cuius tangencia sunt simul ergo non omnia tangencia sunt sequenter se habentia. ad oppositum arguitur per primum in textu. Pro responsione

**Sciendum est primo q post**

quod prius in precedenti tractatu inquisitum de divisione motus et mutationis in suas species contra in hoc tractatu 2<sup>o</sup> agit de unitate motus et de contrarietate motus ad motum et ad quietem et quietis ad quietem. et quia ad cognoscendum unitatem motus et etiam multa que in sexto libro dicuntur necesse est cognoscere intentiones sicut rationes quarundam intentionum que sunt simul s<sup>z</sup> locum extractum sive separatim tangere medium consequenter habitum et continuum ideo prius permittit definitionem istorum. ubi

**Sciendum est Secundo q**

simul secundum locum dicitur quocumque sunt in uno loco primo. unde ad hoc quod aliqui sunt sicut s<sup>z</sup> locum non sufficit ea esse in eodem loco cum aliis oia que sunt in mundo eadem sicut s<sup>z</sup> oia ea esse in eodem loco proprio non quidem proprio vni quia tunc esset penetratio dimensionum et duo corpora essent unum corpus sed in loco proprio ambobus. et per oppositum simul separatim s<sup>z</sup> locum dicuntur quocumque sunt in alio et alio loco. sed tangere.

vel tangentia dicuntur quoz vltima sunt siml  
p carentiã cuiuscunq; medii. que alio nomine  
dicuntur contigua quasi simul tangentia.

**Sciendum est Tertio q**  
mediũ dici in quod aptum natuz est prius  
pertinere s; naturam continue mutans q in  
vltimuz quod mutat. i. in quod mutatur quia  
omnis motus est de termino in terminuz p me  
diũ. et in medio est motus et non in termino  
quia in vltimo est finis motus et in primo inci  
pit. et vltimũ in motu est contrarium primo. et  
dicitur aliquid continue motũ cum nichil aut  
paucissimũ deficit rei z nõ tẽporis. vnde omis  
interruptio temporis interruptit continuitatẽ  
motus. s; nõ õnis interruptio rei. i. spaci in q  
est motus. si enim polt ypatum. i. primã cordam  
citbare tangatur vltima dum tñ sonus vltime  
tangatur sono prime non sit interruptio soni s;  
aliquo modo rei supra quam fit motus. simlur  
supra lapides separatos potest aliquid moueri  
continue. Et quia dicitur est q vltimuz in motu  
est contrariuz primo quod posset esse dubium de  
motu locali. id diffinit aristoteles cõtraria s;  
locum sunt que secũduz rectitudinẽ plurimũ di  
stant. et dicit s; rectitudinẽ quia inter duo pũ  
cta sola linea est certa quia inter ipsa non põt  
fieri nisi vna recta tantũ et pñt fieri infinite cur  
ue. modo omnis mẽsura debet esse certa et fini  
ta. et debet attendi contrarietas loci non secun  
duz simplicẽ essentia loci. sed p habitu dinẽ ad  
mouentia et mobilia que mouentur secunduz  
q ibi est maxima distãtia respectu virtutis mo  
uentis vel nature mobilis. vt centz et concavũ  
celi maxime distant quo ad mouẽtia naturalia

**Sciendum est Quarto q**  
consequẽter dicitur quod est post primũ positio de  
vel specie sine medio eiusdem generis. vt vna li  
nea sequens aliaz psequenter se habet ad ipsaz  
et vnitas ad vnitatẽ et domus ad domum qñ  
non est mediũ vel si sit non est eiusdem generis  
vnde ad cõsequenter requiritur q sit posterius  
quia prius non dicitur pñter ad posterius. nec v  
num nõ est pñter duobus s; e contra. 2º q ñ  
sit mediũ eiusde generis. sed habitum dicitur  
quod est pñter cum tangit aliud. vnde habi  
tum est species consequenter quia secludit omẽ  
mediũ tam eiusde generis q alterius ab hũs  
que habita dicuntur. Ex dictis infert pbũs q  
omne mediũ est inter contraria quia mediũ  
est per quod fit motus sed omnis motus est in  
ter pñtra vel cõtradicoria et in pñdicoria  
nichil est mediũ gº est in contrariis.

**Sciendum est Quinto q**  
continua sunt quoz vltima sunt vnuz pñtinũ

hoc autem sonat nomen continui quia dicitur  
a continendo. i. simul tenẽdo quod tñ fieri non  
posset si vltima essent duo. vnde eo modo quo  
vltima possunt fieri vnuz eodẽ modo illa dicitur  
tur continua. si enĩ illa vltima fiant vnuz sim  
pliciter sit continuuz simpliciter. et si fiat vnuz  
colligatione vel tactu sic fiet continuũ capien  
do large continuũ. put se extendit ad contiguũ  
sed ad continuuz simpliciter oportet q vltima  
sint vnuz simpliciter. Tunc sit

**Conclusio prima q Diffini**  
tiones intentionuz pñctaruz prius posite sunt  
sufficenter assignate. probatur quia sufficenter  
explicant naturam suorum diffinitorum.

**Conclusio secunda. omnia**  
tangentia consequenter se habent et omnia cõ  
tinua sunt contigua sed non est e contra. primũ  
patet quia in separatis a materia z in numeris  
reperit consequenter. sed non reperiuntur tan  
gentia. sed semper in tangentibus vnuz sequit  
aliud et non habent mediũ eiusde generis. se  
cunda pars patet quia quorumcunq; vltima  
sunt vnuz etiam illa vltima sunt simul cũ idẽ  
non sit separatu; a seipso sed non e contra. ergo  
omnia continua sunt contigua sed nõ e contra  
Et quibus infert pbũs contra Platonẽ q si v  
nitas z punctus essent separata a rebus sensibi  
libus vt Plato posuit adhuc vnitas non esset  
punctus. patz quia punctus esset de genere illoz  
que se tangunt scz de genere magnitudinũ. vni  
tas vero non. licet sit de genere illoruz quibus  
est consequenter scz numeroz. 2º patet quia in  
ter quecũq; duo pũcta cadit linea intermedia  
et sic inter pũcta cadit mediũ. s; inter quascunq;  
q vnitates non semper cadit mediũ. sicut nõ  
est mediũ inter dualitates et vnitates et sic vni  
tas non est punctus.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primaz dicitur q si capiatur simul vt dicit  
habitudines aliquoz distinctoz in actu sic vl  
tima pñtinorũ non sunt simul. sed si dicat habi  
tudinẽ distinctoz in potentia vel eiusde ad se  
ipsum vt capitur in pposito illa vltima sunt siml  
Ad secundaz dicitur q licet tangentia sint simul  
in loco pñtio ambobz non tamẽ in loco pñtio  
vni eoz. ideo secundũ loca propria cuilibet pos  
sunt dici prius et posterius. ideo respectu diuer  
sionz dicuntur simul esse habere consequenter.

**Queritur septimo: vtrum**

Ad vnitatẽ motus requiratur vnitas mobilis  
vnitas termini ad quem et vnitas temporis.  
Arguitur q non quia si canis vnuz cadat de

omne me. est int gria.  
ois interruptio tpo r impedit g tunitate  
motu s; nõ ois interruptio spaci

orsum et cadendo deorsum movetur totus ille motus est unus et continuus et tamen mobile non est unum in toto motu. igitur. 2<sup>o</sup> sicut si alius quis post cursum incipiat febricitari id est erit instans quod erit finis cursus et principium febricitationis. ergo cursus et febricitatio erunt un<sup>o</sup> motus continuus et tamen ibi non erit unitas termini ad quem. ergo. 3<sup>o</sup> sic tempus est extrinsecum motui. ergo unitas simpliciter motus non requirit unitatem temporis. ergo. 2<sup>o</sup>. Ad 6<sup>o</sup> arguitur per philosophum dicentem. Tria enim sunt secundum naturam 3<sup>o</sup> que dicimus motum unum. quod. in quocumque quando. Pro responsione.

**Sciendum est primo quod** positis rationibus quarundam intentionum valentibus ad unitatem et diversitatem motus cognoscendas. contra philosophum determinat de unitate et diversitate motus. Et primo de unitate et diversitate motus secundum substantiam. Et secundo de quibusdam modis unitatis et diversitatis motus secundum accidens. et contra de quadam specie diversitatis scilicet de contrarietate motus ad motum. Et in presenti questione solum videbitur de unitate et diversitate motus 3<sup>o</sup> substantiam.

**Sciendum est Secundo quod** motus secundum substantiam tripliciter dicitur unus sicut et ipsum unum 3<sup>o</sup> genere specie et numero. nam unitas motus vel sumitur ab esse motus et sic est unitas numeralis. vel ab essentia et hoc dupliciter. quia vel a parte essentie et sic est unitas 3<sup>o</sup> generis vel a tota essentia et sic est unitas 3<sup>o</sup> speciei.

**Conclusio prima quod illi motus dicuntur unus 3<sup>o</sup> generis qui terminantur ad formas eiusdem generis predicamentalis.** et sic omnes motus locales sunt unus in genere. sed motus localis et alteratio differunt genere probatur quia motus distinguitur 3<sup>o</sup> distinctione sui termini ad quem. et ab illo termino capiunt unitatem et diversitatem. ergo illi motus qui sunt ad eundem terminum in genere sunt unus 3<sup>o</sup> speciei.

**Conclusio Secunda. unitas motus ad motum 3<sup>o</sup> speciem sumitur ab unitate forme ad quam est motus secundum speciem indivisibilem in alias species.** Probatur sicut precedens. Unde omnis dealbatio omni dealbationi est una specie. sed dealbatio et denigratio specie differunt. Ex quo sequitur quod si aliqua forma sit species et genus. motus convenientes in illa forma sunt unus in specie non simpliciter sed secundum quid. Sed argueret quod si conclusio sit vera magis videretur quod motus qui fuerit ad eundem terminum in numero essent unus motus in specie. cum igitur ad eundem locum

in numero possint fieri plures motus per cordam et per arcum. sequitur quod motus circularis et rectus essent unus motus secundum speciem Respondet aristoteles quod ad unitatem motus 3<sup>o</sup> speciei non est solum attendenda identitas sive unitas termini ad quem motus. sed etiam spaci vel medii in quo fit motus. cum ergo rectum et circulare secundum speciem differant illi duo motus de quibus est facta mentio sunt differentes secundum speciem.

**Conclusio Tercia Ad unitatem numeralem motus que est unitas simpliciter requiritur unitas mobilis temporis et termini ad quem.** Probatur quia unum simpliciter vel dicitur unum indivisibilitate vel continuitate. sed motus non dicitur unus indivisibilitate cum omnis motus sit divisibilis. ergo dicitur unus continuitate. et per consequens motum esse unum simpliciter est ipsum esse continuum. sed ad unitatem motus illa tria requiruntur. ergo ad unitatem numeralem motus. Minor probatur. nam continua sunt illa quorum ultima sunt unum sed diverse forme secundum quas est motus non possunt esse una. et ad unitatem motus requiritur quod forma secundum quam forma est motus sit una et eadem. similiter omnis motus habet principium medium et finem in tempore et est proportio temporis ad motum in substantia et esse ut dictum est in 4<sup>o</sup> ergo ad unitatem motus requiritur unitas temporis. et hec unitas temporis attenditur quando non interruptitur tempus in quo fit motus per quietem intermediam. deficiunt enim tempore necesse est mobile quiescere. similiter quia omne accidens numeratur a numerositate sui subiecti. ideo ad unitatem numeralem motus requiritur unitas mobilis quod est subiectum eius. et non sufficit unitas mobilis secundum accidens tantum. ideo dealbatio que est in consco non est una secundum numerum cum de migratione que est in consco albo. quia consco albus est tantum unum mobile secundum accidens Nec sufficit unitas mobilis secundum speciem vel secundum genus quia possibile est duos homines eadem sanatione secundum speciem sanari. non tamen eadem sanatione secundum numerum. ideo requiritur unitas mobilis simpliciter et per se secundum numerum. Sed hic secundum Aristotelem.

**Dubitatur. si Socrates prius alteretur aliqua alteratione et postea cesset. et deinde reincipiat alterari eadem alteratione in specie. utrum posterior alteratio sit una in numero cum prima.** R. quod si possibile sit corruptum idem in numero reiterari erit una cum prima. si vero non sit possibile non erit una modo secundum naturam non est possibile corruptum idem

motus distinguitur secundum destinationem sui finem ad quem  
 habet illa ratio unitatis et diversitatis.  
 Et ratio spei non possunt ad unum terminum

numero reuerti ideo ille alterationes non erunt  
vna alteratio secundum numerum.

**Dubatur Secundo.** vtruz  
sit eadem sanitas in homine de sero que fuit  
in mane supposito q nō veniat egritudo. Si di  
catur q sic euz substantia hominis sit in cōtinuo  
fluxu in cōtinua mutatione tunc pari ratione  
posset dici q sanitas amissa per egritudinem et  
iterum recuperata esset vna sanitas in numero.  
Et similiter itineratio interrupta per quietē.

Doc dubium non soluit Phūs in hoc passu qz  
questiones de eodē r diuerso ad methaphisicū  
pertinent. S; eam soluit Albertus distinguens  
de duplici subiecto sanitatis. quoddaz cōmune  
r mediatum secundum partes materiales corpo  
rales de quibus veruz est q cōtinue fluunt r re  
fluūt. Aliud est propriuz r immediatum secundū  
partes formales corporis r sic non sunt in conti  
nuo fluxu. ideo bene est eades sanitas in nume  
ro demane r sero si non interuenierit egritudo.  
Nec sequitur q sanitas amissa r recuperata sit  
vna numero. quia per cōtrariū sēluz per egritū  
dinem interueniētem interruptum est esse sanita  
tis. Nec sequit q alteratio prior r posterior sint  
vna si fuerit interruptio per quietē. quia per ta  
lem quietē interueniētem est actualiter diuisa  
alteratio prior a posteriori. Nec autem dubita  
tio ortuz habet ex dicto Eracti ponentis omnia  
naturalia esse in continuo fluxu r mutatione et  
nichil in ipsis esse permanens. ex quo inferebat  
q de naturalibus non est sciētia. sed hec positio  
est falsa. vt patuit in primo libro.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primaz dicitur q aliqui antiqui dicunt q  
canis nō mouetur deorsuz in quātum canis. s; z  
secūdam q est corpus graue. r licet corumpatur  
canis manet tamen idē corpus graue. r sic ma  
net idem subiectum proprium motus. Ideo di  
cunt illum motum esse cōtinuuz. Sed hec respō  
sio improbat quia licet nō moueatur deorsū  
vt est canis sed vt corpus graue. tamen duz cor  
rumpitur canis nō manet idē corpus graue nu  
mero ideo nō potest esse idem motus numero  
ppter qd dicitur q mot⁹ canis viuentis r mo  
tus canis mortui nō sunt vnus motus numero  
nec est motus cōtinuus simpliciter sed soluz est  
continuitas ex parte temporis sed illi motus di  
cūtur habit⁹ vel consequenter se habentes.

Ad secundaz dicitur q licet idem instans tēpo  
ris sit finis temporis mensurātis cursum r punc  
tum alterius q mensurat febricitationē. tamen  
nō est idem terminus itrisecus cōmunis respec  
tu cursum r febricitationis si vnum statim incipi  
at post alteram. Ad terciam dicitur q tēpus  
non est penitus extrinsecum omni motui quia

idem secundum substantiam causat motum et  
tempus. Nam vnitas primi mobilis agit motū  
r vnitatem motus r consequēter agit tempus et  
vnitatem temporis. est etiam proportio tempo  
ris ad motum r quātum ad substantiam ad eē  
ideo tempus mensurat motum secundum id qd  
est secundum durationem eius. ideo ad vnitatez  
numeralem eius aliquid facit vnitas temporis  
r quia primus motus est in omnibus aliis vt  
causa in effectū. ideo tempus non est oino extri  
secum aliis motibus. ideo ad vnitatem nume  
ralem motus facit aliquod tempus r non soluz  
vt significatuz vt aliqui voluerūt dicere r d.

**Queritur Octauo: vtrum**

Sit possibile aliqua specie differentia ad inui  
cem continuari. Arguitur q sic. albedo r nigres  
do specie differunt r tamen ad inuicem conti  
nuātur quando sunt in eodē subiecto continuo  
ergo r d. 2º sic. forme substantiales differen  
tes secundum speciem continuantur vt virga p  
media parte viridis r p media parte crocea gº  
differentia specie possunt ad inuicem continua  
ri. Ad oppositum arguitur per pbūm dicentē  
motus specie differentes ad inuicem continua  
ri non possunt. quia differentia specie nō possūt  
facere vnum. Pro Responsione.

*differentia spē nō  
possūt facere vnum.*

**Scienduz est primo. q Con**

tinuitas primo r per se quātitati conuenit. r si i  
aliqua re alterius generis reperitur hoc est per  
accidens quia essencie predicamentorum sunt i  
permixte. quia si albedo vel aliqua alia forma  
dicatur continua vel extensa hoc erit solum per  
accidens videlicet ad continuitatem vel extensi  
onē matere in qua est. quare dicit Aristoteles  
q ad inuicem aliqua continuari non posse contin  
gere potest duplici de causa. nam cum continuū  
sit cuius vltima sunt vnuz ad hoc q aliqua po  
ssint continuari oportet q habeant vltima quod  
nō contingit in iduisibilibus nec qualitatib⁹  
aut formis substantialibus nisi per accidens.  
2º requiritur q illa vltima sint vniuoca id ē no  
mine r ratione genericis ita q sunt eiusdem spe  
ciei quia alias ex ipsis non posset fieri vnuz sim  
pliciter. ideo dicit textus q linea r ambulatio  
tinuari nō possūt s; habeāt eadē vltima qz nō  
sunt vniuoca. sed que habēt eades vltima si ge  
nere aut specie differant illa possunt esse habita  
vel consequenter se habencia sicut cursus r fe  
bricitatio qui sunt motus genere differentes  
Tunc sit.

**Conclusio prima. Differen**

cia specie non possunt ad inuicēz per se cōtinua  
ri r simpliciter sed tantuz per accidens r secundū

*Audito  
Impoē ē motu regularē sicut sup magnū. r irritare.  
Sic se hēt ad ad esse p dū vna adesse vnum  
Contrarietate ē oppositio p formā r spēm.*



quid. Primum patet quia continua sunt quorū ultima sunt unum. modo diversorū secundum speciem ultima non possunt esse unum simpliciter. Secunda pars patet per rationes ante oppositum. albedo enim et nigredo essentiales in uno subiecto continuo licet per se non continuē quia non habent per se ultima. tamen continuantur per accidens ratione sue extensionis que convenit eis ad extensionem subiecti et sic albedo et nigredo non faciunt unum simpliciter.

Sed tantum faciunt unum per extensiones earum quas habent et per accidens sunt indivisibile sicut et extensio subiecti. et similiter forme substantiales specie differentes non sunt per se continue. sed secundum extensionem earum quas habent per accidens possunt esse continue quando sunt adeo imperfecte quod una non distinguit naturam quam informat proprius terminus a materia alterius. S; circa textum.


**Dubatur primo. utrum motus irregularis sit unus.** Arguitur quod sic quia contingit aliquem motum irregularem esse continuum ergo similis unum. Pro responsione. Sciendum est quod aliqui ponunt differentiam inter motum uniformem et regularem per hoc scilicet quod uniformis attenditur ex parte mobilis. quando scilicet omnes partes mobilis equa velocitate moventur. ideo dicunt quod impossibile est aliquod corpus sphericum moveri uniformiter quia partes propinquas polis semper tardius moventur quam remotiores. sed regularitas in motu attenditur ex parte temporis in quo fit motus quando scilicet motus est eque velox in una parte temporis sicut in alia. S; Aristoteles in presenti capitulo nullam facit mentionem de differentia inter uniformitatem et regularitatem. sed dicit quod uniformitas et regularitas in motu ex duobus attendi possunt scilicet ex parte magnitudinis supra quam est motus et hoc in motu locali. et secundum hoc dicit quod impossibile est motum regularem fieri supra magnitudinem irregularem. et dicitur magnitudo regularis cuius omnes partes se invicem consequuntur secundum eandem dispositionem ut est magnitudo pure recta aut pure circularis. et per oppositum dicitur magnitudo irregularis ut est magnitudo reflexa vel obliqua. Alio modo attendi potest irregularitas in motu ex parte mobilis secundum quod potest velocius vel tardius moveri et secundum hoc motus regularis dicitur cuius est eadem velocitas in toto motu. et irregularis per oppositum. et hoc modo attendendo regularitatem in motu in omni specie motus reperiri potest regulare et irregulare

**Sciendum est secundo quod Dubatur**

pler potest attendi unitas in motu scilicet secundum substantiam motus. secundum quam motus dicitur unus genere specie vel numero ut visum est in questione precedenti. Alio modo potest attendi unitas secundum aliquod accidens consequens motum et sic contingit motus qui est unus secundum substantiam habere in se ipso aliquam diversitatem accidentalem.

Respondetur ergo ad dubium quod licet aliquis motus irregularis sit unus secundum substantiam in quantum est continuus et habet omnia requisita ad unitatem motus. est tamen minus unus quam regularis. probatur quia motus irregularis habere potest in suis partibus aliquam diversitatem accidentalem pro quanto in una parte est velocior et in altera tardior. et hoc modo attendendo irregularitatem secundo modo vel etiam pro quanto in una parte est rectus et in alia reflexus vel obliquus attendendo irregularitatem. Primum modo scilicet quantum habet de diversitate tantum deficit ab unitate. ergo motus irregularis est minus unus quam regularis quia regularis est unus secundum substantiam et accidens. alius vero secundum substantiam tantum. Ex dictis inferitur quod motus primi mobilis est maxime unus quia regularissimus est utroque modo attendendo regularitatem. et etiam perfectissimus. ergo est maxime unus. consequenter tenet quia ut dicitur in textu. sicut se habet aliquid ad esse perfectum ita ad esse unum. ideo si aliquis motus sit imperfectus quis sit continuus. tamen non est unus simpliciter. et secundum hoc attenditur tertius modus unitatis motus secundum substantiam. Ex conclusionem patent duo modi unitatis in motu qui sumuntur secundum accidens. Ex istis inferitur Aristoteles duo correlaria. Primum est quod velocitas aut tarditas non sunt species aut differentie motus. quia in omni specie motus possunt reperiri velox et tardum modo species et differentia alicuius generis non reperuntur in specie alterius generis. ergo non sunt species nec differentie motus. sed sunt quidam modi accidentales seu passionem motuum consequentes. Secundum est quod velocitas et tarditas non sunt gravitas et leuitas. quia velocitas et tarditas reperuntur in omni motu. sed gravitas et leuitas ad determinatos motus se habent ut satis notum est. scilicet ad motus gravium et leuium. Ex omnibus istis patent modi unitatis et diversitatis motus tam secundum substantiam quam secundum accidens. Ad rationes ante oppositum Patet solutio ex dictis.

**Queritur Nono: utrum**





Motus contrarietur motui et quieti et quies  
quieti. Arguitur q non quies est privatio mo-  
tus. ergo non contrariatur motui. 2º sic tan-  
tum unum vni contrarium est. ergo si motus p-  
trarietur motui non contrariatur quieti. 3º  
sic. quies est privatio. sed privatio privationi  
non contrariatur. ergo quies non est contraria  
quieti. Ad oppositum arguitur per pbuz in  
textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo.** q post  
q Aristoteles tractavit de unitate et diversitate  
motus. Consequenter agit de contrarietate mo-  
tus ad motum et quietis ad quietem et quietis  
ad motum. et hoc facit quia contrarietas est que  
da in species diversitatis.

**Sciendum est Secundo.** q  
Contrarietas motuum potest quinque modis  
maginari. Primo q illi motus dicantur con-  
trarii quoz vnus est ab vno termino et alter est  
in eundem terminum vt motus qui est de sanita-  
tate contrariatur illi qui est in sanitatem. Se-  
cundo modo q illi sunt contrarii qui sunt ex ter-  
minis contrariis vt qui est ex sanitate illi qui e-  
st ex egritudine. Tercio modo q illi sunt contra-  
rii qui sunt ad terminos contrarios vt qui est in  
sanitatem illi qui est in egritudine. Quarto  
modo vt illi contrarietur qui sunt de vno con-  
trario in aliud contrarium vt qui est in sanita-  
te et qui est in egritudine. Quinto modo q  
illi contrarietur qui sunt de terminis contrariis  
in terminos contrarios. vt qui est ex egritudi-  
ne in sanitatem et qui est ex sanitate in egritudi-  
nem. vnde solum his quinque modis potest  
maginari contrarietas motuum. Tunc sit.

**Conclusio prima.** motus  
non habet contrarietatem eo q sit de termino  
contrario ad terminum contrarium. patet quia  
sic vnus et idem motus sº rem esset sibi contra-  
rius. consequentia tenet quia vnus et idem motus  
secundum rem est de contrario in contrarium ter-  
minum. licet sit alius secundum esse secundum q  
est a termino a quo et secundum q est in termi-  
num ad quem. ergo motus non possunt dici p-  
trarii quia terminus a quo vnus contrariatur  
termino ad quem alterius.

**Conclusio Secunda.** motus  
non debent dici contrarii eo q sunt ex terminis  
contrariis. probatur quia motus tendentes in  
eundem terminum non contrariantur. sed motus  
qui sunt ex terminis contrariis vt ex albo et ni-  
gro quandoq tendunt in eundem terminum  
vt in rubeum. ergo et. 2º in omni motu abi-  
ciatur terminus a quo et acquiritur terminus ad

quem. ergo motus incipientes a terminis con-  
trariis sunt destructivi huius contrarietatis. 2º  
non debent dici contrarii propter contrarietatez  
terminoz a quibus sunt. 3º contrarietas e-  
oppositio secundum formam et speciem. sed ad  
speciem requiritur terminus a quo et terminus  
ad quem simul quia fit de subiecto in subiectum.  
ergo ad contrarietatem motuum non sufficit q  
sint a terminis contrariis. et sic quartus et secun-  
dus modoz predictoz non causant contrarie-  
tatem motuum.

**Conclusio tertia.** primus et  
tercius modus valet ad sumendum contrarie-  
tatem in mutationibus. primus valz in mutati-  
onibus que sunt ad substantiam quia in muta-  
tione que est secundum substantiam non possunt  
reperi duo termini positivi ad invicem contra-  
rii. ergo ad habendam contrarietatem mutatio-  
nis in substantia sufficit q sit recessus ab vno  
termino in vna mutatione et accessus ad eundem  
in alia. vt generatio que est ex non esse contrari-  
atur corruptioni que est ad non esse. Sº tercius  
modus non valet ad sumendum contrarietatez  
in mutationibus rex habentium contrariuz. pº  
quialm talibus mutationibus termini a quibz  
sunt semper sunt negativi vt ex non albo fieri al-  
bum et ex non nigro fieri nigrum. ergo contrarie-  
tas cum sit inter positiva non attenditur ex par-  
te terminoz a quibus sunt sed ex parte termino-  
rum ad quos sunt. et q secundum illos modos  
non dicantur motus contrarii patet quia om-  
nis motus est de termino a quo in terminum ad  
quem quia non semper reperitur accessus ad v-  
num terminum et recessus ab eodem. nº semp re-  
peritur quomodo termini a quo sunt contrarii.

**Conclusio quarta.** Solum  
illi motus sunt contrarii qui sunt a terminis co-  
trariis in terminos contrarios. probatur sillogis-  
mo sic. contrarietas que est oppositio secundum  
formam et speciem sumenda est in motibus penes  
illa a quibus sumitur completa ratio motus: sº  
illa sumitur ex parte vtriusq terminoz qº motus  
est mutatio de subiecto in subiectum. ergo con-  
trarietas motuum debet attendi ex parte vtrius-  
q terminoz. 2º patet inductive quia sanari  
contrariatur ei quod est egrotari et hoc quia sunt  
ex contrariis in contraria. et similiter addiscere  
et decipi et moveri sursum et moveri deorsum con-  
trariantur et similiter in omnibus motibus con-  
trariis reperitur q fiunt ex contrariis in contras-  
ria. et si arguatur de motibus qui sunt ab eodez  
medio colore in extremos colores scilicet in albu-  
m et nigrum illi sunt contrarii et tamen non sunt a  
terminis contrariis. Respondet Aristoteles q

pº q illi motus dicuntur contrarii q sunt ab aliq termino in alio eundo  
2º q illi motus dicuntur contrarii q sunt a terminis contrariis  
3º q illi motus dicuntur contrarii q sunt ad terminos contrarios  
pº q illi motus dicuntur contrarii q sunt de vno termino in alio terminum  
qº q illi motus dicuntur contrarii q sunt de terminis contrariis in terminos contrarios.

sunt a terminis contrariis non simpliciter sed secundum quid quia medium quodammodo participat rationem utriusque extremorum. ideo a medio fit motus in ambo extrema tanquam ex contrario in contrarium.

**Conclusio quinta. Quies** contrariatur motui. probatur nam quies est privatio motus. sed privatio est quodammodo contraria habitui ergo quies contrariatur motui. Aduertendum est tamen quod hic capitur contrarietas communiter prout se extendit ad privatiuam oppositionem. quia in contrariis semper unum se habet ad alterum in ratione privationis. si tamen capiatur quies non secundum suam simplicem et propriam rationem. sed secundum suum esse quod habet in mobili quia omne illud quod quiescat sub aliqua forma quiescat que est contraria motui qui fit ab illa forma in oppositam hoc modo quies non solummodo opponitur motui privatiue sed etiam contrarie. Et est sciendum quod non omnis quies indifferenter omni motui contrariatur. sed determinata quies determinato motui. ut quies secundum locum motui secundum locum. Aduertendum est insuper quod quies in termino ad quem non contrariatur motui qui est ad illum terminum quia talis quies est complementum et finis illius motus. sed quies in termino a quo contrariatur motui qui est ab illo termino.

**Conclusio sexta. Quies** contrariatur quieti. Probatur nam in omni motu terminus a quo est contrarius ad terminum ad quem. ergo quies in termino a quo. est contraria quieti in termino ad quem.

**Conclusio septima. Quies** non contrariatur mutationi que est secundum substantias. probatur quia talis mutatio est subitanea. quies vero est temporalis et successiva sicut motus ut demonstratur in 2<sup>o</sup> b<sup>o</sup>. sed in tali mutatione est processus de non subiecto simpliciter in subiectum. sed non subiectus simpliciter non contingit quiescere sicut neque moueri.

Item si quies ut ait philosophus esset contraria mutationi sequeretur vel quod non omnis quies esset contraria motui. vel quod generatio et corruptio essent motus quod prius improbatum est.

**Conclusio octava. Immutatio** contrariatur mutationi. patet quia immutatio ad mutationem se habet ut quies ad motum sed quies contrariatur motui. ergo immutatio contrariatur mutationi. Unde non contingit non subiectum simpliciter quiescere. sed bene contingit ipsum non mutari. ideo immutatio bene opponitur mutationi sed non quies. quia contra-

ria habent fieri circa idem subiectum. et hic capitur contrarietas communiter sicut dictum est de motu et quiete. Et dictis apparet qualiter est accipienda contrarietas inter duos motus. inter duas mutationes. inter motum et quietem. inter duas quietes. et inter immutationem et mutationem. Ad rationes ante oppositum. Solutur ex dictis.

**Queritur decimo. Utrum**

Quies violente sit aliqua generatio. Arguitur quod sic. quia omne quod quandoque est et quandoque non est generatio. sed nullum violentum semper est. ergo quietis violente est aliqua generatio. Secundo sic. sicut se habet motus naturalis ad quietem naturalem ita motus violentus ad quietem violentam. sed motus naturalis est generatio quietis naturalis quantum ad ultimam partem eius quia mobile dicitur stare ergo etiam motus violentus est generatio quietis violente. Ad oppositum est philosophus in ultimo capitulo huius quinti. qui postquam determinauit de contrarietate essentiali motus ad motum et motus ad quietem et quietis ad quietem. Consequenter circa determinata mouet tres dubitationes quarum. Prima est an sit in motu locali reperitur oppositio motus naturalis et violenti ut terra naturaliter mouetur deorsum et violente sursum an ita reperitur in omnibus aliis motibus. Arguit philosophus quod non quia una alteratio non est magis secundum naturam et alia ut sanatio et egrotatio quia principium utriusque est ab intellectu. similiter augmentum non est plus secundum naturam et decrementum quia uterque motus est a principio intrinseco. nec generatio est magis secundum naturam et corruptio non solum est via in corruptionem quod tamen est. Pro solutione huius dubitationis.

**Sciendum est primo. quod motus** dicitur secundum naturam qui fit a principio intrinseco passo sferente vi. et violentus per oppositum est qui fit a principio extrinseco passo non sferente vi. unde etiam potest dici aliquid naturale uno modo sicut completa ratione naturalis. sicut a principio intrinseco passo sferente vi secundum ordinem et tempus et alias circumstantias quibus natura particularis inferior apta est moueri a superiorum ita quod deueniat tamen secundum cursum nature vniuersalis et particularis. et innaturale in omnibus illis deficiens est innaturale simpliciter. et simpliciter violentus. Alio modo dicitur aliquid naturale non secundum completam rationem naturalem sed in aliqua parte deficit. puta quod eueniret secundum cursum et sicut ordinem nature vniuersalis et non particularis particulariter accipere quod in alio

quo deficit in omnibus a naturali supradicto  
 ut est corruptio. si enim consideretur natura propria  
 eius quod corrumpitur secundum quod est ordinata ad  
 bonum et conservationem eius tunc non est sibi natura  
 realis. si tamen consideretur in quantum est pars totius  
 universi sicut quoniam modus nata est obedire superio  
 ri motui et sic hec corruptio est naturalis.

Tunc respondetur ad primam dubitationem. dicitur  
 quod sicut reperitur aliquis motus localis sicut natura  
 et aliquis propter naturam. sic et reperitur in aliis  
 motibus ut augmentatio tritici nimis velox propter  
 humorum superabundantiam est propter naturam. et  
 quandoque etiam augmentatur secundum naturam. et  
 similiter de diminutione. et etiam aliquis dimittitur  
 a febre in die critica et talis sanatio est sicut natura  
 ram. si vero dimittatur non in diebus criticis est  
 propter naturam. Similiter generatio que fit secundum  
 solitum cursum nature est sicut natura que autem ge  
 neratur propter solitum cursum nature horum generatio  
 o est contra naturam. similiter eius aliquis tenio de  
 ficit naturaliter corrumpitur. et violentum gladius  
 puniunt. sic in omni specie motus reperitur oppo  
 sitio naturalis et inaturalis. cum talis oppositi  
 o reperitur inter motum et quietem. quies enim ter  
 re sursum opponitur motui terre deorsum non solum  
 oppositio. neque est secundum commanem rationem que  
 tus et motus sine privationis et habitus. sicut etiam op  
 positione que est naturalis et innaturalis. et quies  
 terre deorsum opponitur quieti terre sursum ea  
 dem oppositione. Et si queratur cum ignis mo  
 ueatur secundum naturam sursum et extra naturam de  
 orsum. Utrum motus ignis sursum opponatur  
 motui eius deorsum aut motui terre. Respondet  
 philosophus quod utriusque sicut diversimode quia opponitur  
 motui ipsius ignis deorsum sicut naturale inatu  
 rali. et opponitur motui terre deorsum sicut natura  
 le naturali. et sic patet quod in motibus dupliciter est oppo  
 sitio. scilicet essentialis que sumitur ex oppositione ter  
 minorum motus de qua dicitur est in questione prece  
 dente. et accidentalis que sumitur secundum quosdam  
 modos accidentales motus qui sunt ex se secundum  
 naturam et extra naturam de qua est hic ad pro  
 positum. Secunda dubitatio est de qua est  
 hic titulus questionis. pro qua sit hec conclusio  
 Quietis violente non est aliqua generatio per se.  
 est tamen aliqua eius causa vel generatio per ac  
 cidens. Primus propter nam quies violente per  
 se opponitur motui naturali quod motus natura  
 lis et generatio quietis ad que est sunt idem subiec  
 to. quod finis motus naturalis est esse in loco natu  
 rali. sicut si esse naturale et quietere idem sunt sub  
 iecto. ergo motus naturalis et generatio quietis  
 naturalis. sed quies violente non per se genera  
 tur a motu violento quod quod per se generatur ab  
 aliquo est finis et perfectio eius. sicut quando aliquid  
 plus accedit ad finem suum et perfectionem tanto

magis intenditur. ob hoc motus naturalis velo  
 cior est in fine quam in principio. ergo si motus vio  
 lentus esset per se causa quietis violente tunc es  
 set velocior in fine quam in principio vel medio cu  
 ius oppositum patet per sensum. Secunda  
 pars patet nam quies violente causatur per ac  
 cidens a virtute mouentis violente secundum quod  
 illa virtus est deficiens. unde virtutis huius est  
 quadruplex status scilicet generatio. augmentatio.  
 et diminutio. et cessatio. et secundum ultimum statum  
 est causa quietis violente que scilicet non plus suffi  
 cit mouere ipsum mobile. sufficit tamen ipsum te  
 tinere per aliquod tempus contra inclinationes  
 ad motum naturalem eius et tunc mobile quies  
 cit quiete violente. Tercia dubitatio est  
 circa id ante dictum. scilicet quod quies in termino a  
 quo contrariatur motui qui est ab illo termino  
 si ita sit cum illud quod mouetur non recedat su  
 bito a termino a quo nec subito acquirat termi  
 num ad quem. sed quod diu est motus habet aliquid  
 quid de termino a quo et aliquid de termino  
 ad quem. videtur quod idem quiescat et moueatur  
 et quod opposita sint simul in eodem. Respondet  
 philosophus quod non est inconueniens contraria secundum  
 esse imperfectum se compati simul in eodem sub  
 iecto. quia omne quod mouetur habet aliquid  
 de termino a quo et aliquid de termino ad quem  
 qui termini sunt contrarii. sicut nec totaliter est in ter  
 mino ad quem. similiter nec est inconueniens in  
 dem mobile simul esse quod quanto durante  
 motu manet aliquid de termino a quo et moue  
 ri pro quanto tendit in terminum ad quem. sed  
 debet simpliciter moueri et quietescere secundum quod  
 Ex quo infert philosophus quod motus magis est contra  
 rius motui quam quies motui quod duo motus con  
 trarii non se spatiuntur simul in eodem quod tamen  
 contingit de motu et quiete. Et dictis patet  
 de contrarietate motus ad motum et motus ad  
 quietem et quietem inter se tam secundum sub  
 stantiam quam secundum accidens. Ratio  
 nes ante oppositum soluantur ex dictis. Et  
 sic est finis huius quinti.

### Sequitur Liber Sextus.

Si autem est continuum et  
 quod tangit et consequenter  
 sicut diffinitus est prius et cetera.

¶ Irea sextuz libruz  
philicorum Que  
ritur primo.

Utrum sit possibile aliquod continuum ex indiuisibilibus componi. Arguitur primo q sic vt habetur primo posterioruz q substantia linee ex punctis ut g<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> sic in omni continuo est necesse esse aliquod primum continuans partes eius. sed primum continuans non potest esse diuisibile. ergo in omni continuo oportet esse aliquid indiuisibile continuans partes eiusdem. 3<sup>o</sup> sic perfecte spericum supra perfecte planum scilicet daret ipsum in indiuisibili alias rectum curuaretur vel rectum fieret curuum. ergo si moueretur supra ipsum motu suo faceret lineam ex indiuisibilibus constitutam. Ad oppositum arguitur per philosophum in primo Capitulo huius sexti. Pro responsione.

**Sciendum est primo.** q postquam philosophus in quinto determinauit de diuisione mutationum et motus in suas species subiectiuas. Consequenter in hoc Sexto philosophus determinat de diuisione motus in suas partes integrantes. et quia motus est de genere continuoꝝ ita antequam agatur de diuisione motus ostendit nullum continuum posse componi ex indiuisibilibus. presupponendo diffinitiones continuoꝝ et congruientiu et consequenter se habentiu. ex quibus presuppositis diffinitionibus arguit ad suam conclusionem. et quia in ordine continuoꝝ linea est primum. ideo conclusionem suam manifestat philosophus in linea et puncto ostendens nullam componi ex punctis. et simili ratione probatur de aliis continuis vt de tempore et de motu superficiei et corporis. Tunc sit hec.

**Conclusio prima.** Impossibile est aliquod continuum ex indiuisibilibus componi puta lineam ex punctis. Probatum nam si ex punctis componeretur linea. vel illa puncta essent continua contigua vel consequenter se haberent. non primum quia continua sunt quorum ultima sunt vni. m. sed indiuisibile non sunt ultima quia que habent ultimum habent ipsum ultimum et illud cuius dicitur esse ultimum. ergo omne quod habet ultimum est diuisibile. et similiter ostenderetur q non essent continua quia tangencia sunt quorum ultima sunt simul. Sed hoc aliter probat philosophus quia si punctum tangeret punctum vel totum tangeret totum vel partem vnius partem alterius. vel pars tangeret totum. non possunt dici duo ultima quia punctus non habet partem cum sit indiuisibile. neque primum quia si totum tangeret totum tunc illa duo non

essent duo sed vnum cum inter ea nulla esset distinctio aut separatio ordinis et situs. Adodo de ratione continui est habere partes situ et ordine distinctas. id si totum tangeret totum tunc ex illis punctis non constitueretur aliquod continuum. nec potest dici tertium membrum prime diuisionis. nam illa consequenter se habent inter que non est medium eiusdem generis. modo inter quecumque duo puncta mediat linea et per consequens mediat punctum. et inter quecumque duo nunc mediat tempus et sic mediat nunc quod ostendit Aristoteles nam cum duo puncta se tangere non possunt vt probatum est oportet q inter ipsa mediet aliquid. vel ergo illud medium est indiuisibile et sic cum non possit tangere puncta inter que mediat oportet iterum dare medium inter ipsum et illa puncta et sic procederetur in infinitum si vero illud quod mediat sit diuisibile. vel est diuisibile in indiuisibilia et sic argueretur de medio illoꝝ vt argumentatum est de principali. vel mediu et sic cum tale est diuisibile in diuisibilia cum iter duo puncta non possit capi aliud a linea. nec inter duo nunc aliud a tempore sequitur q inter quecumque duo puncta mediat linea et inter duo nunc tempus et sic non possunt consequenter se habere duo puncta in linea. Secunda ratio est quia si aliquod continuum constitueretur ex indiuisibilibus oportet q diuideretur in indiuisibilia quia vnumquodque diuiditur in ea ex quibus componitur sed consequens est contra diffinitionem continui in qua dicit q est diuisibile in infinitum et in semper diuisibilia. Unde q nullum continuum sit diuisibile in indiuisibilia. probat Aristoteles alia ratione quia sic sequitur q duo indiuisibilia se tangerent in continuo ad hoc q possent constituere continuum. et eius impossibile sit duo indiuisibilia se tangere vt probatum est sequitur q impossibile est continuum diuidi in indiuisibilia.

**Ad rationes ante oppositas**  
Ad primam dicitur q in illa auctoritate philosophi accipitur substantia pro diffinitione sic q sensus est q de diffinitione linee sunt duo puncta cuius ratio est quia punctum in linea intelligitur se habere vt principians continuans et terminans que omnia sunt actus forme et ideo intelligitur punctus ad lineam se habere vt forma. ideo bene dicunt antiqui q punctus est pars essentialis linee sed non quantitativa. nec inde sequitur q punctus de linea predicetur quia forme vt forma est non conuenit priori sed secundum q est determinata ad esse completum generis aut speciei. Ad secundam dicitur q primum continuans partes continui debet capi ab intellectu vt aliquod indiuisibile. quoniam si acciperetur vt diuisibile iam haberet partes continuatas et sic non esset

primum continuans. dicitur tamen q̄ indiuisibile continuans non habet esse actu tale in continuo. sed soluz secunduz potencias nec est pars continui. Ad terciam dicitur q̄ illud spericuz tangeret rectum in indiuisibili secunduz profundum. sed non est indiuisibile simpliciter.

**Queritur secundo. vtrum**

Si magnitudo componatur ex indiuisibilibus sit necesse motum factum super eam et tempus in quo sit ex indiuisibilibus componi. Arguitur q̄ nō. q̄ possibile est spacium aliquod esse quantum motu facto per ipsum existente non quanto. ergo magnitudo per quam fit motus et ipse motus non similiter se habent ad esse quantum. et per consequens neq̄ componi ex indiuisibilibus vel diuisibilibus. Antecedens patet per illud comune dictum quod dictum est in quarto. q̄ si esset vacuum secundum ymaginationem ponentium vacuum separatum per ipsum fieret motus in indiuisibili temporis cuiuscunq̄ distacia esset vacuum. Ad oppositum arguitur per phisicū dicentem eiusdem rationis est et magnitudinem et tempus et motum ex indiuisibilibus componi et diuidi in indiuisibilia aut nichil.

Pro Responſione.

**Sciendum est primo q̄ quia**

demonstrationes posite in precedenti questione manifestiores sunt de continuis habentibus positionem quia in ipsis est proprie contactus. ideo conuenienter ostendit phisicū q̄ similis est ratio de aliis continuis scilicet de motu et tempore et primo de motu. dictuz est eniz in 4.º q̄ hec tria se inuicem consequuntur. scilicet magnitudo motus et tempus. nam prius et posterius in motu causatur ex priori et posteriori in magnitudine. et tempus capit ipsa a motu. scilicet prius et posterius. ideo hec tria similiter se habent ad componi vel non componi ex indiuisibilibus et diuidi in indiuisibilia vel diuisibilia.

**Conclusio prima Si magni**

tudo sit composita ex indiuisibilibus. motus factus per ipsam componeretur ex indiuisibilibus vt sit magnitudo. a. b. c. supra quam mouetur o. et motus sit. d. e. 3. dicitur ergo q̄ si ille tres partes magnitudinis date sunt indiuisibiles. ita ibi le tres partes motus. pro cuius probatione ponit phisicū duas suppositiones. Prima est q̄ presente aliqua parte motus necesse est per ipsum motum aliquid moueri et econuerso. si aliquid moueatur necesse est q̄ sit aliquid motus quia causa formalis et suus effectus simul sunt et nō sunt vt albedo et esse album. Secunda suppositio est q̄ impossibile est aliquid simul moue

ri ad aliquem terminum et iam esse motum in illo termino. vt impossibile est aliquid ire simul thebas et iam esse ibidem. Tunc arguitur sic. ad conclusionem si. o. moueretur supra magnitudinem datam et motu pprie dicto. aut ergo prius mouebitur supra vnā partē magnitudinis et vnā parte illius motus q̄ supra totā magnitudinem et toto motu. aut prius moueretur supra totā magnitudinem et h̄ nullā partē magnitudinis prius mouebatur. Si dicatur primū tūc vel simul moueretur secunduz. a. et iam motus est in. a. vel prius mouetur 2.º. a. q̄ sit motus in ipso. nō prius quia hoc est cōtra secundā suppositionem. nec potest dici 2.º quia tunc oporteret in. a. esse aliquid secundum quod prius mouebatur anteq̄ esset motus. et aliquid aliud secundum quod motus esset in. a. et ita. a. iam esset diuisibile quod est cōtra suppositum. ergo ipsum. o. non potest moueri per. a. et per consequens prima pars motus que est correspondens prime parti magnitudinis que est. a. non est motus. alias presente motu alicui illud non moueret quod est contra primā suppositionem. si ergo partes magnitudinis sunt indiuisibiles oportebit partes motus esse indiuisibiles et ita non erit motus. Si vero dicatur q̄. o. mouetur prius secundum totam magnitudinem sic q̄ secundum nullam partem eius prius mouebatur. tunc sequitur q̄ motus erit cōpositus ex momentis q̄ est impossibile vt probatur. et patet consequentia quia vel prima pars motus scilicet d. est motus vel non. non prius quia tunc oporteret secundum ipsum mobile moueri in prima parte magnitudinis quia partibus motus correspondent partes magnitudinis. modo iam dictum est q̄ secundum impartibile nichil potest moueri. Si vero dicatur q̄ non sit motus quia erit simile de aliis partibus sequitur q̄ motus erit cōpositus ex non motibus scilicet ex momentis secundum que momenta aliquid dicitur esse motum sicut secundum motum aliquid dicitur moueri. sic enim se habent momenta ad motus sicut punctus ad lineam et nunc ad tempus.

**Conclusio Secunda. Impos**

sibile est motum esse cōposituz ex momentis. Probatur conclusio ducēdo ad aliqua scōuenientia. quorum. Primum est q̄ aliquid esse motus in aliquo termino qd̄ tamen prius non mouebatur ad ipsum qd̄ est impossibile. sicut impossibile est aliquid esse preteritum quod nunquam fuit presens. Et patet consequentia quia si motus. d. e. 3. esset sic cōpositus ex illis tribus tanquam ex momentis tunc ipsum. o. per. d. motus est in. a. et tamen prius nō mouebatur alias oporteret ipsum. a. esse diuisibile vt probatum est.

Secundum in conueniens est q̄ aliquid simi

moueretur et quiesceret secundum aliquam magnitudinem. Probatur quia omne quod natum est moueri et non mouetur quiescat. sed ipsum. o. natum est moueri et non mouetur secundum aliquam partem magnitudinis. a. b. c. ergo secundum illas partes quiescat. sed quod quiescat secundum omnes partes totius quiescat per totum ergo. o. quiescat per totam magnitudinem et tamen ponebatur moueri per totam. ergo et c.

Tertium inueniens est quod motus esset compositus ex non motibus quod non est possibile propter easdem rationes quibus demonstratum est quod impossibile est lineam componi ex punctis. et patet consequentia quod si ille partes. d. e. f. essent motus oporteret quod secundum eas. o. moueretur per partes magnitudinis que sunt indiuisibiles quod iam probatum est. et ita oporteret dicere quod non fuit motus et per consequens quod motus sit compositus ex non motibus sed hoc est impossibile. ergo impossibile est motum componi ex momentis quod sequitur ad hoc quod est magnitudinem componi ex indiuisibilibus. de continuitate autem temporis ad motum et ad magnitudines videbitur in sequenti lectione.

**Ad rationes ante oppositum**

Alias ostensum est in 4<sup>o</sup> ubi determinatum est secundum opinionem sancti Thomae quod si poneretur vacuum eodem modo quo ymaginabatur antiqui et remota suppositione scilicet quod vacuum sit tota causa motus ad huc fieret motus in vacuo per tempus propter ordinem situs ad situm partium mobilis et spacium. sed si capiatur cum ymaginatione eorum illa suppositio scilicet quod necesse est poni vacuum ut sit tota causa motus tunc fieret subito motus per vacuum. et quia hoc est impossibile ideo infert Aristoteles quod impossibile sit esse vacuum ut sit tota causa motus.

Sequitur textus.

**Queritur Tertio. Utrum**


Magnitudo et tempus consimiliter diuidantur. Arguitur quod non quia in tempore est dare minimum et non in magnitudine. ergo magnitudo et tempus non similiter se habent ad diuisiones. Ad oppositum arguitur per philosophum dicentem eiusdem namque diuisionis magnitudo et tempus sunt. Pro responsione.

**Sciendum est primo. quod post**

philosophum ostendit magnitudinem et motum consimiliter se habere ad diuisionem. Consequenter in Tertio capitulo primi tractatus huius sexti. idem ostendit de magnitudine et tempore scilicet quod si magnitudo sit diuisibilis per indiuisibilia sic et tempus. et si per diuisibilia tempus etiam diuiditur in semper diuisibilia.

**Conclusio prima et respon-**

salis ad quesitum. Magnitudo et tempus consimiliter se habent ad diuisiones. Probatur per philosophum tribus rationibus quarum. Prima sic formatur assumendo duo mobilia eque velocia. Et secundo assumendo duo mobilia unum velocius et aliud tardius. Et tertio accipiendo unum mobile eque velociter motum. Prima ratio si duo mobilia eque velociter mouerentur si unum pertranserat aliquod spacium in aliquo tempore reliquum minus spacium in minori tempore transibit. alias non essent eque velocia. ergo in eque velocibus condiuiditur magnitudo et etiam tempus. et cum augetur magnitudo et etiam tempus augetur et per consequens duorum motuum eque velocum magnitudo et tempus consimiliter diuiduntur. Pro secunda ratione ponuntur tres suppositiones. Prima est omnis magnitudo est diuisibilis in magnitudines quia impossibile est continuum ex atomis componi. Secunda est quod de ratione mobilis velocius tria sunt. scilicet quod in equali tempore transit maius spacium. in minori maius et in minori equale. Primum probatur sic sumatur duobus mobilia. scilicet a. velocius et b. tardius et pertranserat. a. totam magnitudinem. c. d. in tempore. 3. i. cuius ergo. a. venit ad punctum. d. in tempore. 3. i. ad ipsum punctum non dum pertingit. b. alias eque velociter moueretur. ergo. b. pertingit versus ad aliquod punctum inter. c. et d. illud sit. e. tunc arguitur sic. a. in tempore. 3. i. transit totam magnitudinem. c. d. in eode tempore. b. transit magnitudinem. c. e. f. c. d. est maius quod. c. e. quod totum maius est sua parte. g. a. i. equali tempore pertransit maius spacium quod. b. erat primum probandum. Secundum probatur retento eodem casu et diuidatur eadem magnitudo inter. e. et d. in puncto. t. ita quod. c. t. sit maius quod. c. e. et minus quod. c. d. tunc arguitur sic. a. pertransit totam magnitudinem. c. d. in tempore. 3. i. ergo cuius idem mobile equaliter motum pertranserat maiorem magnitudinem in minori tempore. a. pertransibit magnitudinem. c. t. in minori tempore quod. 3. i. diuidatur illud tempus in puncto. h. ergo. a. in tempore. 3. i. quod est minus quod. 3. i. pertransibit. c. t. f. c. t. est maius quod. c. e. g. a. in minori tempore pertransit maius spacium quod. b. Deinde probatur tertium retento eodem casu nam cum. b. pertranserat totum spacium. c. e. in tempore. 3. i. vel ergo in eodem tempore. a. pertransit idem spacium vel in maiori vel in minori non in equali quia tunc eque velociter moueretur. neque in maiori quia tunc. a. tardius moueretur. ergo relinquatur quod in minori. et sic mobile velocius in equali tempore pertransit maius spacium et in minori maius et in minori equale. Tercia suppositio est quod omnis motus est in tempore. et in omni tempore possibile est aliquid moueri. et in equali tempore conuenit aliquid tardius et velocius moueri.



Sed tunc obicit Alexander de motu primi mobilis q̄ non est dare velociorez. Ad quod dicitur q̄ licet secundum materiam non sit motus velocior: eo. tamen non est determinata velocitas aut tarditas motus in communi. Est ergo secunda ratio pro qua sumantur duo mobilia vt prius. a. velocius. b. tardius. et trāseat. b. totam magnitudinem. c. d. in tempore. 3. i. cum ergo velocius in minori tempore transeat equale spacium sequitur q̄. a. transibit magnitudinem c. d. in tempore minori quam. 3. i. sit ergo illud minus tempus. 3. d. tunc conuertatur argumentum. a. velocius in minori tempore scilicet. 3. d. transiit totum spacium. c. d. ergo. b. tardius in illo tempore. 3. d. non pertransibit nisi partes magnitudinis. c. d. quia tardius in equali tempore minus spacium transit. sit ergo illa. c. e. et iterum conuertatur argumentum. b. tardius in tempore. 3. d. transibit magnitudines. c. e. ergo. a. velocius transibit eandem magnitudinem in minori tempore. et sit illud tempus. 3. l. et iterum conuertatur argumentum vt prius. cum ergo sit conuersio tardioris et velocioris et secundum velocius semper diuidatur tempus/ secundū vero tardius magnitudo. sequitur q̄ tempus et magnitudo consimiliter diuisibilia sunt. Tercia ratio est quia si aliquod mobile equaliter motum transeat aliquod spacium in aliquo tempore tunc in medio temporis transibit mediū spacium et in medio medietatū transibit mediū medietatis et sic deinceps. ergo secundum motum eiusdem mobilis equaliter moti consimiliter diuiduntur magnitudo pertransita et tempus mensurans motum quo pertransitur. et sic patet responsio ad quesitum.

**Ad rationes ante opposituz**

Dico q̄ licet in tempore eo modo quo est distinctum et discretum sit dare minimum. tamen vt est continuum non est dare in eo minimum secundū rem sicut nec in magnitudine. sed solum in potentia et secundum rationem sicut datur punctus in linea et esse in tempore.

Sequitur tertius.

**Queritur quarto. vtrum**

Magnitudo et tempus consimiliter se habeant ad esse finitum et ad esse infinitum. Arguitur q̄ non quia tempus est infinitum. vt probatur in 8<sup>o</sup> huius. sed nulla magnitudo est infinita vt probatur est in tercio. ergo non similitur se habent magnitudo et tempus ad esse finitum et infinitum. Ad oppositum est ph̄s in tercio capitulo primi tractatus. qui postq̄ ostendit magnitudinem et tempus consimiliter diuidi. Consequenter ostendit q̄ similitur se habent ad fini-

tatem et infinitatem. Pro responsione.

**Sciendum est primo. q̄ infinitum** vt ad propositum sufficit dicitur dupliciter. Vno modo dicitur aliquod infinitum secundum vltimum vt si esset magnitudo carēs terminis. Alio modo dicitur aliquod infinitum secundum diuisionem sicut continuum est infinitum secundū potentiaz. et ita primus modus infinitatū sumitur ex terminis. secundus vero a medijs quia cadit in aliquo puncto inter medio. Dicit ergo Aristoteles q̄ si magnitudo est infinita secundum vltimum ita et tempus mensurās motū q̄ transitur. et si tamen secundū diuisionem magnitudo sit infinita ita et tempus Et quo pot̄ remoueri ratio Zenonis qua nitebatur probare q̄ impossibile est transire de loco ad locum quia inter duo loca est distantia. et sunt infinita puncta intermedia. cum ergo in finita finito tempore trāsiri non possint et quod libet tempus sit finitum sequitur q̄ impossibile est aliquid transire de loco ad locum. Hanc objectionem soluit et destruit Aristoteles dicens q̄ licet inter duo puncta distantia sunt infinita intermedia secundum potentiam diuisionis et magnitudinis et non secundum actum ita tale spacium pertransitur in tempore infinito secundum potentiam diuisionis. et distantia que est inter duo loca est finita in vltimis.

**Conclusio responsalis ad. q.**

Magnitudo et tempus mensurās motum quo pertransitur consimiliter se habent ad esse finitū et infinitum. Hanc conclusionem probat Aristoteles probando duo. Primū est q̄ magnitudo finita trāsiri non potest in tempore infinito. Secundum est q̄ magnitudo infinita trāsiri nō potest in tempore finito. Primum probatur sit magnitudo finita. a. b. et tempus infinitum. g. q̄ cuius sit vna pars finita que sit. g. d. Tūc arguitur sic. si tota magnitudo finita. a. b. transeat in toto tempore finito. g. q̄. sequitur q̄ in parte temporis que est. g. d. transitur vna pars magnitudinis. a. b. cum ergo sic se habeant partes temporis ad totum tempus intransmutabili in quo transitur tota magnitudo sicut partes magnitudinis ad totam magnitudinem. et pars magnitudinis que sit. b. et trāsita in parte temporis aliquociens data mensuret totam magnitudines vel excedat vel deficiat. sequitur q̄ pars temporis scilicet. g. d. in qua transitur illa pars magnitudinis etiam aliquociens sumpta reddit tempus totum in quo transitur illa magnitudo. a. b. ergo illud totum tempus non erit infinitum quoniam infinitum per resumptionem aliquius partis finite quocienscumq̄ sumpte nunq̄ redire potest infinitum.

capite a vltimo que  
non ea quanto que

Ergo si magnitudo est finita debet esse tempus finitum. nec differet in proposito si pars magnitudinis data sit pars mensurans vel deficiens vel excellens totam magnitudinem quia mobile equaliter motum in equali tempore pertransit equaliter magnitudinem. Et quod aliquis posset dicere quod sicut tota magnitudo finita. a. b. transitur in tempore infinito et ita quelibet eius pars. Contra hoc arguit philosophus ponendo secundam rationem ad conclusionem quia manifestum est ad sensum quod aliqua magnitudo transitur tempore finito. licet ergo illa magnitudo. b. c. que in eadem proportione se habeat ad magnitudinem. a. b. sicut prius se habebat excepto quod prius sumebatur ut pars eius. modo vero non. Tunc arguitur sic magnitudo. b. c. transitur tempore finito. sed tamen magnitudo aliquo acens sumpta reddet totam magnitudinem. a. b. aut excedet aut deficit ab ea. ergo tempus in quo transitur tota magnitudo. b. c. aliquo acens sumpta redderet etiam totum tempus in quo transitur tota magnitudo. a. b. aut excedet ipsum aut deficit et per consequens totum illud tempus infinitum esse non potest. quia infinitum sumptum finitum non reddit infinitum. et sic patet primum probatum. secundum eodem modo demonstraretur capiendum unam partem magnitudinis finitae si ut accepta est una pars magnitudinis finitae ut argutum est. Ex istis et precedentibus inferit philosophus correlatum quod impossibile est aliquod continuum ex indivisibilibus componi. Probat dicens ad hoc impossibile quod indivisibile divideretur. Pro cuius probatione primo supponitur quod in omni tempore contingit aliquid tardius et velocius moveri. Secundo quod velocius transit maiorem magnitudinem in equali tempore. Tercio quod in velocitate contingit aliqua mobilia se habere secundum multiplicem proportionem ut secundum proportionem duplam qua unum alio velocius movetur in duplo. aut secundum proportionem hemioliam in qua maius continet minus et dimidium maioris. et dicitur ab hemi quod est dividuum et oleum quod est totum ut sicut se habent tria ad duo. Dentur ergo duo mobilia in velocitate et tarditate se habentia secundum proportionem hemioliam scilicet. a. velocius et. b. tardius. transeat. a. magnitudinem. b. c. d. compositam ex tribus indivisibilibus. b. b. c. e. d. et cum tempus dividatur sicut magnitudo ut iam demonstratum est. sequitur quod tempus in quo pertransitur alia magnitudo compositum est ex tribus indivisibilibus que sunt. h. l. l. m. m. n. cum ergo. b. tardius secundum proportionem hemioliam moveatur quod. a. sequitur quod in illo toto tempore pertransit magnitudinem constitutam ex duobus indivisibilibus que sunt. z. e. z. e. i. et per consequens

transibit unum illorum indivisibilium in uno indivisibili tempore cum dimidio. et per consequens indivisibile divideretur quod est impossibile ducendum. Unde ipsum. b. non potest transire unum illorum indivisibilium magnitudinis in uno indivisibili tempore quia tunc equae velociter moveretur sicut. a. nec etiam in duobus quod tunc non se haberet. b. ad. a. in proportione emolia sed in proportione dupla. oporteret ergo quod pertransiret unum indivisibile magnitudinis in uno indivisibili tempore cum medio alterius. et sic indivisibile esset dividibile quod est impossibile. ergo illud ex quo sequitur est impossibile scilicet a liquod continuum ex indivisibilibus componi.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur quod procedit de magnitudine non resumpta que quidem finita est. et etiam tempus mensurans unam circulationem celi est finitum. sed quod in motu celi una circulatione completa resumit motum et tempus et hoc modo motus celi infinitus est et magnitudo semel sumpta finita est et una circulatio et etiam tempus mensurans ipsam.

Sequitur textus.

### Queritur quinto. utrum

In nunc contingat aliquid moveri. Arguitur quod sic quia in presenti tempore aliquid movetur. sed presens dicitur nunc. ergo. Secundo sic generatio et corruptio et illuminatio medu sunt motus. et tamen fiunt in nunc. ergo. Tercio sic motus et quies contradictionem includunt circa mobile. sed necesse est alterum contradictorum esse verum. ergo necesse est aliquid in nunc moveri aut quiescere. Ad oppositum arguitur per philosophum in hoc quinto capitulo primi tractatus huius sexti in quo postquam ostendit nullum continuum ex indivisibilibus componi neque indivisibile esse. ex quo sequitur motum esse dividibile cum sit de genere continuo. Consequenter autem agat de divisione et modo divisionis ipsius motus premitit aliqua necessaria ad motus divisionem. scilicet quod in indivisibili tempore non potest fieri motus neque quies. et quod indivisibile moveri non potest de quo videbitur in sequenti questione. Pro responsione.

### Sciendum est primo. quod in

omni continuo necesse est esse aliquem terminum copulantes partes eius ad invicem sic se habentem quod extra ipsum nichil sit partem precedentem. nec infra ipsum aliquid partem sequentem. ex quo sequitur quod necesse est huiusmodi terminum indivisibilem esse. Ultra sequitur quod necesse est ipsum esse unum et eundem terminum scilicet partem cum ergo



tempus sit continuum cuius sunt preteritum & futurum necesse est preteritum & futurum esse unum tale terminum qui dicitur nunc. & sic necesse est nunc esse indivisibile. & si est indivisibile oportet quod sit unum & idem preteritum & futurum. & si est unum & idem preteritum & futurum oportet quod sit indivisibile. Ita quod hec duo ad invicem se consequantur. et hic est sermo de ipso nunc quod non secundum alterum sed per se & primo dicitur nunc. quod si totum simul existit nichil sui habens in preterito nec aliquid in futuro. & hec est propria acceptio ipsius nunc. Alia est acceptio vulgaris que non dicitur secundum se & primo sed solum secundum alterum. ut esse tempus cuius una pars preteritum & alia futura est sic tamen quod habeat partes proprias sunt presenti nunc. Tunc sit.

**Conclusio prima.** Idem est nunc preteritum & futurum. scilicet finis preteritum & incipit futurum. Probatur quod si sit alterum & alterum vel sunt immediata vel mediata. non immediata quod tunc continuum componeretur ex indivisibilibus quod improbatum est. nec mediata quod vel inter ea medietate nunc vel tempus. non nunc quod illa duo nunc non se habent consequenter. cum inter ea esset medium eiusdem generis & tamen se deberent habere consequenter sicut preteritum & futurum quorum termini consequenter se habent. nec medietate tempus quod inter preteritum & futurum non intelligitur medium nisi ipsum nunc. si ergo medietate tempus non esset aliud quam nunc. & cum tempus sit indivisibile quod est impossibile. ergo non potest esse alterum & alterum nunc preteritum & futurum nisi ponatur nunc esse divisibile. ideo sequitur si est idem nunc preteritum & futurum ipsum est indivisibile.

**Conclusio secunda.** Ipsum nunc est indivisibile. patet quia si divideretur in preteritum & futurum divideretur. & cum ipsum nunc sit terminus preteritum & futurum. & terminus sit in eo cuius est terminus. sequitur quod aliquid preteritum esset in futuro & aliquid preteritum in preterito quod est intelligibile. Secundo si divideretur cum divisio uniuscuiusque continui sit secundum aliquod indivisibile. sequeretur quod ipsum nunc quod divideretur non esset nunc secundum se ipsum sed secundum alterum. scilicet secundum illud indivisibile secundum quod fieret eius divisio. & sic nullum esset nunc secundum se ipsum sed omne nunc esset secundum alterum. si nunc esset divisibile. Tercio si divideretur nunc eius divisio esset in preteritum & futurum. sed preteritum non plus est & futurum nondum est. ergo tale nunc non esset totum simul existens quod est contra rationem ipsius nunc. Quarto si nunc esset divisibile haberet partes ad invicem continu-

atas per aliquid. vel ergo illud continuum esset divisibile vel indivisibile. si indivisibile haberetur intentum quia non esset aliud quam nunc. si esset divisibile argueretur ut prius. & sic esset processus in infinitum nisi primum continuans partes continui esset indivisibile.

**Conclusio tertia Impossibile**

est in nunc aliquid moveri. Probatur quia in omni eo in quo contingit aliquid moveri contingit aliquid velocius & aliquid tardius moveri sit ergo ipsum nunc. i. in quo aliquid velocius motus transeat magnitudinem. a. b. dicitur. ergo aliquid tardius motum. sequitur quod non transibit in illo nunc nisi partem illius magnitudinis per definitionem tardioris. & sit illa pars. a. g. tunc arguitur sic. tardius motus transit. a. g. in nunc ergo velocius transit. a. g. in minori mensura quam ipsum nunc per definitionem velocioris. quare oportebit ipsum nunc esse divisibile si in ipso fuerat motus. sed ut probatur ipsum nunc est indivisibile ergo.

**Conclusio quarta. Impossibile**

est in nunc a quid quiescere. Probatur nam quies est privatio motus in mobili ubi quando & secundum quod ipsum natum est moveri. sed nichil natum est moveri in nunc ut ostensum est ergo neque quiescere. Secundo sic probatur si aliquid moveatur per aliquod totum tempus preteritum & quiescat in toto futuro sequenti. cum idem sit nunc quod est terminus utriusque. si in ipso nunc aliquid quiescat ita & movebitur. quare idem simul quiesceret & moveretur. Tercio illud quiescere dicimus quod secundum suas partes & secundum se similiter se habet nunc & prius. sed in ipso nunc non est dare prius & posterius cum sit indivisibile. ergo in nunc nichil potest quiescere.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod presens tempus non dicitur esse nunc per se primo. sed per alterum. Ad secundam dicitur quod si illa capiatur secundum suas proprias rationes non sunt motus nisi capiatur motus per mutationem in communi. sed sunt termini motuum vel non sunt in tempore sed in termino temporis. Ad tertiā dicitur quod hitus & privatio includunt contradictiones circa susceptibile hitus. & ad conditionem in hitus requisitis. modo in nunc mobile non est natum moveri ideo nec quiescere. Sequitur textus.

**Queritur sexto utrum omne**

quod mutatur sit divisibile. Arguitur quod non quod mutabile & mutatio per se habet ad divisionem. sed aliquid sunt mutationes indivisibiles ut generatio & corruptio substantialis & illuatio medii. ergo non de quod mutatur est divisibile. 2. si sic hoc esset quod dicitur

quod mutatur partiz est in termino a quo et partim in termino ad quem. sed hoc non est necesse.

Tum primo quia illud quod mutatur se totum potest esse in nunc et potest esse in medio sine hoc quod aliquid sui habeat in altero extremo. Tum secundo quia hoc quod mutatur per alterationem non secundum se totum simul alteratur et non una pars post aliam. Ad oppositum est probatum in litera. Pro responsione.

**Sciendum est primo:** quod post ostendit Aristoteles nullum motum posse fieri in indivisibili temporis. ex quo iam sequitur quod omnis motus est divisibilis. Consequenter ostendit quod omne mutabile siue mobile est divisibile et iterum ex divisione mobilis procedit ad divisionem mutationis.

**Sciendum est Secundo.** quod omnis mutatio est ex quodam termino in quendam terminum. sed quilibet illorum terminorum potest esse duplex scilicet propinquus et ultimus. unum terminus ad quem ultimus simpliciter est quo habito cessat motus. propinquus est quo acquiritur ultimus. ut cum aliquid mutatur de nigro in album ultimus terminus est album. propinquus vero est fuscum. et similiter terminus a quo primus est a quo simpliciter incipit motus sic quod ante non erat. sed terminus a quo propinquus est qui propinquior est ultimo termino. unde loquendo de istis terminis propinquis mediis inter terminos extremos et non de extremis simpliciter intelligitur quod in motu permixti sunt termini quoniam in medio inter duo extrema rationes habet utriusque termini quia utrumque participat.

**Conclusio prima:** Omne quod mutatur est divisibile. Probatur quia omnis mutatio fit ex quodam in quoddam. scilicet cum id quod mutatur secundum se totum et omnes suas partes est in termino a quo non dum mutatur. quod quod similiter se habet secundum se totum et secundum suas partes quiescere dicitur. similiter quod se totum et omnes suas partes est in termino ad quem est mutatum. ergo non mutatur. Nec potest dici quod illud quod mutatur secundum se totum et suas partes sit simpliciter in utroque termino. quia cum in omni mutatione termini sunt contrarii vel contradictorii sequitur quod idem secundum se totum et omnes suas partes esset sub duobus contrariis aut contradictoriis. et ita sequitur quod idem se totum et omnes suas partes simul esset in duobus locis. Nec potest dici quod in neutro termino sit quod id quod mutatur puta in motu locali non recedit subito a termino a quo. scilicet pars post partem. ut cum una pars egreditur a termino a quo ingreditur eandem aliquid terminum ad quem. et hoc intelligit

do de termino ad quem non ultimo simpliciter. quod omne mobile dum mutatur partem est in termino a quo et partem in termino ad quem. scilicet quod habet partem et partem divisibile est. ergo omne mobile est divisibile. Sed circa hanc rationem dubitat Averrois an de mutabili secundum quolibet mutationes intelligatur. Si dicatur quod non tunc de monstratio est artificiosa quia particularis. nec potest dici quod sic quod quedam sunt mutationes indivisibiles inter quorum extrema non cadit medium quare in illis presens demonstratio locum habere non potest.

Ad hanc dubitationem ponit Averrois plures responsiones. Prima est Alexandri dicens. quod nulla mutatio est indivisibilis. aut in non tempore. scilicet hoc est contra commune dictum Aristotelis et aliorum peripateticorum. Secunda est Themistii dicens. quod si sit aliqua mutatio in non tempore tamen hec nos latet. modo Aristoteles solum loquitur de eo quod manifestum est.

Tercia est Avenpeche dicens. quod hic non intendit Aristoteles de divisione mutabilis secundum partes quantitativas. sed de divisione qua dividitur subiectum per accidentia contraria quorum mutatur in alterum ut cum mobile cut aqua mutatur de frigido in calidum.

Quarta est propria responsio Averrois quod in le mutationes que sunt in non tempore sunt termini quorundam motuum divisibilium. ideo accidit illis mutationibus esse in non tempore pro quanto accidit motui in instanti terminari. et quod id quod est per accidens pretermittitur in demonstrationibus. ideo ratio Aristotelis procedit ac si omnis mutatio esset divisibilis et in tempore. Sed ut dicit Thomas predicta obiectio de mutationibus indivisibilibus non est ad propositum quia hic Aristoteles non intendit ostendere divisionem mutabilis ex divisione mutationis. sed contra ex divisione mutabilis divisionem mutationis quia divisio prius est in mobili quam in motu. Unde si ex divisione mutationis vellet hic ostendere divisionem mutabilis et postea contra committeret circulationem in demonstrationibus. dicit ergo sanctus Thomas quod omne mutabile secundum quolibet mutationem est divisibile et partem habet in termino a quo et partem in termino ad quem. sed hoc est diversimode in diversis mutationibus. quia in illis inter quarum extrema est aliquod medium mutabile partem est in uno termino et partem in alio scilicet ipsa sunt extrema. In his vero ubi non cadit medium partem est in uno termino mutabile et partem in alio. non quidem secundum ipsa extrema sed scilicet aliquid eis adiunctum ut puta dum materia transmutatur de privatione ad formam ignis dum est in ipso mutari est sub ipsa privatione scilicet non

secundum se ipsam sed partim est sub forma ignis  
 no secundum se ipsam sed secundum dispositi  
 onem quam necesse est materiam habere ante  
 quam formam ignis recipiat. et sic omne muta  
 bile in qualibet mutatione oportet esse diuisibi  
 le. quia quauis mutationes sunt indiuisibiles.  
 tamen adiunguntur motui successiuo et diuisibi  
 li. sic intelligitur quod infra dicit Aristoteles. quod o  
 nis mutatio est diuisibilis et quod id quod generatur  
 et quod corrumpitur prius corrumpitur. et hoc mo  
 do forsaz intellexit Alexander omnes mutationes  
 diuisibiles esse scilicet vel secundum se ipsas vel secundum motum si  
 bi adiunctum. Sed aliud dubium est an hec opo  
 nio secundum quod diuiditur quod mutabile partem est in ter  
 mino a quo et partem in termino ad quem sit accipi  
 enda secundum partes integrales mobilis aut secundum par  
 tes terminorum motus. Et respondet Auepeche quod  
 accipienda est secundum partes terminorum motus ita quod  
 cum aliquid calefit non est intelligendum quod aliqua  
 pars quantitatiua eius sit calida et alia adhuc frigi  
 da ymo totum calefit. et quod in minus calido est p  
 rimo frigiditatis. ideo dicitur mobile esse par  
 tem in vno termino et partem in alio secundum partes ter  
 minorum motus. quod probat quod dicitur in de sen  
 su et sensato quod non similiter se habet mobile in al  
 teratione et latone quod in alteratione totum simul  
 alteratur et recessio ab vno termino accedit ad  
 alterum. sed in latone pars post partem mouetur ita  
 quod prima pars mobilis prius ingreditur terminum  
 ad quem est secunda. Sed hanc probationem seu re  
 sponsum Thomae improbat quod non esse videtur  
 secundum opinionem Aristotelis sic concludens in ter  
 tu. Necessario est ergo hoc idem aliquid in hoc esse a  
 liud vero in altero. ex quibus verbis apparet. quod  
 hac diuisione attenditur secundum partes quantita  
 tuas mobilis. ideo resp. det Thomas quod in hoc  
 sexto agitur de motu secundum quod est continuus. et quod co  
 ntinuitas primo et per se tantum reperitur in motu  
 locali qui potest esse solus continuus et regularis ut  
 patet in 8. Libro. ideo diuisiones Aristotelis  
 sic posite hic pertinent simpliciter ad motum localem.  
 ad alios vero motus non totaliter sed secundum  
 quod aliquid continuitatis et regularitatis partici  
 pat. modo clarum est quod mobile secundum locum pri  
 us ingreditur locum in quem tendit secundum partem  
 quod secundum totum et secundum vnam partem est secundum  
 aliam. in alteratione etiam alterans alterat per con  
 tactum. sed agens per contactum prius et fortius a  
 git in propinquum quam in distans. ideo prius alterat  
 vnam partem mobilis quam aliam. Sed contra hunc mo  
 dum arguit Egidius nam quod alterans prius al  
 terat vnam partem quam aliam hoc est per accidens  
 vel quia non omnes partes equaliter subdunt  
 virtuti alterantis vel quia virtus alterantis for  
 tius attingit vnam partem quam aliam et quia hoc  
 est per accidens. et demonstratio Aristotelis debet p

cedere ex his que sunt per se. ideo non debet in  
 telligi de diuisione mobilis secundum partes quod  
 titatiuas. Item licet in alterationibus que sunt  
 ab extrinseco dicitur Thomas habeat veritates  
 non tamen in his que sunt ab extrinseco ut esset  
 in aqua se reducete ad frigiditates. in tali eni  
 alteratione omnes partes mobilis equaliter sub  
 duntur virtuti alterantis ideo non plus alteratur  
 vna pars quam alia. ideo dicit Egidius quod hec diu  
 sio est attendenda ex parte terminorum motus  
 ut dicebat Auepeche. sed in motu locali sume  
 da est secundum partes quantitatiuas mobilis  
 Similiter quod omne quod mouetur quocumque  
 motu etiam mobile est localiter. vnde vniuersa  
 liter concludere potest Aristoteles si omne mo  
 bile localiter sit diuisibile quantitate quod omne mo  
 bile est diuisibile ideo illa demonstratio principaliter  
 concludit de mobili localiter et per consequens  
 de alio pro quanto omne mobile pro quocumque  
 motu est mobile localiter. Sed hoc bene  
 vult Aristoteles quod illud dicitur scilicet quod omne mo  
 bile partem est in termino a quo et partem in ter  
 mino ad quem et quod vna pars prius venit ad ter  
 minum quam alia et absolute verum est in motu lo  
 cali qui primo est per se continuus sed in motu  
 alterationis etiam aequaliter verum est secundum  
 modum iam explicatum.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur est quod ille mutationes secun  
 dum se capte indiuisibiles sunt. tamen secunda  
 esse quod habent in mutabili adiuncte sunt in  
 tibus successiuus ut generatio et corruptio altera  
 tionis et illuminatio medii motui locali. Ad  
 secundam dicitur est quod cum dicitur quod mobile  
 partem est in termino a quo et partem in termino  
 ad quem non est intelligendum de extremis sim  
 pliciter sed de propinquis quod sic inquit Aristote  
 les. dico autem in quo mutatur primum sed non  
 mutationem ut de albo in fuscum et non in nigrum  
 non enim necesse est id quod mutatur esse in quo  
 cumque vltimorum. qualiter autem de alteratio  
 ne alterabile partem sit in termino a quo et partem  
 in termino ad quem.

Sequitur textus.

**Queritur Septimo vtrum**

Ita quinque similiter conuidentur scilicet n. o  
 bile. motus. tempus et ipsius moueri et id in quo  
 est motus. Arguitur primo quod non quia mo  
 tus solum est diuisibilis dupliciter scilicet ad diuisio  
 nem temporis et mobilis. ergo non conuidentur  
 tur hiis quatuor. Secundo sic omnis mo  
 tus est diuisibilis sed non omne illud in quo est  
 motus est diuisibile ut patet de qualitate.

Tercio sic ille quinquaginta non est eadem quantitas ergo neque eadem diuisio et per consequens non diuiduntur. Ad oppositum est probum in primo capitulo secundi tractatus sic dicens in isto sexto libro. Necessario est easdem diuisiones esse temporis motus ipsius moueri et quod mouetur et id in quo est motus. Pro responsione.

**Sciendum est primo quod post** quod probum premisit ea que sunt necessaria ad diuisionem motus in partes quantitativas accipiendum. Consequenter agit de ipsa diuisione motus ostendendo quot modis diuiditur et que sunt illa que motum diuiduntur.

**Sciendum est Secundo. quod** omne diuisibile in partes quantitativas oportet esse quantum et extensum per se vel per accidentia unde ad extensionem alicuius forme requiritur quod secundum aliam et aliam partem sit in alia et alia parte. materie et non tota simpliciter in qualibet parte sicut in aliquo subiecto alio alia est pars albedinis in una parte subiecti et alia in alia parte. 2<sup>o</sup> requiritur quod extensio talis forme sit equalis extensioni sue materie. Ex illis sequitur quod anima rationalis non est forma extensa quia tota est in toto corpore et tota in qualibet parte sed quilibet motus est forma extensa quia non est una pars motus in qualibet parte mobilis ymo in alia et alia parte mobilis est alia et alia pars motus et extensio motus est equalis extensioni mobilis.

**Sciendum est tercio quod** Ut dicitur in textu motus diuiditur dupliciter.

Uno modo secundum tempus quia omnis motus in tempore est. 2<sup>o</sup> diuiditur secundum partes mobilis et hoc diuisio dupliciter intelligi potest. vno modo sic quod una pars mobilis post aliam moueatur et hoc modo non potest intelligi in vno mobili quod simul secundum se moueatur nisi attendere prioritas motus vnius partis mobilis ad motum alterius in ordine ad aliquod signum ad quod prius pertingit vna pars mobilis et alia. Alio modo intelligi potest huiusmodi diuisio secundum extensionem motus quod habet ad extensionem sui mobilis ita quod sicut totus motus est totius mobilis sic etiam cuiuslibet partis mobilis est aliqua pars motus. et hoc modo intelligitur probum motum diuidi ad diuisionem mobilis quando distinguit diuisionem motus sumptam ex parte mobilis a diuisione motus sumptam ex parte temporis. Tunc sit.

**Conclusio prima. motus** conuinditur mobili. probatur quia sicut totus motus est totius mobilis ita partes motus

sunt partes mobilis. Verbi gratia. sit mobile. a. c. cuius partes sunt. a. b. et c. et totus motus sit d. 3. cuius partes sunt. d. e. et c. 3. sicut ergo totus motus. d. 3. est totius mobilis. a. c. ita prima pars motus. d. e. est partis mobilis. a. b. et alia pars e. 3. est alterius partis. b. c. ergo motus conuinditur mobili. 2<sup>o</sup> quia omnis motus est alicuius mobilis. ergo totus motus. d. 3. est alicuius mobilis et non est alicuius partis. a. c. quia tunc illud totum mobile moueretur ad motum vnius partis et sic non moueretur per se primo sed secundum alterum. oportet ergo vice e quod totus ille motus est totius mobilis. et per consequens partes illius motus sunt partes mobilis quod non potest dici quod vna pars moueatur motu alterius partis eo quod omni illi quod mouetur necesse est adesse aliquem motum ut alias dictum est.

3<sup>o</sup> vel totus motus adequatur partibus mobilis vel excedit eas vel excedit ab eis. si prima haberetur intentum. si secundum tunc capiatur illud quo excedit. ergo secundum. illud nulla pars mobilis mouetur quia neque totum. et per consequens esset alius motus huiusmodi quem nichil moueretur quia non potest dici quod secundum illud excellens aliud mobile moueatur quia totus ille motus intelligitur esse continuus quare non posset esse diversorum mobilium. Si vero dicatur tertium cum totum mobile supponatur moueri aliqua pars excellens mouebitur et tamen sibi non adest motus. sed hoc est impossibile sed aliquid moueri sine motu. sicut impossibile est aliquid esse albus sine albedine. necesse est ergo dicere quod sicut aliquod totum mobile mouetur toto motu. quod etiam partes eiusdem mobilis moueantur partibus illius motus et quod motus diuidatur ad diuisionem mobilis.

**Conclusio secunda: motus** conuinditur tempore. patet nam sicut totus motus est in aliquo toto tempore ita partes illius motus sunt in partibus temporis. ergo conclusio est vera.

**Conclusio Tercia. motus et** moueri similiter conuinduntur. patet quod sicut totus motus toti mobili attribuit moueri ita et partes motus tribuunt motus partibus mobilis. alias sequeretur quod nichil secundum aliquam partem motus moueretur vel quod aliquod moueret sine motu. Si queratur qualiter differant motus et moueri dicitur quod differunt quia motus dicitur fluxum forme ad esse perfectum et moueri dicitur receptionem illius forme fluxus in subiecto et impletur passionem.

**Conclusio quarta: motus** illud in quo est motus similiter diuiditur et per illud in quo est motus intelligitur forma et

dispositio secundum quam est per se motus. probatur quia si aliquod mobile in toto motu tráseat aliquod totum spacium tunc secundum partem illius motus transibit partem illius spacii & similiter riceretur de motu secundum qualitates.

Est tamen differéncia in hoc quia ut habet tres aliqua eorum secundum que est motus sunt partim per se diuisibilia ut in motu secundum quantitatem & secundum locum. alia vero per accidens ut in motu secundum qualitates. Et si ágratur cuiusmodi primo cõpedit diuisio. Respondet phísicus quod ipsi mobili quia primo & per se generatum et alia ab eo accipiunt quantitatem quare et diuisione & etiam finitatem & infinitatem. et si ultra queratur an sit eadem diuisio qua diuiditur motus illis quatuor. Respondet phísicus quod si sit eadem quantitas erit eadem diuisio. sin autem nequaquam modo manifestatum est quod non est eadem quantitas quia quantitas extensionis quod habet motus a mobili secundum extensionem est permanens eo quod omnes partes mobilis simul mouentur. sed quantitas quod habet a tempore est successiua & sic non est eadem diuisio qua conuididitur motus ad diuisionem mobilis & ad diuisionem temporis.

### Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicitur quod in genere duplex est diuisio motus quia in omni diuisione. motus vel partes motus sunt simul & hanc diuisionem capit ad extensionem mobilis. vel succedunt sibi ad unam & hanc diuisionem capit a tempore. & hec duplex diuisio conformiter reperitur in moueri et in eo cuius est motus. Ad secundam & tertiam per solutionem per dictis. Sequitur textus.

### Queritur octauo. Utrum

In motu sit dabile primum mutatum esse. Arguitur quod sic quia ubi phísicus demonstrat donec mobile esse diuisibile ipse sic dicit. dico autem primum in quod mutat secundum mutationem. ex quibus uerbis uidetur dicere quod in motu est dabile id in quod mutatum est primo mobile. Secundo sic dabile est primum non esse motus a parte post sed tale non esse est primum mutatum quia tunc non mutatur mobile & ante mutatur. ergo in motu dabile est primum mutatum esse. Tercio sic mutatum esse est terminus ipsius mutari. sed dabile est prima pars motus. ergo dabile est primum mutatum esse. Ad oppositum est phísicus in litera ubi postquam determinauit de diuisione motus. Consequenter agit de ordine partium motus inquirendo scilicet utrum in motu sit dare primum mutari sine primum mutatum esse. & primum supponit quod omnis motus est ex quodam in

quoddam & terminus a quo semper abicitur et terminus ad quem semper acquiritur.

### Conclusio prima. Necessesse

est omne mutatum esse quando mutatum est esse in termino ad quem. Pro probatione huius conclusionis supponit phísicus quod mutari & distare siue deficere idem sunt subiecto. & similiter mutatum esse & defecisse. differunt tamen ratione quia mutari dicitur per respectum ad terminum ad quem sed distare dicitur per respectum ad terminum a quo. Probatur ergo conclusio quia sicut est in mutatione secundum contradictionem ita est in aliis mutationibus. sed in mutatione secundum contradictionem quia termini sunt immutati cum sint contradictorii defecisse ab uno termino est esse in alio. cum ergo mutatum esse sit idem quod defecisse a termino a quo sequitur quod mutatum esse est in termino ad quem. & per consequens ita est in aliis mutationibus. Item cum aliquid mutatum est vel in termino a quo vel in termino ad quem vel in aliquo intermedio. non in termino a quo quia mutatum esse est defecisse a termino a quo. nec intermedio quia in eo mutat a termino ad quem. sed impossibile est aliquid si mutari & mutatum esse ipsum. ergo mutatum esse est in termino ad quem. Ex hac conclusione Sequitur primo quod omne factum quando factum est & quod corruptum est non est. patet quia terminus ad quem factio est esse & corruptio nis est non esse. Sequitur secundo quod mutatum esse supponit mutari sicut terminus ad cuius est terminus. Tercio sequitur quod sicut in motu est duplex terminus ad quem scilicet ultimus simpliciter quo habito cessat motus. & propinquus qui non est ultimus simpliciter sed solum respectu partis precedentis. ita etiam dabile est primum mutatum esse scilicet perfectum & imperfectum. & hoc scilicet imperfectum est in aliquo intermedio inter terminum a quo primum & terminum ad quem simpliciter secundum. & tale mutatum esse in completo non est secundum actum in motu sed solum secundum potentiam. & sunt infinita talia mutata esse in motu secundum potentiam sicut quilibet motus est diuisibilis in infinitas partes loquendo de partibus eiusdem proportionis & non quantitatis.

### Conclusio secunda mutatum

esse est in diuisibili temporis. patet quia si non sit ita detur tempus diuisibile in quo aliquid mutatum est & sit. a. c. cuius una pars sit. a. b. & alia sit. b. c. aut ergo id quod mutatum est in tempore a. c. mutatum est in qualibet parte eius aut in neutra. vel in una mutatur & in alia mutatum est si primum sequeretur quod mutatum est prius in

hoc non quia tūc in eodē nūc esset in .a. et in .b. qđ ē impossibile. g. in alio et i alio nūc ē i .a. et i .b. Sed inter quecunq; duo nūc mediat tempus. ergo dum mutatum est in .b. prius mutabatur i illo tempore intermedio. quare ante omne mutatum esse in .b. erat mutari. et cum tempus ad huc intermedium diuisibile sit. et diuisio temporis fiat in nūc sequitur qđ ante mutatum esse in nūc distinguente partes illius temporis ē mutari in parte precedenti. et cum non sit dabile primum nūc anteqđ sit aliqua pars temporis sequitur qđ non est dabile mutatum esse nisi ante ipsum sit mutari. Et si arguitur de generatione et corruptione que non mensurantur tempore et sic non videtur qđ ante genitū esse sit generari. Dicitur qđ generatio et corruptio si sumantur secundum suas rationes mensurantur in instanti temporis. et ita generari et genitū esse similesunt. si tamen capiantur secundum esse qđ habēt in materia secundū quem motum habent altera rationem sibi adiūctam sic tempore mensurantur et hoc modo intelligit pbūs cum dicit. omne qđ genitum est prius generabatur et qđ prius corruptum est prius corrumpebatur. quia omne quod alteratur alterabatur prius. qđ hoc modo capit generatio non solum pro receptione forme i materia iam disposita. sed pro tota transmutatione ad formam que includit dispositiones materie.

Secundo patet conclusio ex parte magnitudinis quia omnis magnitudo est in infinitum diuisibilis et sic nō est in ea dabilis pars prima. ergo nec potest dari prius mutari in motu. et si militer ostenderetur conclusio in aliis motibus. Synoq; ostenduntur iste conclusiones in motu facto supra magnitudinem qđ magnitudo est p se diuisibilis. qualitas autem per accidens solum. unde ut ait pbūs iste conclusiones in aliis principis fundantur qđ impossibile est in continuo diuisibile esse indiuisibile immediate coniunctum. et hoc modo omne continuum in infinitum est diuisibile. cum ergo motus quilibet continuus sit in infinitum diuisibilis et sic nō est dabilis prima pars motus. ideo nec terminus prime partis quare non est dare primum mutari nec prius mutatum esse. et per consequens ante mutari est mutatum esse et contra.

### Ad rationes ante oppositū

Ad primam conceditur qđ potest dari prima medietas extra qđ totum nichil est de motu diuidēdo motum per partes eiusdem quantitatis. sed illa medietas non est simpliciter prima pars qđ diuisibilis est et sic dabilis est pars prior ipsa. primo quacumq; parte data in motu dabilis ē prior. Ad secundam dicitur qđ in motu a parte ante non est dabilis terminus positius in quo sit verū dicere qđ mobile primo mouetur in quo

mutatus est. licet sit bene dabile nunc quod est a parte ante terminus temporis mensurantis. s; in illo nunc mobile nec mouetur nec mutatum est sed incipit moueri. Ad terciā dicitur qđ conceditur qđ mutatus esse est terminus illi; mutari qđ est via ad ipsū. nec precedit illud mutari. sed quia illud mutari est diuisibile. ideo mutatum esse quod est terminus partis precedentis mutari precedit sequentem illius mutatum esse. Sequitur textus.

### Queritur decimo. vtrum

Magnitudo et mobile motus et tempus consimiliter se habeant ad esse finitum vel infinitum. Arguitur qđ non quia motus celi est infinitus tempore. et tamen tam mobile. scilicet celum qđ spaciū transitum finita sunt ergo. Secundo qđ sic hoc dicit qđ mobile in maiori tempore maius spaciū transit. sed hoc non est verum ut patet in diuersis mobilibus quoz vnus alio velocius mouetur. et similiter in eodem mobili moto per diuersa media in densitate et raritate. Tercio sic ista quatuor sunt ad inuicem separata et distincta. ergo ad finitatem et infinitatem vnus non sequeretur finitas vel infinitas alterius. Ad oppositum arguitur per philosophum in textu. Pro Responsione.

### Sciendum est primo qđ post

qđ pbūs determinauit de diuisione motus et eorum que motui similiter conuidentur. Cōsequenter ostendit qualiter motus et ea que sibi conuidentur similiter se habeant ad esse finitū et infinitū premittens duas suppositiones. Prima est qđ omnis motus est in tempore. Secunda est qđ idē mobile regulariter motus in maiori tempore maius spaciū transit. et debet intelligi de spacio non resumpto. licet enim celum tempore infinito moueatur hoc tamen contingit qđ reiterat spaciū quod prius transiit. debet etiā intelligi vbi minor spaciū est pars maioris sic qđ nō differt ab eo per rationem et sensum. sed solus per magis et minus et per hoc solvuntur due prime rationes ante oppositum. Tunc sit.

### Conclusio prima. Tempore

infinito transiri non potest magnitudo finita. nec magnitudo infinita tempore finito quare si vnus est infinitum et reliquum et si vnus est finitum et reliquus. hanc conclusionem diffuse deducit Aristoteles in presenti capitulo et cum prius posita fuerit pro nunc dimittitur repetitio probationis conclusionis.

### Conclusio secunda: Tempore

et magnitudine finitis necesse est mobile esse

finitum. Probatum quia cum mobile non transit subito magnitudinem sed successiue sequitur & prima pars mobilis prius transit vnam partem magnitudinis & secunda & secunda & tertia & sic deinceps. ergo cum totum mobile tempore finito pertranseat primam partem magnitudinis. sequitur & ipsius mobilis non possunt esse partes infinite & per consequens neque mobile potest esse infinitum. Si enim partes mobilis essent infinite non possent transire primam partem magnitudinis tempore finito quia cum illa transeant ab eadem transeuntur. modo magnitudo infinita tempore finito transiri non potest. vt dicitur prima conclusio. sic ergo tempore & magnitudine finita necesse est mobile finitum esse. Et eodem modo probaretur sua conuersa. scilicet mobili existeret finito necesse est magnitudinem & tempus esse finita. nam hoc est vna regula & si vna magnitudo infra aliam moueatur sic & alia quiescat eque cito se inuicem pertranseunt ille due magnitudines ita & si magnitudo mota pertranseat quiescentem in aliquo tempore in eodem tempore ab eadem pertransitur. si ergo mobile sit finitum & magnitudo infinita ponatur ergo ipsum mobile quiescere & magnitudo moueri infra ipsum tunc fieret argumentum sicut factum est nunc. Item cum mobile pertranseat aliquam magnitudinem. prima pars mobilis prius attingit terminum magnitudinis & secunda & secunda & tertia. & sic deinceps. ergo si totum mobile pertingit ad terminum magnitudinis tempore infinito. sequitur & prima pars mobilis prius pertingit ad eundem terminum tempore finito. & sic argueretur de secunda & tertia & sic deinceps. oportet ergo si totum mobile pertingat ad terminum magnitudinis tempore finito & eius partes mobilis sint finite vt supponit conclusio que ponit mobile esse finitum. sequitur etiam & partes temporis quibus omnes partes mobilis huiusmodi terminum attingunt erunt finite. & per consequens tempus quo totum mobile pertingit ad terminum erit finitum. sed si tempus est finitum necesse est magnitudinem esse finitam. vt dicebat prima conclusio. si ergo mobile est finitum necesse est magnitudinem & tempus esse finita.

**Conclusio tertia.** mobile siue finitum siue infinitum tempore infinito moueri non potest. patet satis de mobili finito in ratione immediate facta. sed de infinito patet quia nunquam completer suum motum. modo quod impossibile est factum esse impossibile est fieri. & sic impossibile est mobile infinitum tempore infinito moueri.

**Conclusio quarta.** Tempore

& mobili existentibus finitis necesse est motum finitum esse. Probatum quia magnitudo & motus consimiliter se habent ad esse finitum & infinitum quia quantum est spatium pertransitum tantum oportet esse motum. ideo dicit Aristoteles quod nichil differt motum aut magnitudinem infinitam facere. sed magnitudo ad esse finitum vel infinitum consimiliter se habent ad tempus & mobile vt probatum est. ergo etiam motus consimiliter se habebit. Ex quo patet conclusio responsio sua & illa quatuor consimiliter se habent ad esse finitum & infinitum.

**Ad rationes ante oppositu**

Ad primam et secundam patet solutio ex dictis. Ad tertiam dicitur quod quibus illa quatuor sunt realiter distincta. tamen quantum ad esse quantum et continuum habent necessariam connexionem et habitudinem ad inuicem quia motus suam continuitatem capit a magnitudine et tempus a motu vt dictum est in 4. ideo etiam quo ad esse diuisibile et quo ad esse finitum et infinitum habent ad inuicem connexionem et habitudines.

Sequitur textus.

**Queritur vndecimo. vtrius**

In statu et quiete datur primum. Arguitur quod sic. quia dabile est primum non esse motus a parte posit. sed in illo instanti mobile non mouetur & a parte ante mouebatur. ergo in illo instanti primo ita et quiescat ergo in statu et quiete potest dari primum. Ad oppositum arguitur per philosophum in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo quod post**

Aristoteles egit de diuisione motus et ortu in e partium eius. Consequenter agit de diuisione in statum et quietem et de diuisione partium eorum tandem

**Sciendum est Secundo. quod**

per statum in proposito non intelligit quies sed generatio quietis siue tendentia ad quietem. in communi vsu dicimus hominem stare quia relictus est et non sedentem aut iacentem. Verumtamen motus et status sic differunt quia motus dicit respectus ad quies. status vero dicit respectum ad quietem in illo termino. Item motus importat respectus ad illud quod adhuc est acquirendum quia nichil mouetur ad id quod iam habet. sed status dicit habitudines ad id quod iam habitum est quia importat habitudinem ad quietem. & autem quiescit quiescit sub iam habito et non habendo. sic ergo motus et status idem sunt realiter. differunt tamen ratione & hoc est quod dicitur est in fine quinti libri. & generatio

sunt due magnitudines mote contra se inuicem  
 z tercia quiescens. modo regula est si aliqua. du  
 q contra se inuicem moneantur citius in duplo  
 se inuicem absoluunt q si vnum moueretur z a  
 liud quiesceret z hoc supposita equali velocitas  
 se. Ad quintaz respondet Aristoteles q mo  
 bile dum mouetur secunduz se totum est in neu  
 tro terminoz. quia cum omne quod mouetur e  
 diuisibile secundum vnam partez est in vno ter  
 mino z alia in alio. sed hec responsio est ad ho  
 nozem quia contingit aliquod totuz simul mu  
 tari de vno termino in alteruz z non partez post  
 partem. Ideo in 8<sup>o</sup> huius aliter soluit p<sup>h</sup>is di  
 cens q in mutatione secundum formam que est  
 inter extrema inter que non est medium instans  
 mutationis attribuendum est posteriori mutati  
 oni hoc est termino ad quez. sicut in mutatione  
 secundum substantiam res dum generatur est.  
 et dum consumitur non est. sed in generatione  
 secundum quid vt cum aliquid mutatur de n<sup>o</sup>  
 albo in albus. si consideratur talis mutatio sub  
 ratione mutationis z non motus etiam instans  
 mutationi attribuendum est posteriori mutatio  
 ni tamen quia talis mutatio realiter e motus.  
 nec est simpliciter inter contradictoria ymo inter  
 contraria inter que est medium. ideo quod mu  
 tatur tali mutatione dum mutatur est realiter in  
 medio inter terminum a quo z terminum ad qz  
 quod quidem medium participat naturaz vtr  
 usqz termini. Ad sextaz dicitur q celum secu  
 dum se totum non mutat locum subiecto sed ra  
 tione tantum. tamen quelibet pars subiecto et  
 ratione mutat locum. non quidem locum totuz  
 sed partis zc.

**Queritur tridecimo vtrum**

impartibile possit moueri. Arguitur q sic qz  
 sortes per se est vnum indiuisibile. z potest per se  
 moueri ergo. zc. Secundo sic puncta sunt in  
 diuisibilia z tamen mouentur motis corporib<sup>9</sup>  
 in quibus sunt z similiter albedo z nigredo. z a  
 nima rationalis que omnia sunt indiuisibilia z  
 tamen mouentur motis corporibus in quibus  
 sunt ergo. Tercio sic intellectus noster moue  
 tur de ignorantia ad scienciam z voluntas nos  
 tra de viciis ad virtutes z tamen indiuisibiles  
 sunt ergo. Ad oppositum est p<sup>h</sup>is in textu.

Pro Responsione.

**Sciendum est p<sup>2</sup> imo. q post**

q Aristoteles remouit errorem Zenonis solu  
 do rationes eius. Consequenter procedit cōtra  
 democritum ponentem athomos posse moueri  
 z demonstrat impartibile non posse moueri. Et  
 deinde contra Heraclituz qui posuit corpora p<sup>h</sup>i  
 sica esse in continua transmutatione. demōstrat

etiam nullam transmutationem esse infinitam.

**Sciendum est Secundo. q**

Aliquid contingit esse impartibile se i indiuis  
 bile dupliciter. Uno modo secundum species  
 z formam. licet diuisibile sit secundum quantu  
 tatem vt sortes. Alio modo dicitur indiuis  
 bile secundum quantitates vt punctus vel vni  
 tas z de tali hic loquitur p<sup>h</sup>is.

**Sciendum est tercio q**

Aliquid dicitur moueri dupliciter. Uno modo per  
 se vt quodcumqz corpus p<sup>h</sup>sicum. Alio modo  
 per accidens et hoc dupliciter. Uno modo alu  
 quid mouetur per accidens quod tamen est per  
 se natum moueri vt partes integrales alius  
 corporis. Alio modo aliquid mouetur per acci  
 dens quod tamen non est natum per se moueri  
 vt albedo nigredo z cetera qualitates et forme  
 substantiales linee superficies puncta z huius  
 modi que non sunt partes actu integrales sine  
 integrantes aliquod totum integrale. zc.

**Conclusio prima. Indiuis**

bile secundum formam z speciem. z indiuisibile  
 secundum quantitatem per se mouetur qz  
 conclusio per primaz rationem ate oppositum.

**Conclusio secunda. Indiuis**

bile secundum quantitatem per se moueri non  
 potest. licet bene per accidens. Probatur tribus  
 rationibus p<sup>h</sup>i. Prima est si impartibile po  
 sset moueri tunc moueretur ex. a. b. in. b. c. vel ex  
 go cum moueretur est totum in. a. b. vel totum i  
 b. c. vel habet partem in. a. b. et partem in. b. c.  
 non potest dici tertium quia indiuisibile esset  
 diuisibile. nec secundum quia dum mobile secun  
 dum se totum est in termino ad quem non plus  
 mouetur sed motus est. nec primum quia dum  
 aliquid secundum se totuz est in termino a quo  
 nondū mouetur sed quiescit. nec differt i propo  
 sito an. a. b. z. b. c. captantur vt loca distincta in  
 motu locali vel vt quantitas in augmento z de  
 cremento vel vt quantitas vt in alteratione. quo  
 nam similiter in omnibus ratio procedit.

Secunda ratio impossibile est in motu loca  
 li mobile transire spacium maius se quam p<sup>h</sup>is  
 transeat equale sibi vel minus. sed indiuisibile  
 non potest transire minus se quia iam esset diu  
 sibile. ergo si moueatur localiter transibit equa  
 le sibi. z si moueatur per aliquas totam lineam  
 motus erit equalis linee quia numerabit z me  
 surabit totam lineam per puncta indiuisibilia z  
 per consequens linea erit composita ex punctis  
 quod est improbatum. nō potest ergo indiuisibile  
 moueri localiter. ergo nec alio motu. Tercia  
 ratio omne quod mouetur in tempore mouet  
 sed in omni tempore in quo aliquid mouetur e



oare maius in quo etiam maius mobile primo peringit ad signum quam ipsam totum suppo-  
 sita equali velocitate. sicut videmus partem ali-  
 cuius totius prius peruenire ad aliquod signum  
 quam ipsum totum. ergo si indivisibile mouea-  
 tur cum moueatur in tempore erit dare minus a  
 liquo impartibile quod prius pertingeret ad  
 terminum ad quem quam totum. et sic erit mi-  
 nus indivisibili et minimo. vel dicetur indivisi-  
 bile non est minimum et sic erit divisibile. ergo si  
 possibile est indivisibile per se moueri. nec potest  
 dici q moueatur in nunc quia oporteret tempus  
 componi ex ipsis nunc et motum ex momentis.

Secunda pars p3 ex dictis. Sed contra  
 Eractum iterum dicendum q mutatio aliqua  
 potest dici infinita dupliciter. Uno modo se-  
 cundum speciem quia sc3 non fit infra presens  
 et determinatos terminos nam motus capit spe-  
 ciem a terminis. sed alio modo potest dici infini-  
 ta secundum tempus et hoc dupliciter. Uno  
 modo q sit vna et eadem mutatio in numero z  
 secundum rationem sit infinite durationis.

Alio modo quia mutatio sit infinita per conti-  
 nuam successione plurium mutationum distic-  
 tarum aut secundum speciem aut secundum nu-  
 merum. Uterius est sciendum q mutatio-  
 nes sunt in duplici differencia quedam sunt ad  
 formam vt que sunt ad substantiam quantita-  
 tem et qualitates. Alie sunt mutationes ad  
 vbi et sic differunt quia omnis mutatio ad for-  
 mam est inter certos terminos secundum natu-  
 ram. ideo est inter contradictoria aut contraria  
 simpliciter. sed in motu locali etiam reperitur i  
 quibusdam maxima distancia secundum natu-  
 ram vt in motibus naturalibus grauium et les-  
 uium. ideo est ibi contrarietas simpliciter quia  
 non mouentur secundum vltimum sui posse. s3  
 in motibus voluntariis z violentis non reperi-  
 tur maxima distancia simpliciter inter terminos  
 illorum motuum. sed solum secundum quid sc3  
 secundum q vult aut non potest mouens moue-  
 re ad maiorem distanciam. ideo ad ostendendu  
 finitatem in illis motibus alia ratione videtur  
 Aristoteles quam in aliis. Tunc sit

**Conclusio prima.** Contra-  
 Eractum omnis mutatio ad formam finita est  
 secundum speciem. Probatum quia omnis ta-  
 lis est inter contraria vel inter contradictoria. s3  
 contradictio vel contrarietas est inter terminos  
 determinatos et non inter quoscunq3 indifferē-  
 ter seu indifferenter. ergo omnis mutatio ad for-  
 mam finita est et secundum speciem. Et eodē me-  
 dio sequitur q est finita secundum durationem  
 quia inter contraria vel contradictoria est maxi-  
 ma distancia. ergo finita est. ergo omne mobile

ad formam tempore finito transit de termino a  
 quo ad terminum ad quem.

**Conclusio secunda.** Contra-  
 Eractum impossibile est motus naturales esse  
 infinitos secundum speciem vel durationem.

Probatum vt precedens. quia tales sunt inter cō-  
 traria vel inter contradictoria simpliciter et secu-  
 dum naturam.

**Conclusio Tercia.** Impossi-  
 bile est quemcunq3 motum localem esse infinitum  
 secundum speciem sine secundum durationem z  
 hoc loquēdo de vno motu in numero. patet qz  
 si aliquis talis motus esset infinitus numquam  
 mobile haberet mutatum esse. sed quod impossi-  
 bile est factum esse impossibile est fieri quia fac-  
 tum esse est finis ipsius fieri. modo si finis est im-  
 possibilis ea que sunt ad fines sunt impossibilia  
 ergo vnus motus in numero non potest esse in-  
 finitus.

**Conclusio quarta:** mutatio-  
 nes possunt esse infinite secundum tempus per  
 successiones plurium mutationum sine distincta-  
 rum secundum speciem vt generationes et cor-  
 ruptiones perpetue possunt esse infinite. siue sc3  
 numerus vt completa vna circulariōe celestis sibi  
 subseruit alia tamen circulariōe vna infinita est.  
 nulla etiam generatio aut corruptio est infinita  
 secundum tempus quare conclusio vera est.

**Ad rationes ante opposituz**  
 Ad primam et ad secundam patet solutio ex dic-  
 tis. Ad terciam dicitur q illi non sunt mor-  
 nisi metaphorice dicti. z hic intelligitur de mo-  
 tu proprie dicto qui est phificus siue sit motus si-  
 ue mutatio. Et hec de toto sexto phificorum.

Sequitur liber Septimus.

Omne autem quod moue-  
 tur necesse est ab aliquo mo-  
 ueri. et cetera.

**I**ntra septimum  
Librum phisico-  
rum Queritur  
primo. Utrum  
Omne quod mo-  
uetur ab aliquo  
moueat. Et

arguitur primo quod non animata mouentur a se ipsis nisi per hoc distinguitur ab inanimatis. g. 2. r. d.

Secundo sic graue sursum supra trabem delectum gravitate sua frangens trabem mouetur deorsum et non ab alio. ergo a se ipso. Ad oppositum arguitur per Aristotelem in primo capitulo primi tractatus huius septimi phisicorum. Pro Responsione.

**Sciendum est primo quod postquam philosophus determinauit de motu secundum se et consequentibus motum ipsum. et de suis partibus tam subiectiuis quam integralibus. Consequenter in hoc septimo tractat de motu in comparatione ad mouentia et mobilia ostendendo quod non est procedere in infinitum in motibus et mouentibus et motis. sed est dare primum motorem. primum mobile et primum motum. et quia ad determinationem huius ostendere an aliquid a se moueatur aut non. ideo hac questionem primo terminat Aristoteles. et quia illa que sunt unius ordinis comparabilia sunt ideo ob hoc in secundo tractatu huius libri agit de comparatione motuum. et deinde ostendit in octauo quis et qualis sit primus motus et primum motor. et hec est intentio residui huius operis**

**Sciendum est Secundo. quod circa hanc questionem contradicere voluit Galienus Aristoteli in quodam tractatu ubi dicit animal a se et per se moueri quoniam mouetur a calore naturali qui est aliquid de substantia animalis. sed quod ab aliquo sue substantie mouetur a se et per se mouetur. et sic concluderat animal a se et per se moueri. sed deceptus fuit Galienus in equiuocatione huius quod est per se. Opponitur autem per se ad per accidens et sic est idem per se quod essentialiter. et isto modo verum est animal a se et per se moueri. opponitur etiam per se ad per aliud ut idem sit per se quod primo et sic non mouetur animal a se et per se sic quod primo**

**Sciendum est Tercio. quod**

ut dicit philosophus in hiis que mouentur ab aliquo extrinseco sicut sunt violenter mota in hiis facile est videre quod ab alio moueantur. sed in hiis que habent in se ipsis principium mouendi intrinsecus difficultas est. quoniam in ipsis difficile est videre partem mouentem et partem motam. et per hoc decipiuntur opinando talia moueri a se ipsis per se primo. Et simile est ut dicit Aristoteles ac si diceremus totum mobile d. e. z. cuius una pars scilicet. d. e. aliam mouere ad per se primo moueri. cum tamen ita non sit licet ita oppuniari contingat. quia ut dictum est quandoque pars mouens non percipitur distinguere a parte mota. sic enim contingit decipi in animatis corporibus que ab aliquibus creduntur a se primo moueri quia non percipiunt distinctionem partis mouentis a parte mota cum tamen inter illas partes sit distinctio. ideo non mouetur totum animal a se ipso. sed denominatur mouere se ratione unius partis et moueri a se ratione alterius. ideo non mouetur a se primo. Tunc sit.

**Conclusio prima. Licet**

aliquid mouetur a se per accidens siue per alterum. tamen nichil mouetur per se a se primo. pro cuius probatione ponit philosophus duas suppositiones. Prima est quod si aliquid a se ipso primo moueatur nullo modo pausabit. i. quiescet altero quiescente in causando alterum. quia quod conuenit alicui primo non conuenit sibi per alterum. ideo per ablationem cuiuscumque alterius non potest ab eo auferri. Ex hac suppositione sequitur alia que sumitur a destructione consequentis prime suppositionis ad destructionem antecedentis scilicet quod si aliquid quiescit altero quiescente illud non mouetur a se per se primo. Tunc arguitur sic nichil quod pausat ad quietem alterius mouetur a se per se primo. sed omne mobile quiescit altero quiescente scilicet aliqua parte eius que est altera a toto. ergo nullum mobile mouetur a se per se primo.

Minor probatur quia ponatur aliquod mobile a se et per se primo moueri et sit. a. b. et datur per. c. nam omne mobile est diuisibile. vel ergo parte. b. c. quiescente totum. a. b. quiescat ut non. si dicatur quod non tunc totum non mouetur primo sed solum gracia partis. ergo. b. c. quiescente oportet totum. a. b. quiescere. sed. b. c. est alterum a toto quia pars est altera a toto. ergo totum. a. b. quiescat altero quiescente. et per consequens non mouetur a se primo et per se. Et si militer arguitur de omni mobili quod omne mobile est diuisibile et parte quiescente necesse est totum quiescere

quia si dicatur ad hoc totum moueri vna parte  
quiescente de c erit ratione vnius partis. g<sup>o</sup> nō  
mouetur primo a se ipso.

**Dubitatur primo.**

**An**

demonstratio dicta sit a priori. Respōdet  
cōmentator et Auicenna q̄ non. sed solum vt  
dictum est demōstrō a signo. aliquid enim quiesce  
re ad quietem sue partis non est causa q̄ non  
mouetur a se primo. sed est signū huius. S; vi  
datur dicere sanctus Thomas q̄ sit demonstras  
tio a priori assumens causam huius quod est  
nō moueri a se primo. Ubi est aduertendū  
q̄ aliquid mouere se primo est ipsum esse per se  
primo sibi causam motus. quod autem est per  
se causa alicuius oportet q̄ illud primo sibi con  
ueniat. quia primum in quolibet genere est cau  
sa omnium eorum que sunt post. vt ignis qui si  
bi et alius est causa caloris est primo calidus. In  
secto autem huius ostensum est. q̄ in motu nō  
est dabile primum nec ex parte temporis nec ex  
parte magnitudinis nec ex parte mobilis prop  
ter eorum diuisibilitatem in infinitum. ideo nō  
est dabile primum mobile cui primo conueniat  
motus. quia motus totius descendit a motu  
partium que sunt priores toto. et quia non est da  
re priorem partem mobilis. ideo non est dare a  
licuius cui primo conueniat motus. Sic ergo os  
tendit Aristoteles nichil mouere se primo quia  
non est dabile primum mobile cui primo. conue  
niat motus. sicut diceremus q̄ nullum mobile  
est primum ens quia esse totius dependet ex par  
tibus que sunt priores toto. ideo Aristoteles po  
nit hanc conditionalem q̄ si pars non mouere  
tur totum non moueretur. sicut hec conditiona  
lis esset vera si pars non esset alba nec totum.  
quare est argumentum a causa ad effectum cui  
arguitur. sic parte cuiuslibet mobilis quiescente  
totum non mouetur. ergo nullum mobile moue  
tur a se ipso primo. Ob hoc licet Plato posuerit  
animam a se primo moueri cum se amat aut in  
telligit tamen posuit nullum corporeum a se ip  
so posse primo moueri. nec contradicit Aristote  
li ponendo animam a se moueri quia Plato d  
nem operationē a se vt velle et intelligere vocat  
motum. sed in presenti capit Aristoteles motum  
proprie vt ipse est actus entis in potencia.  
Sed contra demonstrationem Aristotelis argu  
it Auicenna dicens q̄ procedit ex quodam im  
possibili quia ibi supponit Aristoteles q̄ cuius  
libet mobilis aliqua pars quiescere potest q̄ est  
impossibile de celo. Respondent aliqui q̄ licet  
parti alicuius mobilis secundum q̄ est determi  
nate speciei et nature repugnet quiescere. non ta  
men repugnat parti alicuius mobilis secundum  
q̄ mobile est in communi quia mobili secundum

q̄ mobile est non repugnat quiescere. licet ei re  
pugnet secundum q̄ est tale mobile. Sed repli  
cat Auicenna quia si predicatum alicuius p<sup>o</sup>  
positionis repugnet subiecto ratione forme speci  
fice quantum non ratione generis nichilomin<sup>o</sup>  
illa est falsa et impossibilis. vt hec ē falsa homo  
est irrationalis quantum homini secundum q̄ ē  
animal non repugnet esse irrationalis. Ideo ali  
ter respondet Auicenna q̄ aliqua condicionalis  
est vera et necessaria cuius tamen antecedens et  
cōsequens sunt impossibilia. vt illa si homo est  
asinus homo est irrationalis. modo vt patet in  
textu demonstratio non ponit partem cuiuslibet  
mobilis posse quiescere. sed conditionaliter lo  
quitur dicens equialenter q̄ si pars alicuius  
mobilis quecumq; sit illa quiescat necesse est to  
tum quiescere sic q̄ totum non mouebitur. nam  
si vna pars quiescat iam totum non mouebit  
tur.

**Ad rationes ante oppositū**

Ad primam patet solutio ex dictis. Ad  
secundam dicitur q̄ illo casu graue mouetur a  
se secundum accidens in quantum accidit sibi  
met remouere prohibens s; per se mouetur a ge  
nerante vt in octauo patebit.

Sequitur textus.

**Queritur secundo. Utrum**

In mouentibus et motis sit processus in infini  
tum. Et arguitur primo q̄ sic quia omne  
mouens phisicum mouetur quia mouentia nō  
mota non sunt amplius phisice consideratio  
nis. sed omne quod mouetur ab alio mouetur  
vt ostensum est. ergo in mouentibus et motis  
phisicis est processus in infinitum. Secundo  
sic generationes et corruptiones sunt infinite.  
ergo generata et generantia corrupta et corrup  
tenta erunt infinita et per consequens mouen  
tia et mota. Ad oppositum arguitur per  
philosophum in secundo capitulo primi tracta  
tus huius septimi sic dicentem. quoniam anteq  
omne quod mouetur ab alio mouetur vt mo  
uens. ergo ab alio quoniam est et ipsum moue  
tur. et dico tamen ab altero non autem in infini  
tum abibit sed stabit alicubi et sic erit aliquid  
quod primo erit causa motus.

**Sciendum est primo q̄ post**

quam Aristoteles demonstrauit omne mobile  
ab alio moueri. Consequenter ostendit sibi  
principale intentum videlicet q̄ in ordine mobi  
lium deueniendum est ad vnum primum et sumi  
liter in ordine motuum. ergo in ordine mouenti  
um erit vnum primum mouens.

**Sciendum est Secundo<sup>o</sup> q**

aliter ostendit Aristoteles esse statum in causis mouentibus hic et in secundo methaphisice. nā hic agit de ipsis secundum ordinem quem habent ad motus quantus ad principia eius. ideo ex parte motus concludit huiusmodi statum ostendendo q est vnum primum mobile. vnus primus motus. et vnus primus motor. sed in secundo methaphisice considerat causas efficientes in ratione efficientium absolute. et ideo statum concludit in quantum sunt efficientes tali medio. quia si non est dare primum efficiens cū secundum non efficiat nisi in ratione siue virtute primi sequit q nō efficeret. et hoc habet veritatem in essentialiter subordinatis in quibus secundum habet a primo q sit et q sit efficiens. ergo cessante primo cessat secundum licet non e conuerso. s; in accidentaliter subordinatis istud non est verus quia secundus non habet a primo q sit et sit efficiens. ideo potest causare non cessante primo. ideo secundum istud dicitur q in causis accidentaliter subordinatis nō repugnat processus in infinitum. sed aliunde repugnat. qz que sunt accidentaliter subordinata in vno ordine. essentialiter ordinantur in alio. et secundū hoc repugnat eis abire in infinitum. et q dicitur de efficientibus potest dici de aliis causis.

Tunc sit.

**Conclusio responsalis ad. q:**

In mouentibus et motis non est processus in infinitum. sed dandum est vnum primum mobile et vnu primum mouens intelligendo in essentialiter subordinatis. Pro cuius probatione supponit pbis q si aliquid mouetur ab aliquo p hoc q ipsum mouens mouetur tunc motus eoz erunt siml. vt si. a. moueretur a. b. per hoc q motus. b. mouetur illi motus erunt siml. Probatur ergo conclusio. quia si non concedatur et detur oppositum et ponatur q. a. moueatur a. b. et b. ab ipso. c. et. c. ab ipso. d. et sic in infinitum. de inde accipiatur motus cuiuslibet et sit motus. a. b. e. et motus. b. i. et motus. c. d. sunt. 3. e. quia ergo ipsum. a. finitum est motus eius est finitus et licet ponantur infinita mobilia quodlibet tamen est finitum. et sic motus cuiuslibet est finit<sup>o</sup> ergo erunt in tempore finito vt probatum est in sexto. sit ergo tēpus in quo mouetur. a. 3. b. tunc arguatur sic per suppositionem factam. cum motus ipsius. a. simul est motus ipsius. b. et sic de aliis omnibus que infinita sunt. ergo cum motus ipsius. a. sit in tempore finito quod est. 3. b. sequitur q in illo tempore finito est infinitus motus illorum infinitorum mobiliū. nec differt an motus eorum sint eque veloces vel non. S; quia hec deductio cōcludere videtur q mo-

tus infinitus sit in tempore finito. non tamen propter ea que in ea expresse posita sunt efficaciter concludit. sed solum efficaciter videtur concludere q in tempore finito erunt infiniti motus infinitorum mobiliū quod non videtur inōueniens nec reprobatum est in sexto huius. sed solum q in tempore finito non potest esse infinitus vnus motus. ideo superaddit Aristoteles id vnde efficaciaz habeat dicta de eo scz q omne mouens simul est cum moto. quare si sunt infinita mouentia et mobilia sic ordinata vt suppositum est possunt ad inuicem cōtinuari. ergo ex ipsis fiet vna magnitudo infinita. et ex motibus eorum fiet vnus motus infinitus et continuus qui erit in tempore finito. et quia hoc est impossibile sequitur q impossibile est esse infinita mouentia et mobilia essentialiter subordinata. Sed contra istud superadditum obiatur. si essent infinita mouentia et mobilia essentialiter subordinata adhuc specie different ad inuicem. ergo cōtinuari non possunt quamuis vnum alteri esset contiguum. Respondetur q licet illis mouentibus et mobilibus ratione suarum formarū specificarum repugnet continuari et facere vnu. tamen in quantum mobilia ipsis non repugnet. Et hic agitur de mobili in communi et non contracto ad aliquam speciem. et ibi demonstratur de mouentibus sub ratione communi eorum et non sub rationibus cōtractis. quare in ipsis nō est procedere in infinitum. ideo ponit Aristoteles accipere illa infinita mobilia et mouentia ad inuicem posse continuari. quo supposito sequitur impossibile illatum. Et cum possibili posito in esse nullus sequitur impossibile. tunc illud impossibile illatum non sequitur ex illo contingenti posito in esse scz q illa mouentia et mobilia continuantur. et licet sequatur ex illo assumpto scz q sunt infinita. ergo impossibile est q sint infinita mouentia mobilia. et sic patet qualiter ex parte motus concludit Aristoteles status esse in mouentibus et motis essentialiter subordinatis. Et si in eis est status ita et in aliis. nam licet si vnus mouens accideret et ordinaretur accidentaliter ad aliud vt vnus est generans ad alius. tamen que habent accidentalem ordinem inter se habent essentialiter ordinem ad ali quod mouens vt quilibet homo generans ad solem. Unde vniuersaliter concludi potest q in mouentibus et motis non est processus in infinitum. Sed iterum potest argui contra illud quod dicitur q in per se ordinatis cessante primo cessat secundum. Nam vt narrat Albertus visus est aries qui post decisionē capitis cessante siue quiescente adhuc modicum ambulabat cum tamen in illo capite sit principium motus. Rectat etiam de acada que post decisionem

capitis modicum cantavit. Respondetur qd in illis mouentibus quandoq; bene unpuntur a illa virtus per quam moueri possunt quiescente primo. nunq; tamen incipiunt moueri nisi per virtutem mouentem primi.

Ad rationes ante opposituz

Ad primā conceditur qd omne mouens pbi sicum mouetur. nec inde sequitur qd in mouenti bus pbi sicis procedatur in infinitum quia da tur vnum primum mouens mobile. quod lz nō moueatur a se primo. tamē mouetur a se per als terum et illud est celum. sed primū mouens sim pliciter non mouetur a se nec ab alio nec per se nec per accidens et illud est considerationis pbi fici in ratione mouentis acceptum. Ad secū dam conceditur qd generationes et corruptiones suā in infinite non simul sed per successiones pluri tum individuorum accidentaliter et essentialiter subordinatarum. ideo in ipsis bene est infinituz non secundum actum sed secundum potentiam successi onis.

Queritur Tercio. Utrum

Omne mouens simul sit cum eo quod mouetur Et arguitur qd non quia celum mouet hec in teriora et tamen non est simul cum ipsis ergo.

Secundo sic color mouet visum et tamen non est simul cum visu ergo qd. Tercio sic quidam pñcis stupor vocatus stupescit manum piscatoris quauis rebe interponatur et sic nō est simul. ergo non omne mouens est simul cum moto. Ad oppositum est Aristoteles sic di cens. Primum autem mouens non sicut quod cuius est causa. sed vñ pñcipium motus simul est cum eo quod mouetur.

Pro responsione.

Sciendum est primo. qd post

quam Aristoteles ostendit esse statum in mouē tibuz et motis. Dic consequenter ostendit vnum quod in illa probatione supposuerat scz qd omne mouens simul est cum moto. supponen do tamen qd duplex est mouens. nam quoddaz est metaphonicuz vt est finis. et tale quandoq; distans est ab eo quod mouetur nec propter hoc impeditur motio eius. et de tali non est ad pro positum. Aliud est mouens proprie dictum qd est principium vnde motus. quod est duplex. Nam quoddam est immediatum et de isto intel ligitur hic. Aliud est remotum et de isto non in telligitur. ideo dicit textus. Primum autem mo uens. i. proximum non sicut cuius causa. i. non sicut finis. sed vt vnde principium quod est effi ciens simul est cum eo quod mouetur sine sint q dam que sint in eodem loco adequate aut sunt

secunduz tempus sed sic sunt simul quod nichil mediat inter mouens et motum sed sunt coms posita.

Sciendum est Secundo. qd

tantum sunt tres species motus proprie dicti vt habetur in Quinto. scz motus ad quantitatem motus ad qualitatem et motus ad vbi qui di citur loci mutatio. De generatione autem et cor ruptione ad presens non fit mensio quia nō sūt proprie motus sed termini motus scz alteratio nes. ideo dum probatum fuit qd in alteratione alterans simul est cum alterato sufficienter probatum est in generatione et corruptione qd scilz generans simul est cum genito et corruptens cum corrupto. et quia motus localis est primus omi num motuz vt probatur in octauo. ideo Aristo teles primo probat propositum suum in motu locali.

motus localis.

Sciendum est tercio qd omis

motus localis aut est a principio intrinseco ita qd illud quod mouetur a se ipso mouetur lz non primo. aut a principio extrinseco ita qd mobile a principio extrinseco mouetur et omnes motus lo cales qui sunt a principio extrinseco tantum sūt quatuor. scz pulsio. tractio. verio. et vertigo. et omnes alii motus locales ad istos reducuntur. Pulsio autē sic diffinitur qd est motus a mouē te aut ab aliquo quo tamen vñtur mouēs vt se ipso ad aliud. vel sic pulsio est motus violentus quo violentatum a violentante recedit. et diui ditur per impulsione et expulsiōem. Impulsiō est quando mouens ei quod mouetur non des ficit sed semper est cum eo simul. Expulsiō est qñ mouens deficit ei quod mouetur ita qd ipsum non semper concomitatur vsq; ad finez motus.

Tractio vero est motus violentus quo vio lentatuz a trahente vel intentione trahentis mo uetur. et opposito modo se habet ad pulsione et differt ab ea quia in pulsione mouens se ha bet ad mobile vt terminus a quo motus. sed i tractione se habet vt terminus ad quem.

Sciendum est quarto. qd Du

plex est tractio. quedaz fit a trahente quod est si cut finis lz illud virgili in bucolicis. Trahit quemq; sua voluptas. et sic potest dici qd locus trahit id quod naturaliter mouetur ad ipsum. Alia est tractio que fit a principio vnde motus quod potest esse dupliciter. Uno modo quā do tractum a trahente primo alteratur vt ad ip sū moueatur et hoc modo magnes dicitur attri here ferri. et qd ibi sit alteratio p; qd nō et qua cūq; distancia trahit vt locus locatū et hoc mō

Handwritten notes and diagrams at the bottom of the page, including phrases like 'alig e mitta... ut fup', 'alig ad qd trahit', 'alig a puo eff...', and 'alig a mouente volutario'. There are also some small diagrams or arrows connecting these notes.

generans quod dat formā ad se trahit genitus.

Alio modo fit tractio non alterando sed tamen mouendo localiter vel ad se ipsum vt in motib<sup>9</sup> nō volūtariis. vel alterū vt i volūtariis trahens enī volūtariū pōt vti altero q̄ se ipso. Et de prima tractione non est hic ad propositūz quia potest esse trahens distans a tracto r pōt trahere sine eo q̄ moueatur. Similiter ne qz de secunda que non est simplex tractio. sed sequitur alterationez. ideo cum probatum erit de alterante q̄ est simul sufficienter probat de tracto r trahente secundum istum modum. Unde tractio sic diffit. Tractio est cuz ad seipsum vel ad alterum velocior fit motus trahentis non se paratus ab eo quod trahitur. vnde patet quid sit pulsio. quid tractio. r omnes alii mot<sup>9</sup> q̄ ad istos reducuntur sicut respiratio ad expulsio r generaliter omnis motus qui est emissiuus vt receptiuus corporis. emissiuus quidem ad pulsionem r receptiuus ad tractionem. Ad illos etiaz reducuntur spatensis et carquesis. vnde spatensis est motus factus cum ense pellendo. r carq̄ sis est motus factus cū istrumēto tertoris quod dicitur radius. Similiter cōgregatio r disgregatio seu sinesis r dienesis ad istos reducunt. r cū omnis motus localis sit congregatio aut disgregatio sequitur q̄ est pulsio aut tractio. Ad istos etiaz reducitur vertigo qui est motus violentus compositus ex tractione et pulsione vt est motus rote aut mole. et etiam vortio qui est motus violentus quo aliquid in se quiescens mouetur ad motum alterius. quia omne quod vebit vebit trahendo vel expellendo r q̄.

**Scienduz est quinto q̄ omis** alteratio fit secundum aliquam passibilem qualitatem vel aliquam passionez. et omnis passio fit secundum aliquam passibilem qualitatez secundum quas passibiles qualitates ad inuicez distiguntur corpora sensibilia r iter se agunt r patiuntur. vnde iste passionez possunt dupliciter considerari. Uno modo secundum esse reale qd̄ habent in natura et materia et isto modo secundum istas fit alteratio naturalis et p̄sica. r per istas patiuntur tam animata quam inanimata licet hoc magis lateat in corporibus animatis. vt cum fit alteratio secundum partes insensibiles. Alio modo considerantur iste qualitates secundum esse intentionale quo diffundunt per medium et sunt forme simplices et sic solum ab ipsis patiuntur animata corpora secundum potencias sensitivas. ideo dicit philosophus q̄ non secundum hec omnia patiuntur inanimata. Tunc fit.

**Conclusio prima. Omne**

mouens proximum et immediatum simul est cuz eo quod mouetur. Probat philosophus in ductiue. Primo in motu locali. quia omnis talis vel est a principio intrinseco et sic manifestū est q̄ omne mouens simul est cum eo q̄ mouetur. vel est a principio extrinseco et tunc vel est pulsio vel tractio. si primum hoc est dupliciter vel est impulsio et sic est manifestum per definitionem eius q̄ mouens simul est cum moto. vel est expulsio et tunc licet mouens primum non simul sit cuz eo quod mouetur. tamen mouens proximum scz virtus ipsius mouentis semper ē cum eo quod expellitur quamdiu expellitur. et vt dicit textus quando virtus expellentis deficit et virtus expulsi vel proiecti fortior est tunc mouetur secundum propriam naturam. sed prius velocius mouebatur quam secundum naturam propriam. si motus ille sit tractio per definitionem patuit q̄ mouens est simul cuz eo qd̄ mouetur. Secundo manifestum est de alteratione quia omnis alteratio est realis et p̄sica vel intentionalis. r in omni tali alterans proximum semper est simul cum alterato. Tercio similiter manifestum est de augmento et decremento. quia augmentum fit per appositionem alicuius quātū quod in substantiā augmentati conuertitur et sic agens simul est cum eo quod augetur. Sed decrementum fit cum aliquid auferatur ab aliquo. modo quod auferatur ab alio quo simul est cum eo a quo auferatur. ergo i decremento motus simul est cum eo quod mouetur. et sic patet responsio ad quesitum.

**Ad rationes ante opposituz** Ad primam dicitur q̄ licet celum non simul sit cum istis inferioribus. tamen virtus eius que ē mouens proximum simul est. Ad secundam dicitur q̄ licet color in esse reali non simul sit cū visu. tamen species eius intentionalis que est mouens proximum simul est cum visu. Ad terciam dicitur q̄ stupor non simul est cum manu piscatoris secundum locum. tamen virtus eius simul est. Et si arguitur q̄ rethe magis stupefcit quia omne agens fortius agit in proximum quam in distans. dicitur q̄ rethe talem motum non potest suscipere. et auctoritas intelligitur q̄ proximum est susceptiuum talis operationis sicut distans. propter hoc etiam sol non calefacit corpora celestia adueniente suo lumine sicut corpora inferiora.

Sequitur textus.

**Queritur quarto. vtrum** Ad solam terciam speciem qualitatis fit per se alteratio.

Et arguitur q non. nam habitus et dispositi ones forme r figure de nouo acquiruntur in ali quo subiecto et etiam remouentur. sed hoc non fit nisi per mutatonem. omnis autem mutatio ad qualitatem dicitur alteratio ergo. Secū do sic durus et molle sunt de secunda specie qua litatis. sed aliquid transmutatur de vno in alte rum. ergo secundum naturales potencias vel in potencias est alteratio. Tercio sic ira timor z cetere passiones anime sunt de tercia specie qua litatis. et tamen secundum eas non est alteratio ergo non secundus omnes qualitates tercie spe ciei qualitatis est per se alteratio. Minorem pro bant nominales. nam ira et timor respectum im portant. homo enim iratus dicitur et non lapis quod non esset nisi ira haberet respectum ad ho minē. s; in ad aliquid non est per se motus. ergo neq; in istis qualitibus. Ad opposituz ar guitur per pbūm dicentem. quoniam autē que alterantur a sensibilibus alterantur et solum ho rum est alteratio. Pro responsione.

**Sciendum est primo q post** Aristoteles ostendit q mouens proximum si mul est cum moto et omne alterans cum altera to. Consequenter in hoc capitulo ostendit v num quod in illa probatione supposuit scz q so lum ad qualitates tercie speciei et non ad alias est per se alteratio.

**Sciendum est Secundo q** istarum qualitatum quatuor sunt principales r prime. inter quas primo r principaliter est alte ratio et etiam contrarietas. s. calidum. frigidū. humidum. r siccum. r iste sunt cause aliarum et dicuntur prime. alie vero secunde. Et si obicīat de sono qui solum videtur causari a sonante s; uel percussione r percussio. Dicitur q si sonus con sideretur per comparisonem ad medium in q<sup>o</sup> causatur r secundum cuius proportiones fit cō trarietas et diuersitas in sonis. tunc patet cla re q ab istis qualitibus causatur puta secun dum diuersam proportionem humidū cum sicco aut calido fit diuersitas in sonis.

**Sciendum est Tercio. q hic** Aristoteles non facit mentionem de naturalib<sup>9</sup> potenciis vel impotenciis. quia naturales potē cie vel impotencie sunt pncipia agendi vel pas tendi. et cum res agant per suas formas substā ciales et patiantur per suas materias. et natura lis potentia oriatur ex victoria forme supra ma teriam. naturalis vero impotentia ex victoria materie supra formam. et inmediate fundantur in pncipiis naturalibus et substancialibus rei non posset fieri permutatio secundum natura les potencias vel impotēcias quin fieret in sub

stantialibus rei. et quia non fit in substancialibus. ideo nec in illis qualitibus. Unde dicitur q ille qualitates per generationem insunt ab instanti naturitatis.

**Sciendum est quarto q Du**plex est terminus generationis. quidam est pri mus et principalis. ad quem primo terminatur generatio scz forma substancialis que per genes rationem acquiritur. Alius est secundarius sequens primum terminum. et sic naturales po tencie vel impotencie per generationez acquirū tur scz ex consequenti et non primo. et sicut dicitur est de naturalibus potenciis ita dicendum est de forma et figura. nam ille psequuntur for mam substancialem ideo non posset in eis fieri mutatio quin fieret in substancialibus rei. et idē inter cetera accidentia forma et figura que con sequuntur formam substancialem maxime indu cunt nos in cognitionem formarum. specificarū et inde est q in quibusdam animalibus et plan tis vbi non cognoscimus formam specificam iudicam<sup>9</sup> de diuersitate specieruz per diuersitatem formarum et figurarum et etiam potius quam per diuersitatem colorum et alioz accidentium. Illis notatis sit.

**Conclusio prima. Ad quali** tates secunde speciei non est p se alteratio. patet a quia alteratio est quando subiecto manente eo dez in substancialibus fit mutatio in aliquib<sup>9</sup> b qualitibus. sed secundus qualitates secunde c speciei que sunt naturalis potentia vel impoten cia non potest fieri quin sit in substancialibus d rei. ergo in ipsis non est per se alteratio. Item e qualitates que ab instanti naturitatis insunt p generationem non possunt acquiri per alteratio nem subiecti. sed naturales potencie vel impotē b cie sunt huiusmodi. ergo r. Item inter istas g<sup>9</sup> qualitates nō est contrarietas. ergo nec alteratio.

**Conclusio secunda. Ad qua** litates de secūda specie qualitatis non est per se alteratio. Probatur vt precedens. Et etiam pro batur duabus rationibus phi. Prima ē. qua litates ad quas est per se alteratio sunt que p alteratioez in subiecto acquirūt r i recto de subiec to p dicitur r e dūerso. sicut dicim<sup>9</sup> hō ē alb<sup>9</sup> et albū ē homo. s; forme r figure i recto nō p dicit<sup>9</sup> ē de subiecto. vt nō dicim<sup>9</sup> q ē sit figura v l ecō tra. s; solū p dicit<sup>9</sup> de nomiatiue vt es ē figurat<sup>9</sup> vas ē lineatū r extra. g<sup>9</sup> s; ipas nō ē p se alte ratio. Secūda ratio ridiculū ē dicere aliquid alterari quando r pficitur. s; qn acquirūt formā b v l figurā pficit<sup>9</sup>. g<sup>9</sup> s; forme r figuraz nō ē p se alteratio. Et hec conclusio manifestā sit in figurā q per se r inmediate insequuntur formam rei. r

*nāly pōā inst ab instā ti naturitatis*

*du. tūm g nōis.*

*Asformā r figurā. s; sequi formā stabēz.*

*q sunt q lites ad quas est p se alteratio.*

*nō q nāly pot. orit<sup>9</sup> ex victoria fore sup māz. nāly v impo<sup>9</sup> ex victoria mā sup formā.*

*33.4. Duplex sit adus rōi. rōi ut sūm<sup>9</sup> hō iōdo. rōi ut sūm<sup>9</sup> hō iōdo. rōi ut sūm<sup>9</sup> hō iōdo. rōi ut sūm<sup>9</sup> hō iōdo.*

Non tamen est manifesta in figuris accidentibus que mutari possunt sine hoc q̄ res mutetur substantialiter. sicut est in figura que per rarefactionem et condensationem acquiritur. ideo in talibus probatur conclusio quia tales figure simpliciter et non per se acquiruntur per alterationem. sed solum ex consequenti. et sunt termini mutationum que fiunt secundum alias qualitates vel insequuntur motui localem. et q̄ non sit alteratio ad habitus et dispositiones videbitur in sequenti questione.

**Conclusio tertia. et responsa**

lis ad quesitum. ad solam tertiā sp̄m qualitatis ē per se alteratio. Probatur quia qualitates de tertia specie qualitatis sunt vere contrarie et per se intensibiles et remissibiles et extrinsecus subiecto aduenientes. ergo ad ipsas est per se motus. et cum omnis motus ad qualitatem sit alteratio. sequitur q̄ ad ipsas est per se alteratio. et solam ad ipsas quia non fit in alius ut dictum est.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur q̄ habitus et dispositio acquiruntur et perduntur non sine mutatione. sed dicitur q̄ illa mutatio non per se terminatur ad huiusmodi habitus et dispositiones. Sed primo terminatur ad aliquas qualitates ad quas ē per se alteratio que sunt quodammodo cause aliarum. ideo. mutatione facta in ipsis sequitur mutatio ex consequenti in aliis facta. Ad secundam dicitur q̄ si durum et molle considerantur secundum q̄ causantur a siccitate et humiditate extrinsecis nō sunt naturales potencie. sed si considerentur in quantum ab humiditate et siccitate intrinseca causantur. sunt naturales potencie. et de ipsis dicitur ut de habitibus q̄ nō primo per alterationem acquiruntur. sed solum ex consequenti. sicut sanitas et egritudo consequuntur mutationem qualitatum primarum siue humorum ex quorum proportione vel inproportione causantur.

Ad tertiā dicitur q̄ secundum sententiam commentator super illud dictum Aristotelis q̄ in sensibilibus qualitatibus et in sensibili parte anime solum est per se alteratio. per sensibilia intelliguntur qualitates sensibiles que sunt obiecta sensuum. et per sensibilem partem intelliguntur passionem que sunt in parte sensibili anime. s. in appetitu irascibili et concupiscibili. et eodem modo exponit sanctus Thomas. Ideo dicendum q̄ non secundum qualitates que sunt obiecta sensuum exteriorum est alteratio. sed etiam secundum passionem appetitus irascibilis et concupiscibilis siue secundum obiecta ipsarum. et cum dicitur batur sunt ad aliquid negetur. et ad probationem dicitur q̄ homo dicitur iratus et non lapis. sed hoc non est q̄ ira importet respectum ad hominem.

sed quia lapis non est susceptivus ire aut gaudi. Sequitur textus.

**Queritur quinto. vtrum**

Ad habitus et dispositiones sit per se alteratio.

Et arguitur primo q̄ sic. sanitas est habitus corporis. et tamen ad sanitatem est per se alteratio. ergo et cetera. Secundo sic virtutes morales sunt in parte sensitiva anime in qua est per se alteratio. ergo ad huiusmodi virtutes est per se alteratio. Tercio sic cum aliquis procedit de ignorantia ad scientiam mutatur. et non alia mutatione q̄ alteratione. ergo et cetera. Ad oppositum arguitur per philosophum in textu. Pro Responsione.

**Sciendum est primo q̄ Du**

plices sunt habitus. nam quidam sunt corporis ut sanitas. pulchritudo. macies et huiusmodi. alii sunt anime et isti sunt duplices. nam quidam sunt mobiles et isti sunt in parte appetitiva ut fortitudo temperantia et cetera huiusmodi. Alii sunt intellectuales ut que sunt in intellectu ut scientia et de his omnibus siue sunt boni siue mali intelligitur presens questio.

**Sciendum est Secundo. q̄**

Omnis habitus est virtus vel malicia. Omnis autem virtus et malicia sunt ad aliquid. est enim alicuius vel aliquorum ad aliquid. Declarat philosophus de habitibus corporis ut sanitas et caliditas vel frigiditas et eorum que sunt circa corpus siue infra commensuratio. et est ad aliquid sed ad continens hoc est ad totum corpus animalis nam commensuratio humorum que in homine est sanitas. in leone non est sanitas. et similiter turpitudine et macies corporis alicuius est ad aliquid. et ita de omnibus aliis habitibus. nam et omnis virtus est dispositio perfecti ad optimum hoc est ad finem rei que est eius operatio. si ergo in ad aliquid non est per se motus tunc sequitur q̄ nec etiam ad habitus et dispositiones non erit per se motus. verum tamen per accidens et ex consequenti acquiruntur aut remouentur per motum. sicut relatio etiam ex consequenti in aliquo acquiruntur aliquo fundamento in eo acquisito. sed nunquam aliquis motus terminatur per se ad aliquam formam relationis. sed ad aliquem terminum ad quem sequitur relatio. ut per alterationem que terminatur ad caliditatem vel frigiditatem qua reducuntur qualitates ad temperamentum bene in aliquo ex consequenti acquiruntur sanitas. Tunc fit.

**Conclusio prima. ad habi**

tus corporis non est per se alteratio. licet bene ex consequenti. Probat philosophus quia tales habitus sunt ad aliquid. in ad aliquid autem non est p



se motus. ergo etc. Non tamen debet intelligi quod tales habitus quantum ad id quod sunt sunt ad aliquid quia tunc essent de genere relationis. sed dicitur ad aliquid dici eo. scilicet quod eorum rationes a relatione dependent. Secunda pars conclusionis per in ultimo notabili.

**Conclusio secunda. Ad virtutes morales non est per se alteratio.**

sequitur tamen ad alterationes que est in parte sensitiva secundum passiones eius. et probat philosophus quia ille virtutes sunt quedam perfectiones. cum omnis virtus sit perfectio quedam. modo unumquodque perfectum dicitur cum attingit virtutem per quam potest in suum opus. perfectum enim secundum naturam dicitur quod habet proprie forme specificae virtutem per quam possit in opus sue nature. ut perfectum unumquodque dicitur cum potest facere alterum tale quale ipsum est. Et similiter perfectus dicitur aliquis moraliter cum attingit virtutem moralem per quam prompte moraliter operatur. sic ergo omnis virtus est quedam perfectio et malicia corruptio. modo inconueniens est dicere quod aliquis alteretur dum perficitur. Secunda pars probat philosophus dupliciter. Primo per dictum huiusmodi qui nominabant virtutes impassibilitates quia tollunt omnem motum passionis et dicebant malicias esse passibilitates quia sunt abilitates ad consequendum omnem motum passionum. Aristoteles vero dicit virtutes consistere in quadam temperata moderatione passionum. ideo ponit virtutes morales esse medium duarum passionum. cum ergo secundum passiones que sunt in parte sensitiva sit per se alteratio et ad remotiores huiusmodi passionum acquiruntur virtutes. sequitur quod ad alterationes partis sensitivae sequuntur huiusmodi virtutes.

Secunda ratio omnis virtus moralis circa delectationem et tristitiam consistit. ut iustus gaudet de iustis operationibus et tristatur de iniustis et ita est de opposita malicia virtuti. sed delectatio et tristitia non est sine motu facto in parte sensitiva. sicut dum aliquis actu apprehendit aliquod delectabile aut tristabile aut remiscitur alicuius vel de aliquo sperat. ergo omnis virtus moralis et etiam malicia consequitur ad aliquem motum factum in parte sensitiva.

**Conclusio Tercia. Ad habitus intellectuales non est per se alteratio.**

possit probari conclusio sicut precedens. sed aliter probatur. nam sciens maxime dicitur ad aliquid et etiam scientia ad aliquid dicitur. sed ad aliquid non est per se motus. ergo neque per se alteratio ad habitus intellectuales. licet aliqui eorum consistantur aliquem motum factum in parte sensitiua

tiua et non intellectiva. Item illud non aduenit alicui per motum quod in eo acquiritur per quietationem et quietationem omnium passionum corporis. sed sic est de scientia et aliis habitibus intellectualibus. quia sedendo et quietando efficitur anima prudens et sapiens. ergo ad habitus intellectuales non est per se alteratio. Minores probat textus. nam infirmus ebrius aut dormiens habens scientiam in habitu per motum cerebri vel perturbationem organorum sensuum et per consequens in ordinationem fantasmatum impeditur ab usu scientie sue. et postea sedatis illis passionibus et solutis sensibus virtus scientia et potest acquirere scientiam de nouo. ergo scientia de nouo acquiritur per quietationem passionum et motuum corporalium nulla facta mutatione in parte intellectiva. Item declarat philosophus de puero in acceptione scientie. nam propter humidum habundans et calidum faciens fluere ipsum humidum quia puer etiam est de facili sectator passionum. ideo impeditur ne fantasmatum reze sensibilium possit ordinate recipere mediis antibus quibus fantasmatibus in intellectu retinentur species intelligibiles. sed sedatis huiusmodi passionibus et fluxibus humorum vel per naturam vel per voluntatem ordinate agit hinc accipit fantasmata et acquirit scientias. nec propter hoc est mutatio facta in intellectu. sed solus est in parte sensitiva. ergo scientia acquiritur in intellectu sine motu facto in ipso sed per sedationem perturbationum que sunt in parte sensitiva. Sed contra Aristotelem arguitur quia videtur favere positioni Platonis ponentis scientias non de nouo acquiri in anima nostra. sed a principio haberi per participationem ydearum separatarum et cum anima nostra recipitur in corpore obliuiscitur eorum que prescunt. sed sedatis motibus et sedatis passionibus partis sensitivae anima remiscitur eorum que prescunt. Possit dici quod Aristoteles nondum reprobaui hanc opinionem ideo more suo potest uti ipsa. Sed tamen ad veritatem rei est intelligendum quod receptivum ad receptibile potest se habere tripliciter. Uno modo in ultima dispositione ad receptibile sine impedimento nec in se nec in alio et tunc tale receptivum reducitur in actum per presentiam proprii actui. sicut aer lucidus efficitur per presentiam corporis luminosi. Alio modo se potest habere sicut quod est indispotum per aliquam dispositionem contra riam receptibile et tunc antequam ipsius recipiat necesse est ipsum. per alterationem disponi. sicut est de materia existente sub forma aeris antequam possit recipere formam ignis. Tercio modo se potest habere receptivum in ultima dispositione ad formam ita quod in eo non est impedimentum. est tamen impedimentum in altero quo mediante

positio plurimorum ponit  
scilicet non de nouo acq  
si in anima nostra

omnis habitus est usus vel malicia  
omnis habitus est dispositio per se ad optimum  
In sedendo et quiescendo fit anima prudens.

oportet ipsum recipere formam et receptibile venire ad ipsum. et illo impedimento remoto efficitur receptivum in actu per presenciam eius quod recipi debet sine mutatione facta in ipso. sed solum fit mutatio in illo in quo erat impedimentum. sicut domus illuminatur per aperitionem fenestre sine facta mutatione in medio illuminato. solum in eo in quo erat impedimentum. Et hoc modo se habet intellectus noster ad scienciam. enim in ultima dispositione quantum est de se ad receptionem forme intelligibilis et ad acquisitionem sciencie. sed quandoque impeditur propter indispositionem partis sensitivae in qua oportet motum fieri ut disponatur. sed ipsa disposita et fantasmatibus in ea receptis per virtutem intellectus agentis statim sine alteratione relucet species illorum fantasmatum in intellectu et efficitur intellectus sciens. et sic non fauet positioni Platonis. unde patet quod non fit alteratio nisi ad qualitates de tertia specie. Tunc respondetur.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod sanatio dupliciter consideratur. Unomodo secundum rationem propriam eius et sic non est motus sed terminus morbi. Alio modo secundum esse et sic est motus qui ex consequenti ad sanitatem terminatur et non per se. Ad secundam dicitur quod virtutes ex consequenti acquiruntur et remouentur per motum qui per se terminatur ad passiones circa quas est virtus moralis. Ad tertiam dicitur quod ibi non est proprie motus dicitur. sed tantum mutatio spiritualis. non successiva nec mensurata tempore. sed est de genere quantitatis. nam intellectus noster est immaterialis et incorporeus. ideo moveri non potest motu proprie dicto. et in hoc finitur primum tractatus huius septimi.

**Queritur Sexto utrum**

Omnis motus omni motui sit comparabilis secundum velocitatem et tarditatem. Arguitur quod sic. omnis motus est in tempore. sed in quolibet tempore contingit aliquid velocius et tardius moveri. ergo omnis motus est omni motui comparabilis. Ad oppositum arguitur per philosophum in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo. quod post**

quod Aristoteles probavit quod in inouentibus et motis est status. Consequenter quod illa que sunt unitus ordinis comparabilia sunt agit de comparatione motuum ad invicem.

**Sciendum est Secundo quod**

duplex est comparatio. quedam est proprie dicta. alia est improprie dicta. unde ad comparationem

proprie dictam requiritur univocatio comparabilium in natura secundum quod fit comparatio ita quod illa natura in comparatis per ipsam sit secundum eandem rationem et non equivoce. et illud est primum quod ad comparationem proprie dictam requiritur.

**Sciendum est tertio quod Aliqua**

bene dicuntur univoca secundum simplicem et absolutam considerationem logici que tamen non sunt univoca secundum considerationem concretam philosophi. univoca enim dicuntur quorum ratio est una et quia logici et philosophi diversimode differunt. ideo diversimode aliqua sunt univoca secundum logicum et secundum philosophicum. logicus enim definit per intentiones communes et absolutas id ad hoc quod secundum ipsum aliqua sint univoca sufficit convenientia ipsius forme abstracte et absolute considerate. sed philosophus ea que considerat concrete et secundum esse considerat. ideo definit per motum et materiam sensibilem. quapropter ad univocationem forme secundum philosophicum requiritur quod illa forma sit una secundum esse naturale quod habet in materia. et quia ad univocationem forme in esse naturali requiritur unitas primo et per se susceptivi. ideo requiritur primum et per se susceptivum. et tertio requiritur quod forma sit una unitate specifica in divisibili specie in alias species. Ista philosophus probat. nam de effectu prime conditionis unum vox et silus non comparantur in acutie quia in ipsis acutum non est eiusdem rationis. et tamen ultima corda citare et penultima secundum magis et minus comparantur in acutie quia acuties in ipsis est eiusdem rationis. Secundum declarat quia equus et canis in magnitudine comparantur quod in ipsis est unitas primi et per se susceptivi quod est substantia corporea. et tamen vox et aqua in magnitudine non comparantur. quia licet magnitudo sit in ipsis univoca. tamen primum susceptibile in ipsis non est eiusdem rationis. nam in aqua susceptivum magnitudinis est substantia eius. in voce vero sonus est susceptivum. Tertium etiam declarat quia equus et canis in colore non comparantur. Quis color sit eiusdem rationis in ipsis et non dicat equivoce de ipsis et licet sit etiam unitas primi et per se susceptivi quod est superficies tamen comparantur in albedine. et hoc ideo est quia albedo est una unitate specifica indivisibilis in alias species. color vero non est una forma et parte rei ideo inter colorata unum non dicitur magis coloratum altero secundum comparationem proprie dictam. Et sic patet quod ad comparationem tria requiruntur. 1. univocatio forme in qua est comparatio. 2. unitas primi et per se susceptivi. 3. unitas ipsius forme secundum speciem specialissimam. Et

illis conditionibus et maxime et tertia sequitur  
 quod genus non est simpliciter aliquid unum. speci-  
 es vero est aliquid unum simpliciter. nam ut dic-  
 tum est illa que sunt unius generis non possunt  
 ad invicem comparari. et tamen dictum est quod ad  
 comparationem proprie dictam requiritur unitas  
 nature specificæ. si ergo secundum genus non po-  
 tuit fieri comparatio sequitur quod genus secundum  
 se non est aliqua una natura. cuius ratio est quod  
 species sumitur a forma ultima que est una in  
 re natura. genus vero sumitur ab aliqua na-  
 tura que non est una in re natura sed solum se-  
 cundum rationem. non enim est alia forma a qua  
 homo est homo et a qua est animal. et similiter  
 de equo. sed ab eadem forma habet homo re-  
 aliter quod sit homo et quod sit animal. et similiter es-  
 quis. cum ergo non sit una forma generis pu-  
 ta una anima que constituat hominem et equum  
 preter illam que constituit hominem et equum  
 et alium. sequitur quod genus non est aliquid unum  
 secundum naturam. sed si esset una natura  
 generis qua homo esset animal et etiam equus  
 alia a formis specificis tunc secundum genus fi-  
 eret comparatio sicut secundum speciem specia-  
 lissimam. unde licet genus non dicat unam for-  
 mam secundum rem. tamen illa forma unitatem  
 habet secundum communem rationem acceptam  
 per ablationem siue abstractionem a formis spe-  
 cificis. ideo diverse species in re natura existen-  
 tes unius generis recipiunt predicationes. ideo  
 genus est unum secundum unitatem logicalem  
 et non secundum unitatem philosophicam. ideo dicit  
 philosophus quod in genere latent multa. quod solet com-  
 munitate dici quod in genere latent equivoctioes.

**Sciendum est quarto. quod que**

dam sunt equivoctioes maxime distantes. scilicet  
 quando est solum convenientia secundum nomen  
 ut in cane latrabili et sidere celesti. Alie sunt que  
 sunt secundum quandam similitudinem. sicut bo-  
 mo dicitur equivoce de homine viuo et de ho-  
 mine picto. Alie sunt equivoctioes proxime  
 et hoc potest esse etiam aut propter convenientiam  
 in genere logico. ut si corpus dicitur de celo  
 et de corpore corruptibili quia conveniunt in gene-  
 re logico. et propter istam convenientiam multa  
 videntur univoca que tamen sunt equivocta.  
 etiam quedam videntur comparabilia que tamen  
 non possunt ad invicem comparari. aut potest  
 esse quia proxima sunt propter aliquam propor-  
 tionem ut ille qui preest in scolis dicitur magis-  
 ter et etiam ille qui preest in domo. ubi est equi-  
 vocatio propinqua secundum similitudinem. quod  
 quilibet est rector unius tamen scoliarum et alter  
 domus. et est equivoctio secundum analogiam.

**Sciendum est quinto quod ut**

ad propositum sufficit triplex est analogia. Quod  
 quedam est secundum intentionem tantum sicut  
 sanum secundum intentionem in multis est et so-  
 lum habet subiective esse in uno scilicet in animali.  
 Alia est secundum esse et non secundum intentio-  
 nem sicut in genere logico. intentio enim seu ra-  
 tio est eadem et esse est aliud et aliud. Alia est  
 secundum intentionem et secundum esse sicut in  
 tentio entis et etiam esse a quo sumitur respectu  
 substantie et accidentis. quia nec esse nec ratio  
 entis eodem modo convenit substantie et accidē-  
 ti. et sic patet quod multiplex est analogia vel equi-  
 vocatio. patet etiam quid impedit comparationem  
 et quid non. et quod una equivoctio potest magis  
 impedire quam alia. quia maior convenientia minus  
 impedit comparationem. sed tamen quando fit com-  
 paratio in analogia fit solum per magis et mi-  
 nus. et quando est convenientia in genere logico  
 comparatio fit per equale. Tunc sit.

**Conclusio prima. non omnis**

motus omni motui est comparabilis. patet quia  
 quidam sunt motus genere differentes ut altera-  
 tio. loci mutatio. ergo ad invicem comparari non  
 possunt. consequentia tenet per conditiones prius  
 positas. Item si alteratio et loci mutatio in equa-  
 litate compararentur cum equale sit quod in eo-  
 dem tempore equale spacium pertransit sequere-  
 tur quod passio esset equalis magnitudinis. Item velo-  
 citas non secundum eandem rationem convenit  
 alterationi et loci mutationi quia loci mutatio-  
 ni convenit secundum renovationem situs. et al-  
 terationi secundum intentionem et remissionem for-  
 me. ergo loci mutatio et alteratio in velocitate  
 comparari non possunt.

**Conclusio Secunda Non**

omnis motus localis omni motui locali est com-  
 parabilis. patet nam aliqui motus locales sunt  
 specie differentes ergo etc. Item si sic sequeretur  
 quod magnitudo recta esset equalis magnitudini  
 circulari. consequens est falsum. ergo. Nec valet  
 si dicitur quod ratio bene probat quod in equalita-  
 te non possunt comparari. tamen secundum ma-  
 gis et minus bene possunt comparari. Contra  
 hoc replicat philosophus quia si sic esset sequeretur quod in  
 equalitate compararentur. Probatur consequentia  
 quia velocius est quod in equali tempore ma-  
 ius spacium pertransit et in minori equale. si ergo  
 motus circularis sit velocior motu recto ut pu-  
 ta motus qui fit supra circumulum sit velocior illo  
 qui fit supra lineam rectam. tunc pars circuli erit  
 equalis magnitudinis recte que est linea. per sic quod  
 mobile in aliquo tempore pertransit magnitudi-  
 nem rectam. ergo mobile velocius motum in par-  
 te temporis partes circuli pertransit et quia velo-  
 cius motum in equali tempore maius spacium

Irea octauum Li  
brum phisicorum  
Queritur primo.

Utum prima causa que deus est precesserit mū  
dum eternitate sue durationis. Arguitur q̄  
non quia bonum est sui ipsius diffusiuus vt Dy  
onisius dicit. ergo maxime et infinite bonum est  
maxime et infinite sui ipsius diffusiuum. ergo ē  
maxime et infinite sui diffusiuus. sed non maxi  
me se diffundit nisi producendo eternitatem in  
infinite et ab infinito tempore. ergo mundus  
debit ab eterno produci. Secundo sic si de  
us precesserit mundum tunc fuit ante mundum  
et cum ante importat tempus vel aliquid tem  
poris. ergo sequitur q̄ ante mundum fuit tem  
pus. Tertio sic deus in tempore mundum p  
durit secundum potentiam que infinita est. sed  
potencia infinita producit infinitum effectum  
et infinite durationis. ergo deus mundum pro  
durit ab eterno. Quarto sic si deus a deter  
minato quodā temporis principio mundum p  
durerit sic q̄ ante non fuerit cum agat per volū  
tatem sequitur q̄ eius voluntas in mundi pro  
ductione fuisset dilatoria q̄ non est dicendum.

Ad oppositum arguitur secundum plures  
pb̄s et secundum fidem nostram secundum q̄  
primo respondebitur et secundo ponentur moti  
ua quorūdam qui voluerunt reprobare creatio  
nem rez ex nichilo et mundi inceptionem.

Pro Responsione.

**Sciendum est primo.** q̄ om  
nes pb̄i per nomen dei intellexerunt vniuersalē  
prouisorem et gubernatorem omnium rerum a  
quo omnia reguntur et ordinantur in suos fines  
debitos. a quo vt dicitur primo de celo. de uas  
tū est omib⁹ esse et vivere hīs quidem clarius  
hīs autem obscurius. quem autem principē ap  
pellat pb̄s in fine vnde cum methaphisices cū  
dicit q̄ enca non volunt male disponi sed plu  
ralitas principatus mala. vnus ergo princeps  
sed per nomen mundi intelligitur tota enca  
vniuersitas excepto primo prouisor.

**Sciendum ē secundo q̄ illud**  
dicitur precedere alterum quod suum esse secun  
dum aliquam durationem habet ante alterū.  
per quod tamen ante vel precedere non intelli  
gitur in proposito aliquod tempus continuum  
quo deus precesserit mundum. sed solum preces  
sit ipsam eternitate que est indivisibilis et tota  
simul. sed per ante intelligitur ordo eternitatis  
ad tempus et esse efficientis ad suum effectum.  
vnde dicunt aliqui q̄ ordo cause efficientis ad

suum effectum erigit vt ipsa causa aliqua dus  
ratione precedat suum effectum. ita q̄ impossibi  
le est secundum eos aliquid esse ab alio effectus  
ue et sibi esse coeternum. dicentes hoc implicare  
contradictionem. ideo dicunt q̄ non potuisset de  
us mundum ab eterno producere quia non pos  
teli facere aliquid quod contradictionem impli  
cat. omne autem aliud facere potest. nec est prop  
ter hoc intelligendum in deo esse aliquam im  
potentiam. sed hoc rebus ipsis repugnat infinite  
agi eo q̄ omnis res facta agit secundum aliquā  
finitam formam per quā finitur et determinatur  
secundum esse et virtutem et secundum durati  
onem. et ideo ad extra non produxit deus aliquē  
effectum sibi vniuocum. quia non producit ef  
fectus vniuocus ab aliquo agente nisi ipse effec  
tus actum agentis recipiens possit recipere totā  
virtutem ipsius. ideo dicunt isti causam quam  
quidam assignant de dilatione dei in producer  
one mundi esse frivolum hoc esse ne mundus si  
si deo coequaretur in duratione. hoc tamen est  
impossibile secundum eos sc̄ q̄ mundus deo ce  
quetur. ideo propter hoc non debuit. Unde vi  
rum est q̄ non fuit dilatio. quia dilatio solum ē  
respectu futuri. sed in eternitate qua deus mun  
dum precessit non est preteritum nec futurum. et  
hec est opinio multorū sc̄ quod implicat contra  
dictionem mundum ab eterno esse productum  
quare necesse fuit deus precedere mundum et mū  
dum incepisse. Alia est opinio dicentium q̄  
non implicat contradictionem aliquid esse pro  
ductum effective ab alio et esse sibi coeternum. ex  
emplum dant de pede et de vestigio pedum in ci  
nere et de corpore luminoso et lumine egrediente  
ab eo. et ita secundum eos non implicat contra  
dictionem mundum esse productum ab eterno  
quare deus potuisset ipsius producere ab eterno  
cum non implicet contradictionem. Quare autē  
hoc non fecit dicunt quia non agit modo natu  
re sed voluntarie. ideo non produxit mundū ita  
cito sicut potuisset nec quēcumq̄ et quālibet  
potuisset. sed quātum et quales et quando volu  
it. Et si queratur quare deus non voluit mū  
dum semper esse ab eterno. Dicit Thomas q̄ si  
cut deus res propter se ipsum fecit vt in eis simi  
litudinis sue bonitatis manifestaretur. ita nō vol  
uit res semper esse vt sua sufficientia manifes  
taretur in hoc sc̄ quia rebus existentibus in se  
ipso habet omnem sufficientiam beatitudinis ma  
gnitudinis et virtutis ad rez productionem. et  
hoc dicit Thomas secundum q̄ humana ratio  
de diuinis capere potest saluo tamen diuine sa  
pientie secreto quā nobis apprehendi non pot.  
et quicquid sit de isto problemate. an mundus  
potuit ab eterno produci vt non. tamen confor

miter ad fidem nostram in cuius obsequium in  
tellectum quisq; captiuare debet. Tunc ponit.

**Conclusio prima. Deus pre-**  
cessit mundum. Probat auctoritate fidei et sic  
probant illi de prima opinione. quia nulla res  
adequari potest ipsi deo nec in esse nec in virtus  
te. ergo nec in duratione. et per consequens oportu  
it deum precedere mundum. Item omne quod  
ab alio producit effectiue producit de non  
esse ad esse. sed in omni eo quod sic producit  
in esse secundum aliquam durationem precessit  
esse alias idem esset simul et non esset ut argutus  
est. ergo oportuit deum precedere mundum.

**Conclusio secunda: Deus**

non precessit mundum duratione temporis. patet  
quia deus est ante eum et tempus. quia duratio  
eius eternitate mensuratur que est tota simul.

Item mundus non fuit ante tempus quia simul  
fuit creata celum et motus eius et tempus. Ex  
quo sequitur quod deus precessit mundum sue du  
rationis eternitate. nam precessit mundum ut dic  
tum est. et non tempore neque eum quia non mensu  
ratur illis mensuris. ergo precessit mundum eter  
nitate que est eius propria mensura.

Deinde pro secunda parte illius positionis in qua ponit  
de sunt conclusiones sine ratione quorundam si  
dei aduersarium. Est aduertendum quod ex hac

suppositione Aristotelis inferitur quod in omni mo  
tu et mutatione necesse est subiectum siue mobilis  
le et etiam mouens esse prius saltem secundum na  
turam. qua suppositione Aristotelis in hoc libro  
ad probandum mundum non incepisse cepit Auer

ro occasionem loquendi contra id quod secun  
dum fidem de reze creatione tenemus. Primo

sic arguens. omne fieri est mutari quoddam. sed  
omnis mutatio prequitur subiectum ut dicit il  
la suppositio Aristotelis. 6. quod quod nichil potest fieri  
ex nichilo quare creatio est impossibilis. Se

cundo sic cum dicimus aliquid fieri ex contrario  
vel ex opposito ut album ex nigro aut non albo  
hoc solus fit per accidens. sed omne per accidens

reducitur ad aliquid per se. ergo in omni fieri ne  
cesse est presupponere aliquid subiectum intras

substantiam rei facte ex quo fiat per se quicquid  
fit et per consequens est impossibile aliquid ex ni  
chilo fieri et ita mundum creari. Tercio sic

ad hoc adducit omnium naturalium opinio  
nem dicentium quod ex nichilo nichil fit. Quar

to ad sue positionis confirmationes adducit du  
as causas ex quibus repugnat illam positionem  
esse veram et ex nichilo aliquid fit. Prima

causa est quia vulgus non reputat entia nisi que  
sunt visu apparecia. quia ergo vulgus videt a  
liquod factum visibile quod prius visibile non

erat. ideo reputat id fieri ex nichilo. Secunda

causa est quia vulgus ex diminutione virtutis  
agentis credit provenire quod idigeat materia sub  
iecta ad agendum cum tamen ex hoc non prove  
niat. sed ex ratione motus qui de sua natura re  
quirit subiectum. quia ergo prima causa nullam  
virtutis diminutionem patitur dicit vulgus ab  
ea ex nichilo aliquid fieri. Sic ergo propter has  
causas dicit Auerrois positionem hanc quod ex ni  
chilo aliquid fit a vulgaribus sumpsisse exordi  
um. Si quis recte consideret ut dicit Thomas  
ex simili causa videbitur Auerrois fuisse decep  
tus et qua credidit nos deceptos fuisse. deceptus  
enim fuit ex constitutione sola particularium quod  
enim virtus actiua particularis agentis subie  
ctum aliquid presupponit quod subiectum non agit  
sed tale subiectum subicitur actioni. sed agens v  
niuersalius agit siue operatur sicut artifex qui  
materia vititur quam natura facit. quia natura  
producit ferrum quo vititur faber in sua operati  
one. Opinatus est Auerrois primum et vniuer  
sale agens quod est causa totius entis in actio  
ne sua presupponere aliquid quasi ab eo non cre  
atum. et in hoc deceptus fuit nec est hoc secundum  
mentem Aristotelis 2. metaphisice dicens id  
quod est maxime verum et maxime ens esse cau  
sam essendi omnibus aliis. Ex quo sequitur  
etiam quod illud esse potentiale quod habet mate  
ria derivatum est a primo essendi principio  
quare non oportet siue actioni aliquid presuppo  
nere ab eo non productum sicut in actione agens  
tis particularis. sed quia omnis motus presup  
ponens est subiectum ut dicit philosophus in suppositi  
one premissa. ideo bene sequitur quod vniuersalis  
reze productio non est motus neque mutatio. sed  
est quedam emanatio reze a principio essendi pri  
mo. et ita fieri et facere equivoce dicuntur in vni  
uersali reze productione et in productione parti  
cularis agentis. Ex quo patet quod non est con  
tra fidem quod omnis motus subiecto presupposi  
to indigeat quia vniuersalis reze productio non  
est motus neque mutatio eo quod in motu vel in mu  
tatione necesse est aliquid quod nunc aliter se ha  
beat quod prius. Et per hoc soluitur prima ob  
iectio Auerrois. Ad secundam dicitur quod cum  
dicimus aliquid fieri per accidens ex opposito  
et ex subiecto per se hoc habet veritatem in facti  
onibus particularibus in quibus requiritur sub  
iectum ab agente particulari non productum. sed  
hoc non oportet esse verum in vniuersali rerum  
productione. vmo ibi est impossibile. unde si po  
namus mundum ab eterno fuisse productum si  
cut ponunt Aristoteles et multi philosophorum impossi  
bile est huic productioni aliquid presupponi a pri  
mo non productum. alias primum non esset cau  
sa totius entis. Similiter ponendo mundum  
secundum fidem fuisse ab eterno productum

*1. in fuit dicitur a uerois  
in mundi creatione.*

*2. metaphisice*

*vniuersalis reze productio  
no est motus nec mutatio*

*Suppositio  
Auerrois*

non est necessarium ymo impossibile est huic pro  
 ductioni supponi aliquod subiectum ab eterno  
 non producentur tunc non esset vniuersalis toti  
 entis productio. et hoc consonat quidam dicto  
 Aristotelis in primo huius ubi dicit qd si fiat hoc  
 animal in quantum hoc animal tunc et non as  
 nim ali non fiet in quantum animal. s; fiet et no  
 animal. vt puta equus et hoc non animal qd  
 est equus. sed si fiat animal in quantum animal  
 oportet qd fiat et non animal. ergo a simili si fi  
 at ens in quantum ens vniuersaliter oportet qd fi  
 at vniuersaliter et non ante. et sic nichil in tali fi  
 eri presupponi potest. Et p hoc patet quid sit di  
 cendum ad commune dictum omnium naturali  
 um dicentium qd ex nichilo nichil fiat. naturales  
 enim pbi solas causas particularium factionum  
 considerauerunt. et ad huc pium solum conside  
 rauerunt mutationem accidentium dicentes fie  
 ri nichil aliud esse quam alterari. Alii vero con  
 siderauerunt causas mutationum substantiarum  
 particularium. Plato vero et Aristoteles consi  
 derauerunt causam vniuersalem totius entis. et  
 per ista entia patet qd nos non ponimus aliquid  
 ex nichilo fieri quia sola visibilia credimus etia  
 esse vt nobis imponit Auerois. sed non solum  
 consideramus particulares productiones que  
 sunt ab agentibus particularibus sed vniuersa  
 lem rerum productionem que est ab vniuersali  
 et a primo simpliciter essendi principio. Nec poni  
 mus ex nichilo aliquid fieri quia credimus qd i  
 digere materia ad agendum pueniat ex imperfec  
 tione agentis deficientis s; in virtute naturali  
 vt nobis imponit Auerois. sed quia ponimus  
 hoc venire ex imperfectione agentis naturalis  
 particularis qd dicimus habere virtutes determi  
 natam et particularem respectu agentis vniuers  
 salis ideo non potest esse causa totius entis. sed  
 sine actioni semper aliquid presupponit. ideo p  
 qd rationes Auerois non improbant creationem  
 et per consequens neq; inceptionem mundi.

vult facere nisi quis expectatur aliquid in futu  
 ro quod nondum est in presenti. si ergo deus post  
 posuerit facere mundum sequitur qd expectabat  
 futurum tempus quod nondum erat in presenti  
 et si ita sit oportuit qd ante mundi productionem  
 fuisset aliqua productio per quam id quod no  
 dum erat presens expectabatur vt efficeretur pre  
 sens. Dicitur qd hec replica tantum procedit de a  
 gente quod tantum agit tempore presupposito  
 quia tale habet considerare determinatas habi  
 tudinem eorum que sunt in tempore ad hoc tempus  
 vel illud vt melius fierent in illo tempore quas  
 in alio. s; non procedit de agente vniuersali qd  
 tempus et omnes res simul producit in esse post  
 qd non fuerant. Nec est intelligendum quod dicitur  
 mundum non semper fuisse ab eo productum qd in  
 finitum tempus precesserit ante mundi inceptionem  
 per quod deus cessauerit agendo et postea mun  
 dum producere cepit. sed intelligendum est qd de  
 us mundum et tempus simul in esse produxit. sic  
 in omnia voluntate non restat considerandum  
 cur voluerit res producere non tunc sed postea  
 quasi tempore preexistente ante mundi produc  
 tionem. sed solum restat considerandum quare res  
 et durationes earum in esse voluit producere post  
 in illo non fuerant. Et si queratur quare tunc  
 voluit producere et non ab eterno. Respondetur  
 in primo puncto questionis dupliciter secundum  
 duplicem sectam. prima qd insequitur Albertus  
 secunda qd insequitur Auerois.

**Ad rationes ante oppositas**  
 Ad primam dicitur qd secundum Albertum deus  
 quantum est de se maxime se comunicat. s; qd ab  
 eterno extra se non comunicauerit hoc prouenit  
 ex parte rerum et non ex parte ipsius quia ipse re  
 bus communiter repugnat produci ab eterno. Se  
 cundum Thomam dicendum est qd bonum se  
 diffundens et comunicans per naturam se diffu  
 dit et comunicat quod potest. sed non aliud quod se  
 comunicat per intellectum et voluntatem quia ta  
 le se diffundit quod dicitur in quantum intelligit. et  
 vult ea que ordinantur ad finem sine comunica  
 tionis et diffusionis. Ad secundam dicitur qd  
 ante non importat tempus in tali locutione sed  
 solum ordinem eternitatis ad tempus. Ad  
 tertiam dicitur similiter sicut ad primam. Ad  
 quartam negatur qd propter hoc voluntas debet  
 erit dici dilatata quia non precessit mundum cu  
 ratione temporis sed eternitatis que est diuisibi  
 lis et tota simul. Sequitur tertus.

**Queritur secundo. Verum**  
 motus non inceperit nec desinet esse. Argu  
 itur qd non inceperit rationibus pbi pro quibus  
 prima supponit qd si motus est necesse est mobile

qd ducendo sit ad illud  
 ex nihilo nihil fit.

plato & aristoteles considerant  
 vniuersalem causam

indigere materia ex ipso  
 ne agentis.

obicitur qd pda p hanc ar.  
 qd mundi creatione.

**Respondeo** qd si primum agens ageret per na  
 turam tantum et non per intellectum et volunta  
 tem ratio de necessitate concluderet. sed quia a  
 git per voluntatem eternam ideo potest producere  
 effectum non eternum. sicut potest intellectu e  
 terno intelligere rem non eternam. nam forma in  
 tellectiva in agentibus per voluntatem est prin  
 cipium actionis sicut forma naturalis in agenti  
 bus naturalibus. Sed replica ipsi qd non videtur  
 qd voluntas postponit aliquid facere quod

potest intelligere in agentibus  
 per voluntatem et per naturam  
 v  
 replica

preexistente secundum naturam vel secundum  
 tempus. quam suppositionem probat per defini-  
 tionem motus. est enim motus actus mobilis.  
 sed actus presupponit id cuius est actus. probat  
 etiam ex consensu omnium dicentium qd nichil  
 mouet nisi possibile fuerit moueri. g<sup>o</sup> i omi mo-  
 tu oportet mobile preexistere et etiam mouens a-  
 foriori. Tunc arguit sic Aristoteles si motus in-  
 ceperit esse tunc deur primus motus. ante quez  
 no fuerit alius motus. necesse e ergo mouens et  
 mobile preexistere. vel ergo perpetuo precesserit  
 vel quandoqz facta sunt. si quandoqz facta sunt  
 cum necesse sit vnunquodqz fieri seu generari  
 antequam moueri inceperit. sequitur qd ante mo-  
 tum qui ponebatur prius fuerunt mutationes  
 scz generatio mouetis et mobilitas que non possunt  
 esse sine motu. ergo ante primum motum fuisse  
 motus. Si dicatur qd perpetuo precesserunt  
 sine motu hoc est irrationabile. et maxime cum  
 mouencia et mobilita naturalia sint. ergo non  
 poterunt esse sine motu. Itz si perpetuo pre-  
 cesserint sine motu tunc quiescebant. sed quies  
 est priuatio motus. cuius priuationis oporteret  
 esse aliquam causam ex parte mouentis vel mo-  
 bilis vel vtriusqz. et hanc causam oportuit aus-  
 ferri antequam mobile inceperit moueri. quia si  
 semper mansisset causa illius priuationis semper  
 fuisset priuatio. oportebit ergo antequam mo-  
 ueri et moueri inciperent preexistere aliquez mo-  
 tum vel ex parte mouentis vel ex parte mobilis  
 vel vtriusqz per quem remoueret causa quietis  
 ergo ante primum motum fuit motus. etiam in  
 his que sunt ad aliquid de nouo oportuit hoc  
 fieri per mutationem vnus vel amorum. ergo  
 si ab eterno fuerit mouencia et mobilita sine mo-  
 tu et postea inceperit motum necessario facta  
 sunt in aliqua habitudine in qua prius non e-  
 rant. quod non potuisset fieri sine mutatione ali-  
 cuius illius. Sed pro secunda ratione sup-  
 ponit Aristoteles duo. Primum est qd prius et  
 posterius non sunt sine tempore qd patet. qz pri-  
 us et posterius numerata in motu sunt ipsum te-  
 pus. Secundus est qd tempus non est sine mo-  
 tu quia tempus est numerus et passio motus.  
 Tunc arguitur sic tempus non est sine mo-  
 tu. sed tempus semper fuit nec incepit esse. ergo  
 motus semper fuit. Minorem probat ex testimo-  
 nio omnium phoz qui omnes dempto Plato  
 ne tempus ingentum esse dixerunt. sed Plato  
 solus generauit tempus sicut et celum. Item  
 de ratione ipsius nunc est qd sit medietas duoz  
 temporum. scz finis preteriti et incium futuri.  
 ergo non potest dari primum nunc. et per conse-  
 quens neqz incium temporis. Et si dicatur qd  
 bene datur primum punctum in linea. ergo etia  
 potest dari primum nunc in tempore. Contra

arguit Aristoteles per primam suppositionem  
 quia si datur primum nunc. cum primum sit an-  
 te quod nullus. tunc sequitur qd erit tempus pri-  
 us illo nunc. sed prius et posterius non sunt sine  
 tempore. ergo illud nunc precessit tempus et per  
 consequens non erit primum nunc. Et illis  
 rationibus quibus probat Aristoteles motum  
 non incepisse eisdem rationibus concludit seu  
 concludi potest qd nunquam deficiet. quia si fi-  
 at motus et deficiat motus alicuius mobilis  
 necesse est prius deficere motum quam corrup-  
 pi mobile vel mouens. et ita sicut arguitur ex par-  
 te inceptiois qd ante primum motum esset mo-  
 tus. ita ex parte deficiationis potest concludi qd post  
 vltimum motum esset motus vel qd mouens et  
 mobilia naturalia perpetuo manerent simul si-  
 ne motu qd est irrationabile. Similiter sicut per  
 illam rationem argutum est. qd ante primum nunc  
 esset aliud nunc si incepit tempus. ita arguere  
 tur ex parte deficiationis qd post vltimum nunc es-  
 set aliud nunc quod est inconueniens. ergo no  
 incepit nec finem habebit. Ad oppositum  
 arguitur per philosophum et vt tenetur secundum  
 fidem. Pro responsione ad quesitum.

**Sciendum est primo. qd post**  
 quam Aristoteles monstrauit in septimo qd nec-  
 esse est dare primum mobile primum motorem  
 et motum primum. Consequenter in hoc li-  
 bro inquit quis sit primus motus qualis sit  
 primus motor. et quale sit primum mobile. et qz  
 in acquisitione istorum necessario oportet prece-  
 re an motus sit perpetuus vel non. Dicit ta-  
 men Auerois qd non intellexit de motu in com-  
 muni. sed de motu primo ita qd querit Aristote-  
 les an primus motus sit perpetuus aut non. sz  
 oppositum videtur ex verbis philosophi vbi no  
 loquitur de primo motu. sed de motu in commu-  
 ni cum dicit. vtrum factus sit aliqui motus cum  
 non prius esset et corrumpitur iterum sic qd nichil  
 moueri possit. Secundo motus est apud phi-  
 losophum deuenire ex premissis ad propositum  
 suuz. sz rationibus itz factis nichil ponitur ma-  
 gis proprium primo motui quam aliis motibz  
 ergo ad. Tercio quia postquam concludit Ari-  
 stoteles in principio huius libri motum esse per-  
 petuum inquit de modo per quem perpetu-  
 tuatur. an scz per hoc qd est vnus et idem motus p-  
 petuus. vel quia sunt infiniti motus sibi inuice  
 succedentes vt in sequenti questione videbitur  
 et tamen hoc inquit phis si iam concludisset  
 primum motum esse perpetuum. ergo hic Aristo-  
 teles inquit de motu in communi. Et huius que-  
 stionis determinatio utilis est vt doceat non so-  
 lum ad cognitionem veritatis in sciencia natu-  
 rali. sed ad scienciam de primo rerum principio  
 que tractatur in metaphisica. nam si ponatur

supposit.  
2. 70

Si motus sit necesse est mobilia et mouentia  
 prius existere non sunt sine tempore  
 Tempus no est sine motu.

2. 7. 1.  
 nihil debz a na prius existere  
 nihil debz dari phis sine vno

¶ motus sit perpetuus necesse est q̄ sit vnum p̄m  
mum p̄m̄cipium quod sit perpetuum ⁊ penitus  
immobile. et etiam si non ponatur motus pepe-  
tuus nichilominus oportet p̄m̄cipium  
esse perpetuum et immobile quia si res inceperit  
esse oportet q̄ ab aliquo esse inceperit. vnde si  
ue motus sit perpetuus siue non oportet p̄m̄cipium  
p̄m̄cipium esse perpetuum et immobile.

**Sciendum est secundo q̄ Li**  
cet Aristoteles incipiat determinare de motu  
quodammodo applicando ad res mobiles cum  
inquirat an semper sit motus vel non. tamē hic  
non habuit inuelligare an motus habeat esse q̄  
illis aliqui negauerint motum. Causas assignat  
quia omnes qui de natura aliquid dixerunt af-  
firmauerunt motum esse. Philosophi enim plus  
res dixerunt mundum esse factum per generatio-  
nem et deficere per corruptionem quod non po-  
tess fieri sine motu. ideo omnes naturaliter lo-  
quentes posuerunt motum esse in rebus. tamen  
de duratione huius tam a parte ante quam a  
parte post diuersimode locuti sunt. Democritus  
enim posuit motum semper esse ponendo mun-  
dum fieri per aggregationem atomalium et cor-  
rumpi per disaggregationem et ponit plures mun-  
dos fieri et corrumpi. Sed Anaxagoras et  
Empedocles oppositum dixerunt scz mundum  
nō semper esse. differunt tamen quia Anaxago-  
ras posuit per infinitum tempus omnia p̄teriste-  
re in vnum cabos p̄ter intellectum agentem ⁊  
post mundum intellectus agens in aliqua par-  
te temporis incepit ipsa segregare et mundum  
cōstituire ⁊ motum incipere. et postea nunquā  
deficiet quia intellectus nunquam cessabit se-  
gregare. ⁊ sic posuit tempus non consequi motū  
sed sequi illud cabos quod precessit motum et  
mundum. sed Empedocles posuit mundum et mo-  
tum pluries fieri et pluries corrumpi. ideo adue-  
niente vniuersali amicitia ponit elementa con-  
gregari et mundum corrumpi et postea vniuersa-  
li adueniente inimicitia ponit elementa segrega-  
ri et mundum generari et corrumpi. ⁊ quibusdā  
temporibus intermediis ponebat motum deficere  
esse et elementa quiescere. et sic patent oppo-  
niones de inceptioe motus. Et quia opinio  
democriti ponit motum semper esse. ideo illam  
non repbat Aristoteles sed soluz alias que nō  
ponunt motū semper esse. Juxta quod sit.

**Conclusio prima: positio**

Anaxagore est nobilior et rationabilior quam  
Empedoclis. Probatur quia cum natura sit p̄m̄-  
cipium ordinationis in rebus nichil in natura  
debet a philosopho poni inordinatum. sed infu-

riti temporis quod precessit motum ad infinitū  
tempus quo durauit motus postquam incepit  
esse nulla ratio est. quare neqz vllus ordo. quia  
omnis ordinatio est ratio quedam. ergo ⁊c.

Item assignari non potest ratio quare intel-  
lectus magis nunc quam prius vel posterius in-  
cepit segregare res ab illo cabos et mundum et  
motum cōstituire. cum tempus precedens incep-  
tionem mundi et tempus sequens sint eiusdem  
rationis. ergo et cetera.

**Conclusio secunda. positio**

Empedoclis est irrationabilis. Probatur quia  
philosophus ponens aliquod p̄m̄cipium debet  
illud manifestare a priori per rationem. vel a po-  
steriori per inductionem. sed Empedocles ponēs  
litem ⁊ amicitiam eē p̄m̄cipia aggregationis ⁊  
disgregationis elementorum et per hoc generate  
et corrumpere mundum per diuersa tempora nul-  
lo modo manifestat. ergo ⁊c. Quamuis enī  
manifestaret q̄ lites et amicitia sint p̄m̄cipia ag-  
gregationis et disgregationis per hoc q̄ vide-  
mus homines congregari per amicitiam et per  
litem disgregari. tamen non manifestauit quare  
amicitia plus est p̄m̄cipium congregationis in  
vno tempore quaz in alio. ⁊ lites disgregationis.  
neqz manifestauit quare per equale tempus sit  
congregatio et manent elementa congregata et  
etiam disgregatio ⁊ manent disgregata. Nec va-  
let quod dicebat ita fuit. ita est et erit. ergo hoc  
est necesse et eternus. ergo nō erit querenda cau-  
sa. Contra arguitur. quia similiter se habent  
res ad esse ⁊ ad veritatem. sed sunt aliquę pepe-  
tue veritates vt triangulū habere tres angulos  
que tamen in se veritatis causam habent. ergo  
si aliqua sint necessaria vel eterna non propter  
hoc sequitur quin habeant causam et posset eo-  
rum causa inquiri. ideo licet dictum Empedo-  
clis sit necessarium vel habeatur tanq̄ dignitas  
prima. debuit tamen manifestare illud a posteri-  
ori per inductionem. vel si non est p̄m̄cipium de-  
buit manifestare a priori naz illo modo bene ha-  
bet causas sue veritatis. Ex hac ratione ma-  
nifestare potest Aristoteles q̄ licet posuerit mo-  
tum et mundum et tempus fuisse ab eterno ⁊ ha-  
bere p̄m̄cipium sue durationis. voluit tamen q̄  
haberet p̄m̄cipium sui esse. quia secundum ipsū  
nichil phibet aliquid esse eternus et habere cau-  
sam sui esse. Unde patet qualiter impugnā-  
tur oppiniones istoruz que a philosopho figmē-  
ta dicuntur quia dicunt sine ratione. Dimissa  
tamen ratione Aristotelis sit.

**Conclusio Tercia: Firmā**

fide est tenendum mundum incepisse per creatio-  
nem. ⁊ simul cū mundo incepit motus ⁊ tempus.

Democriti opinio

anaxagoras.  
Empedocles.

nihil ap̄to in nā abz ponj inordinatū



Dee conclusio pbatione nō indiget qz auctoritati  
diuine credēdū est q̄ m̄l̄io, v̄z rōe cuiuscūqz p̄bi.  
Ideo si eum reputari non debet. auctoritati  
eius diuine credimus mirabiliter approbata. 1. o  
peribus que solus deus facere potest. Est ad  
uertendum tamen q̄ licet conclusio Aristotelis  
sc̄z q̄ motus non incepit nec desinet esse quantū  
ad vnā partem fidei nostre repugnet sc̄z quan  
tum ad hoc q̄ ponit motum semper fuisse. nichil  
enim ponitur secundū fidem semper fuisse nisi  
solus deus qui est perpetuus immobilis. nisi di  
uinum intelligere vocetur motus q̄ diceretur es  
quiuoce. nec de tali motu est hic ad propositum  
tamen quantum ad illam partē que ponit mo  
tum nunq̄ deficere non est fidei nostre contrari  
a. quia vt dictum est hic non loquitur Aristote  
les de motu celi. sed de motu in communi. Sed  
ponimus secundū fidem substantiam mundi ī  
cepisse r̄ q̄ nunq̄ deficiet. r̄ etiam ponimus mo  
tum infinitum r̄ semper esse in hominibus qui  
erunt corruptibiles vitam miserā habentes vel  
beatam. Unde aliqui frustra ponentes Ari  
stotelem non fuisse locutum contra fidem Dixe  
runt q̄ non voluit asserere q̄ motus sit perpetu  
us. sed tamē voluit rationes adducere ad vtrā  
qz partem quasi ad rem dubiā. sed istud in suo  
modo precedenti app̄z formaliter. nam perpetu  
itate motus r̄ temporis pro medio vtitur ad p  
bandum primū principium esse perpetuum. in  
illo octauo r̄ duodecimo methaphisice. suppo  
nēs illud medium esse probatum tanq̄ verum.

Sed si quis suas rationes consideret recte  
videbit q̄ fidei veritas illis impugnare non po  
test. sunt enim efficaces ad probandum q̄ mot⁹  
non incepit per viam nature vt ab aliquibus in  
cepisse dicebatur. sed q̄ non incepit quasi reb⁹  
de nouo productis a primo principio essendi il  
lis rationibus probari non potest. Ad illas  
rationes respondetur cum queritur si motus nō  
semper fuit sed incepit. vel mouentia et mobilia  
semper fuerunt vel incepserunt. Dicitur q̄ primū  
mouens semper fuit r̄ cetera mouētia r̄ mobilia  
incepserunt esse ab vniuersali causa. r̄ alii motus  
incepserunt per creationē que simplex emanatio  
dicitur. r̄ non motus vel mutatio. nisi equiuoce  
diceretur. ideo non sequitur q̄ ante primū mo  
tum fuerit motus. sed bene sequitur si ab aliq̄  
agente particulari incepisset quia agit necessari  
o aliquo subiecto presupposito q̄ ab eo trāsmu  
tatur de nouo esse ad esse. vel de p̄inatione ad  
formam. Et si dicatur primū mouens semper  
fuit in eadem dispositione. ergo semper debuit  
producere mundum. r̄ si non fuerit in eadem dis  
positione sequitur saltem q̄ mutatio que est ex  
parte ipsius fuerit prior motu qui ponitur pri

mus. Responsum est in precedenti questione.

Ad secundam dicitur q̄ solum probat tem  
pus non incepisse ab aliquo particulari agente  
quod est agens in tempore. sed non cōcludit q̄  
non incepit ab agente vniuersali. quia tempus  
r̄ alias res simul in esse producit. et cum arguit  
q̄ non est dabile primum nunc. negatur illud. su  
it enim dabile primum nunc qd̄. sic fuit primum  
principium temporis q̄ non finis alicuius pre  
cedentis. Et cum arguebatur quia primum  
est ante quod nullum tempus est. sed ante dicit  
tempus r̄ cetera. dicitur q̄ ibi ante non signat a  
liquod tempus in natura existens quod prece  
serit illud primum nunc. sed solum signat tempus  
secundum ymaginationem. sicut dum dicitur q̄  
extra celum sunt encia immaterialia. extra dicit  
locum ymaginātū esse. S̄ circa illud dictum  
Aristotelis in prima ratione eius q̄ nichil quie  
scens incipere potest de nouo moueri nisi aliquo  
alio motu preueniente ab aliquo exteriori agen  
te mouente. Obicit ipsemet Aristoteles de a  
nimali quod a seipso mouetur. r̄ sic videtur in  
cepisse moueri nullo alio motu precedente. Re  
spondetur q̄ in animali duplex reperitur motus  
sc̄z naturalis et animalis. et naturalis est duplex  
quidam sit penitus ab extrinseco continente sic  
ut ab aere continente r̄ corpore celesti. vt cum  
per frigus exterius vel calidum animal altera  
tur. Alius est motus naturalis qui sit ab intrin  
seco. et dicitur naturalis eo q̄ non est per appeti  
tum sequentem apprehensionē. sed est per vires  
potencie vegetatiue. et adhuc in tali motu con  
currit mouens exterius quo inuatur vel impedi  
tur calor naturalis intrinsecus per continens ex  
terius. motus enim animalis dicitur progressi  
uus in quo videtur animal per se moueri maxi  
me. sed tamē adhuc ille motus presupponit mo  
tum factum ab exteriori mouente. quia propter  
aliquam passionem in corpore factam et per cō  
sequens in potencie sensituius que organice sūt  
inducatur appetitus animalis ad prosequendū  
vel fugiendum motu progressiuo illud quod ap  
prehensum est et est causa talis passionis. Hoc  
etiam declarat de somno in quo videtur mari  
me quies in animali. postquam tamen non ince  
pit a se moueri animal nisi motu aliquo facto  
ab aliquo mouente per quem remouetur causa  
talis quietis puta per calorem naturalem r̄ ige  
rentem et consumentem huiusmodi que sunt cau  
sa somni vel per aliquod pellens dormientem  
per cuius pulsū incitatur. Ideo bene dicebat  
Aristoteles q̄ nichil quiescens prius postea in  
cepit moueri nisi aliquo motu exteriori facto per  
quē tollit causa quies. nō t̄ p̄pter hoc sequit  
conclusio Aristotelis v̄z q̄ aū primū motū fuerit

5<sup>o</sup> 2<sup>e</sup> cōmp. aristotelis.

Ad rōem  
aristotelis.

motus vel mutatio. quia vt dictum est mouentia et mobilia dempto primo mouente non sunt ante inceptionem motus. dictum est etiam qd inceptum non per motum et mutationem sed per creationes. Ultra obiit Aristoteles contra conclusionem suam per determinationes factam in septimo huius. cum omnis motus sit ex quodam et quoddam nullus motus potest esse infinitus in. per consequens non potest dici qd motus sit perpetuus. Nec obiectio animalis soluta est in sexto. Sequitur tertius. *Principium.*

**Queritur Tertio. Utrum**

Omnia semper quiescant. vel semper moueant. vel aliqua semper quiescant. et aliqua semper moueant sic qd nihil quandoq3 moueat et quandoq3 quiescat. vel omnia quandoq3 moueant et quandoq3 quiescant. vel aliqua semper sunt immobilia et aliqua semper moueantur et aliqua quandoq3 moueantur et quandoq3 quiescant. Arguitur primo sic. qd hec diuisio non sit sufficiens quia non est bimebris. Secundo sic quia primum membrum destruit motum. et secundum destruit quietem. et tertium destruit generationes et corruptionem et omnem motum violentum. et quartum destruit necessitates aliquorum motuum. et quintum committit negationem ponendo quoddam entia immobilia et omnia quiescibilia. In oppositum arguitur per philosophum in textu.

*Pro Responsione.*

**Sciendum est primo qd post**

q3 pbis probauit motum in communi non inceptis neq3 defecisse. Consequenter inquit modus quo perpetuatur motus. an sc3 q3 omnia entia semper moueantur. vel per hoc q3 aliqua semper moueantur. vel per hoc q3 infiniti motus sibi inuicem succedunt. vel per hoc q3 aliquis vnus motus semper fuit et erit. et hoc modo perpetuas motus vt ostenditur infra. quo ostenso ostendetur quis et qualis sit motor primus a quo est ille primus motus. et etiam quale sit mobile cuius est. et hec est tota intentio huius negotii.

**Sciendum est Secundo. qd**

licet in predicta diffinitione sint quinque membra tamen possunt reduci ad bimebrem diuisionem. quia omnia entia sunt vnus dispositio vel plurimum. Si vnus hocq3 tripliciter vel omnia semper quiescant et sic est primum membrum. vel omnia semper mouentur et sic est secundum. vel omnia quandoq3 mouentur et quandoq3 quiescant et sic est quartum membrum. Si sint plura dispositio hoc est dupliciter vel diuersificantur s3 dupliciter dispo3 et sic est tertium membrum. vel s3 tres et sic est quintum membrum quod ponit aliqua

semper immobilia vt sunt intelligentie. et aliqua semper moueri vt sunt corpora celestia. et aliqua quandoq3 moueri et quandoq3 quiescere vt sunt generabilia et corruptibilia. Et notat in hoc membro ponitur. quedam semper immobilia et non dicitur quiescibilia quia illa solum quiescere dicuntur que nata sunt moueri. et istorum quinque membrorum solum quintum habet veritatem. ideo posito et probato soluerentur omnes dubitationes de primo motu et de primo motore et de primo mobili ad hanc scienciam pertinentis. Sed in presenti questione reprobabuntur tria prima membra et in sequentibus videbitur de aliis quia reprobatio quarti ex aliquibus determinandis dependet. Sit ergo.

**Conclusio prima. Dicere omnia**

semper quiescere et nichil moueri est irrationabile. Probatur nam manifestum est ad sensum aliqua moueri. modo querere rationem contra iudicium sensus est infirmitas seu debilitas intellectus vt dicit in textu. ideo dicitur 1o Thopico rum qd contra indigentem sensu non est disputandum ergo etc. Item quia sic dicere est dubitare non de vno particulari ente. sed de toto ente et est inducere errorem contra omnes sciencias. nam omnes sciencie quodammodo motu videntur patet in sciencijs practicas que dirigunt aliquos motus. patet etiam de pbis que naturam motus speculatur. et etiam mathematica aliquo entis motu videntur. vt cum dicit ex fluxu ymaginato puncti causare lineam. etiam dyalectica et rethorica videntur oppinionibus et oppiniones iudicant. sed oppinio est quidam motus vt non est sine motu. ergo negans motum errorem inducit contra omnem scienciam et dubitationem de toto ente. sed talem errorem improbare speculat ad methaphisicum et non ad pbisicum. g.

Tercio nullus specialis artifer habet disputare contra negantes sua principia. sed motum esse est principium in pbisica. nam pbisicus supponit naturam esse principium motus. Quare ita dicentes vt fuit Melissus ponunt motus saltem in anima. quia licet dicant motum non esse realiter. tamen dicunt ipsum esse secundum opinionem et fantasiam. sed oppinio est motus rationis ex aliquibus exterioribus proueniens. et fantasia est motus a sensu secundum actum factus ergo sic negantes motum ponunt motum esse.

**Conclusio secunda. Dicere**

omnia semper moueri et nichil quiescere est contra naturalem philosophum. Patet quia ad sensum manifestum est aliqua quiescere. Item natura est principium motus et quietis. ergo quies naturalis est. et per consequens omnino negare quietem est dicere contra principia pbisice

*Arad. qd rone q3 indiuu sensus e infirmitas motu.*  
*Omnes s3g utunt motu.*

in  
napu  
m  
qz  
getr

Verum est tamen q natura prius est princi-  
pius motus q quietis. ideo hec positio est min-  
irrationalis q precedens. etiaz qz sunt aliqui  
parui motus latentes z sic dubitamus aliqua  
quiescere que tamen mouentur. quia tamē Era-  
clitus non determinauit qui motus nos latent  
z qui non. sed dixit vniuersaliter omnem motus  
nos latere. ita qz omne ens continue z semp mo-  
uetur z nichil quiescit. id in hoc irrationaliter  
locutus est. Et hoc improbat phis. Primo  
de augmento z decremento in quibus magis  
aufert. Eraclitus suam positionem. dicit enim  
omne quod augetur continue augeti secundum  
qualibet partes proportionabile tēpori in quo  
augetur. qd ostēdit Aristoteles esse falsū per du-  
o exēpla. nam si multitudo guttarū cauet lapis-  
dem non oportet quālibet guttarū aliquid remo-  
uere de lapide. sed bene disponit ad cauationes  
z tota multitudo cauat. Similiter si arbor na-  
scens inter lapides per aliquod tempus diuidat  
lapidem non oportet qz in qualibet parte tēpori  
aliquid diuidat. s; bene disponit ad diuisio-  
nem z in toto diuiditur. ergo similiter si aliquid  
in aliquo augetur secundū quantitatem digi-  
talem non oportet qz augetur in qualibet par-  
te proportionali illius anni secundum partem  
illius quantitatis. sed bene in qualibet parte vl-  
disponitur vel augetur. Similiter idem ostendit  
de alteratione. nam si aliquid alteratur in aliq-  
toto tempore quamuis illud quod alteratur di-  
uisibile sit in infinitum non tamen oportet qz se-  
cundum quālibet partem proportionalem illi-  
luis quod alteratur diuidatur alteratio ita qz in  
prima parte proportionali alteretur prima pars  
corporis z in secunda parte alia pars z sic in in-  
finitum. potest enim alteratio esse ita velox qz o-  
nes partes alterabiles simul alterantur vt in cō-  
gelatione aque. Et si arguatur qz dictū est in sex-  
to qz motus cō diuiditur mobili tempore z rei se-  
cundū quā est motus. Respondetur qz in sexto  
agitur de motu in cōmuni non applicando ad  
aliqua particularia mobilia. ideo ibi dicta sunt  
de motu quantū ad ea que sibi nō repugnant  
secūdm cōmunes rationes motus. Dic autem  
agitur de motu ipsius applicando ad aliqua spe-  
cialia mouencia z mobilia quibus repugnat  
semper z cōtinne moueri. qd satis patet per du-  
as rationes postas in septimo. Item cuz ali-  
quid sanatur tendit ad sanitatem z non ad ali-  
ud. ergo cuz ad eam peruenit necessē est quiesce-  
re. nā vt dicitur in sexto. mutatio inter cōtraria  
non potest esse infinita. Similiter dum lapis i-  
duratur non semper fit durus s; terminatur mo-  
tus. ergo illud quod alteratur non semper z con-  
tinne alteratur. Ides patet ex parte motus vio-  
lenti quia nullus motus violentus perpetuo du-

rat. Item omne corpus habet locum natu-  
lem vel proprium in quo dum est quiescit. et a-  
quo non remouetur nisi per violentiam. sed ma-  
nifestum est ad sensum aliqua corpora esse in su-  
is locis naturalibus. ergo manifestum est ipsa  
quiescere. ergo irrationabile est dicere omnia sem-  
per moueri z nichil quiescere.

**Conclusio Tercia. Irrationa-**

bile est dicere omnia que mouentur semper mo-  
ueri z que quiescūt semper quiescere. Patet pri-  
mo ex precedentibus. quia sensus iudicat oppos-  
situm. Item sic dicens destruit augmentum. qz  
si ita esset oporteret augmentationem esse quan-  
tatem infinitam. et etiam destruit motum loca-  
lem violentū. destruit etiam generationes z cor-  
ruptiones. nam generatio est motus de non esse  
ad esse sed corruptio per oppositum. ideo quod  
corripitur per precedens tēpus fuit ens. z qd  
generatur per aliquod tempus fuit non ens. sed  
quod per aliquod tempus est ens vel non ens  
quiescit vniuersaliter loquendo de quiete. ergo  
si est impossibile omē quod quiescit moueri. erit  
impossibile aliquid generari vel corrumpi. z cuz  
i omni motu sit generatio z corruptio vel simpli-  
citer vel secundum quid. sequitur qz sic dices de-  
struit motus. z vt habet phis querere rationem  
contra illud quod patet ad sensū est signū ho-  
minis non potentis discernere inter melius z pe-  
ius. z credibile z incredibile. z picipiū z nō picipi-  
piū. manifestū z nō manifestū. ideo dicit. p. qz p-  
cedens conclusio z ista vna cuz fide probari nō  
possunt. qd patet ad sensū. Nec oportet omnia qz  
mouentur semper moueri. nec omnia quiescencia  
semper quiescere. sed manifestum est aliqua qz  
qz moueri z quando qz quiescere. z sic tria mens-  
bra predicte diuisionis dici nō possunt. Quat-  
rum membrum improbat posterior. et vt dicit  
phis coincidit. cum positione Empedoclis pri-  
us improbata de vniuersali amicitia et inimici-  
cia.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam patuit solutio qualiter illa diuisio  
est reducibilis ad bimēbrem. z etiaz auctoritas  
illa intelligitur de diffinitione data per opposi-  
ta et non per modos diuersos vt est presens.  
Ad secundam patet etiam solutio ex dictis. qz  
quatuor prima mēbra sunt irrationabilia. z ad  
hoc qd dicebatur contra quantum dicitur qz im-  
mobile et quiescens non conuertuntur. sed imo  
bile se habet vt superius. Sequitur textus.

**Queritur Quarto. Utrum**

Omne quod mouetur moueat a motore distincto  
s; esse z diffinitionē vel s; diffinitionē zātū.  
h. h. 3.

Ad hanc nō qz s; ad moueat aliq motu z angmēti  
nec auctōris qz in qzlibz pte illuz impo-  
tionabilis moueat s; pte s; aliq diffinitionē.

Arguitur q̄ non quia animata mouentur a se ipsis per se et naturaliter. ergo in ipsis mouēs non diligitur a moto nec secūdu rem nec secūdu diffinitionem: Ad oppositum arguitur per ph̄m in secundo capitulo secūdi tractatus huius octauī. Pro responsione.

**Sciendum ē primo. q̄ post**

q̄ Aristoteles improbauit tria prima mēbra diuisionis posite in questione precedenti. Consequenter manifestat aliqua necessaria ad probationem quarti mēbri et ad probationem quinti mēbri in quo ut dicebatur stat tota intentio residui huius operis. sc̄z in demōstrōe q̄ i ordine encium est dare aliquod omnino immobile et a liquid qd̄ sepe mouetur et a liquid qd̄ quādoqz quiescit et quādoqz mouetur. ad cuius demōstrōez oportet p̄cognoscere q̄ d̄ne quod mouetur ab alio moueatur. et licet in septimo quadaꝝ ratione cōmuni sumpta ex parte motus in cōmuni et absolute cōsiderari illud probatum fuerit. quia tamen in hoc libro iam incepit agere de motu per cōparationem ad mouencia et mobilia. ideo merito ostendit Aristoteles illam cōclusionē esse veram vniuersaliter in omnibus mobilibus et mouentibus. Pro cuius ostensione in litera ponit tres diuisiones mouentium et mobilium. Prima. mouentium et mobilium quāda mouent et mouentur per se. quēda vero per accidens. vnde per accidens mouere vel moueri contingit dupliciter vt patet in principio quinti. Secunda diuisionis eorum que mouentur quēdam mouentur a se ipsis vt animata. quēdam vero ab aliis vt in animata. Tercia diuisionis est eorū que mouentur quēdam mouentur secundum naturam. quēdam vero extra naturam et violente. et hanc diuisionem manifestat Aristoteles in huius que a se mouentur et in huius que ab aliis mouentur. cum omnis motus naturalis sit a principio intrinseco. ea que a se ipsis mouentur manifestus est naturaliter moueri vt sunt animalia que mouentur ab anima que est eorū natura et forma intrinseca. verū est tamen q̄ si referatur corpus animalis ad animam que est forma totius animalis sic motus ab ea sibi influxus est naturalis. quia vnumquodqz naturaliter mouetur ab eo ad cuius actum est in potencia naturali. si vero referatur corpus animalis ad quatuor elementa cōponencia ipsum tunc moueri potest secundum naturam et violente. nam si in eo dominetur terra naturaliter deorsum mouetur et violente sursum.

**Sciendum est secundo q̄ pre** sens diuisionis repperiri potest i partibus aialium secundum diuersas dispositiones et modos motuum ipsarū partium. homo enim naturaliter flectit brachia anteriora et tibias posterius. equus vero tibias anteriores flectit posterius. et posteriores flectit

anteriora. et si cōtrariuz accideret in istis partibus hoc fieret violēte. In huius vero que ab alio mouentur manifeste repperitur presens diuisionis vt terra naturaliter mouetur deorsum et violēte sursum. et sic patet q̄ naturale et violentum repperitur in aliquibus que per se mouentur siue a se siue ab alio moueatur. Dilectio ergo q̄ in omni motu tam naturali q̄ violento mouens diligitur a motu vel secundum diffinitionem vel secūdu esse. vel secundū esse et diffinitiones simul ostensū est sufficienter q̄ omne quod mouetur ab alio mouetur. de huius vero que per accidens mouentur non fit mensio quia talia non mouentur nisi quia quēdam mouentur per se. Est tamen aduertendū q̄ mouens diligitur a moto s̄p̄ diffinitionem tantum quādo cōiuncta sunt s̄p̄ esse mobile et mouens. tamen illius quod mouet et illi quod mouetur rationes formales sūt diuerse sicut de anima et corpore. sed diligitur secundum esse et diffinitiones quando separata sunt mouens et mobile loco et subiecto et rationes eorum sunt diuerse. Tunc sit.

**Conclusio prima:** ea que mouentur violente mouentur a motore distincto secundum esse et diffinitiones. patet per diffinitionem motus violenti. violentus enim dicitur cuius principium est extra non conferente vni passo.

**Conclusio secunda.** Ea que naturaliter et a se ipsis mouentur mouentur a motore distincto secūdu diffinitionē tantū. p̄ q̄ in talibus mouēs est ipsa aia et motū est corpus. s̄ rationes eorū sunt alie et alie. ergo cōclusio vera. Utrū autē anima vniatur corpori vt forma vt vt motor mobili vt nauta in nauī videbitur in libro de anima. sed pro p̄nti sufficit q̄ in aia mouēs diligitur a moto ratione. et sic manifestū sūt duo mēbra diuisionis. s̄ de tercio. s̄ de motu naturali inaiatorū grauium et leuium vt dicit Aristoteles est maius dubiū an a se vel ab alio moueantur. pro quo sit.

**Conclusio Tercia.** grauiā et leuiā simplicia in suis motibus simplicibus nō mouentur a se ipsis. Probatur quatuor rationibus ph̄. Prima est mouere se pertinet ad rationem vite et est p̄prium aiatorū quia motu et sensu animatus ab animato diligitur. s̄ grauiā et leuiā simplicia nō sunt aia ergo. Secūda ratio d̄ne mouēs se ipsū localiter potest sibi ipsi esse causa status et quietis. vnde sicut animalia per appetitum suum moueri incipiunt ita et quiescunt. sed grauiā et leuiā et simplicia nō possunt sibi ipsis esse causa quietis. nā ipsa existēcia extra locū naturālē nō quiescunt nisi ab extrinseco detineantur q̄ a se ipsis nō mouentur.

*auditor q̄cūq; mouet a p̄no m̄b̄ro n̄ potest moueri  
Mouere se ē p̄p̄m aiatorū d̄p̄t̄m ad v̄nū m̄b̄  
Mouēs se ipsū localit̄ pot̄ sibi et r̄a q̄t̄  
Nullū nō q̄t̄ mouet a se ip̄o s̄ ab alio.*

Tercia ratio irrationabile est dicere ea que a se ipsis mouentur moueri tantum ad unam differentiam ponis. quia ab ea non determinatur eius motus. sed ad motum se ipsa determinat. id hoc modo vel alio moueri possunt. ergo si graua et leuia simplicia moueantur a se ipsis mouentur secundum plures differentias positionum quod falsum est ergo. Quarta ratio nullum vere continuum secundum quantitatem et formas quod est penitus eiusdem rationis in omnibus suis partibus moueri potest a se ipso. sed graua et leuia sunt huiusmodi ergo. Maior probat philosophus quod mouens se habet ad mobile ut agens ad patiens. agens vero est quodammodo diuersum seu contrarium ipsi passio. ergo ea que sunt penitus eiusdem dispositionis in se inuicem agere non possunt. ideo animalia que a se ipsis mouentur magis dicuntur contacta quam continua propter diuersitatem dispositionum partium animalium ut si graua et leuia in suis motibus naturalibus non mouerentur a se ipsis. aquo vero moueantur videbitur in sequenti questione. Ex ista conclusione sequitur quod mixta inanimata non mouentur a se ipsis. patet quod non habent motum nisi virtute elementi predominantis.

**Ad rationes ante oppositum.**

dicuntur est de se per se. quod vel accipitur ut opponitur ad per accidens tantum et sic animata mouentur a se ipsis et per se. vel accipitur ut opponitur ad per accidens et per alterum ut idem est per se et essentialiter et primo. et sic non mouentur animata a se et per se sed secundum alterum. Sequitur textus.

**Queritur Quinto. Utrum**

Graua et leuia simplicia per se moueantur a generante et per accidens a remouente prohibens. Arguitur quod non graua possunt moueri a generante corrupto. ergo ab ipso non mouentur. Secundo sic motus naturalis est a principio intrinseco. sed generans est extrinsecum genito. ergo non. Contingit graue sua grauitate moueri prohibens puta frangere trabem. cum ergo grauitas sit per se principium generis sequitur quod in illo casu graue per se mouetur a remouente prohibens. Ad oppositum est philosophus in littera. Pro Responsione.

**Sciendum est primo: quod post**

quod philosophus probauit graua et leuia non moueri a se. Consequenter ostendit a quo moueantur. Pro quo sciendum est quod sicut mobilium quedam mouentur secundum naturam et quedam extra naturam. ita est de mouentibus. unde illa mouentur secundum naturam que suas formas imprimunt

mobili naturaliter susceptiuo ad quas naturaliter sequuntur tales motus naturales. sicut actum calidum mouet potentia calidum. sed extra naturam mouent illa mouentia que non imprimunt mobili formas naturales ad quas sequuntur naturaliter tales motus. sicut corda arcus mouet sagittam. unde patet quod illud dicitur violente moueri cuius motus est extra naturalem potentiam eius sicut graue quod mouetur sursum. sed secundum naturam dicitur moueri quoniam mouentur in proprios actus ad quos sunt in potentia secundum naturam propriam. Ex quo iterum patet quod ad hoc quod aliquis motus sit naturalis oportet quod in ipso mobili sit potentia naturalis ad talem motum. Nec sequitur quod in se habeat principium actuum illius motus sed sufficit passiuus inclinatum naturaliter ad talem motum. Tercio patet quod cum omne quod mouetur sit in potentia et in actu sequitur quod nichil a se per se primo mouetur. quare sequitur quod graua et leuia et generaliter omne quod mouetur ab alio mouetur.

**Sciendum est Secundo. quod**

aliquid dicitur esse in potentia dupliciter. siue in potentia essentiali sicut ad actum primum qui est forma. et in potentia accidentali siue ad actum secundum qui est operatio consequens formam. aliter est enim in potentia ille qui addiscit et non dicitur habet scientiam. et aliter ille qui habet habitum scientie sed non considerat. Similiter in physicis aliter est in potentia ad calidum quod est actu frigidum. et aliter id quod habet actu formam calidam et non calefacit. Similiter in proposito aliter est in potentia leue illud quod est actu graue. et aliter illud quod habet iam formam leuis sed non mouetur sursum. Unde de prima potentia nichil reducitur ad actum nisi per presentiam agentis extrinseci quod est actu tale quale est alterum in potentia. Sed de potentia secunda aliquid reducitur per se ipsum in actum nisi sit aliquid in pediens. ut nondum habens scientiam non acquirit eam nisi per aliquod generans ipsam. sed dum habet habitum scientie dicitur statim considerat nisi aliquid impediatur. Similiter in proposito quod nondum habet formam leuis per se ipsum non acquirit formas. quia de prima potentia nichil potest se reducere in actum. sed oportet quod efficiatur in actu per generans aliquod quod est actu tale. et quia dans formam dat per se consequentiam ad formas ut sunt motus et locus statim dum aliquis habet formam leuis mouetur sursum nisi aliquid impediatur. unde patet causa quare graua et leuia mouentur ad propria et determinata loca. huius enim causa est natura eorum quia natura grauis est esse deorsum et natura leuis est esse sursum. Tunc sic.

quod sit per Naturalem motum a se moueri.

quod dat formam

**Conclusio prima.** grauia et leuia simplicia in potencia essentiali mouentur ad formam grauis et leuis a se et per se in genere cause materialis. sed non in genere cause formalis vel efficientis. Primum patet. quia in se habent materiam que est in potencia naturali ad formam grauis et leuis. Secundum probatur quia nichil de pura potencia potest se reducere ad actum. ergo talia non mouentur a se ipsis ad formam effectiue aut formaliter.

**Conclusio secunda.** grauia et leuia simplicia in potencia accidentali mouentur a se et per se in genere cause formalis et materialis. patet quia in se habent formas ad quas se quantur naturaliter tales motus. habent etiam naturaliter inclinationes ad talem motum.

**Conclusio Tercia.** grauia et leuia simplicia in potencia accidentali per se mouentur effectiue a generante et per accidens a remouente prohibens. Prima pars patet quia dans formam dat consequentia ad formam. s; generans grauia dat eis formas. ergo dat eis etiam motus consequentes ad tales formas. ergo effectiue per se mouentur a generante et non a se quia a se ipsis non habent formas grauis et leuis cum nichil det sibi ipsi formam. Ex quo patet quod non mouentur a se in genere cause finalis. quod finis non mouet nisi secundum quod est in efficiente. Secunda pars patet quia remouens prohibens ipsum remouendo non imprimat graui aut leui formam aliquam ad quam per se sequatur talis motus. ergo non mouet per se sed per accidens tantum. Unde dicit textus quod est simile sicut de motu spera repercusse a pariete. paries enim non imprimat aliquem impetum ipsi spera. s; impetus impressus a primo prohibente impedit. ideo facit speram moueri in motum oppositum et sic mouetur spera a pariete per accidens. Sed contra predicta arguere quia sicut materia est principium agendi. ergo cuius graue existens in actu primo habeat materiam et formam grauis sequitur quod mouetur a se passiuè ratione materie et actiue ratione forme. Respondetur quod sicut actio et passio bene sunt idem subiecto sed differunt formaliter. ita idem materialiter secundum diuersas habitudines potest habere principium passiuum et actiuum alicuius motus. forma enim grauis et leuis relata ad generans cuius est effectus et instrumentum per virtutem generantis in ea impressam et conseruatam per virtutem superiorum et vniuersalis generantis bene est principium actiuum motus sub motione vniuersalis generantis et non aliter. hoc modo grauitas et leuitas bene dicuntur qualitates actiue et passiuè. ideo generante particulari corrupto adhuc mouentur gra

patendi  
for. p. 1. ad

aud. 120

Deus p. 1. dat et cetera ad p. 1.

uia et leuia. sed forma grauis et leuis accepta s; gradum proprie perfectionis relatum ut actu sibi inherens est principium passiuum motus. et motus eius se habent solum per modum inclinantis materiam ad talem motum. et hoc modo intelligitur dictum p. 1. quod grauia et leuia habent principium motus non mouendi. nec agendi sed patiendi tantum. et sic grauitas et leuitas non sunt qualitates motiue. sed in ordine ad motum grauis et leuis reducuntur ad genus cause materialis tanquam dispositiones et inclinationes materie ad talem motum. et istam imperfectionem s; virtute propria non sunt propria principia motus habent propter materialitatem illarum formarum sunt enim tam vicine materie prime quod penitus sunt immerse materie non habentes eleuationes sufficientem supra materiam ut in ea possint esse principia alicuius motus. formale enim actiuum principium alicuius motus est in aliqua materia eleuatum et habet dominium supra materiam quia agens est nobilior et prestantius suo passio. unde omnis anima eleuata est supra materiam suam. ideo potest esse principium alicuius motus in materia siue forma. Ex quibus patet quod si perflue dixerunt nominales aliquid moueri a se dupliciter. Uno modo quod est diuisibile in parte per se mouentes et partes per se motam et sic grauia et leuia non a se ipsis mouentur. Alio modo dicitur aliquid a se moueri quia potest incipere suum motum et sic grauia et leuia mouentur a se.

Unde patet quod grauia et leuia per se mouentur a generante. et quod eorum motus est naturalis. et per accidens mouentur a remouente prohibens. et si sua grauitate frangit detinens ut arguebatur ante oppositum adhuc mouet se per accidens quod sibi accidit in quantum mouetur quod grauitate sua frangit detinens. nam quod per se frangit trabem non requirit sibi aliquam formam ad quam sequatur talis motus. Ex dictis in precedenti conclusione et in ista patet conclusio hic principaliter interta s; quod omne quod mouetur siue naturaliter siue non mouetur a motore distincto vel secundum diffinitionem tantum vel secundum esse et diffinitionem simul. Rationes ante oppositum solute sunt. Sequitur textus.

**Queritur Sexto. Utrum**

Omne mouens moueatur. Arguitur quod sic quia omnis actio in motu firmatur. ergo et omne agens et per consequens omne mouens mouetur. Secundo sic actio et passio sunt idem subiecto sed omne patiens mouetur. ergo et omne agens. et per consequens omne mouens. Ad oppositum arguitur in litera. Pro responsione.

**Sciendum est primo.** quod post ostensum est quod omne quod mouetur ab alio

mouetur siue ab extrinseco siue ab intrinseco.

Consequenter ostendit Aristoteles q̄ est deueniendum in ordine mouentium ad aliquod primum quod est immobile. vel si moueatur nō tamen ab alio sed a seipso mouetur. et dicitur illud non moueri ab alio quod mouetur a moto re intrinseco. Pro cuius declaratione ponit Aristoteles hanc divisionem mouentium. quia contingit aliquid esse mouēs dupliciter. Uno modo non propter se ipsum. i. virtute propria. sed in quantum mouetur ab aliquo alio mouente.

Alio modo aliquid mouet propter se ipsum. i. propria virtute ita q̄ non habet virtutem mouēdi per se q̄ ab alio mouetur. exempluz de primo vt baculus mouet lapidem per hoc q̄ a manu mouetur que etiam mouetur ab homine. homo autem mouet non q̄ ab alio moueatur. ideo dicitur mouens propter se ipsum. et tale debet dici mouens primum qd̄ quādoq; mouet per plura media vt homo potest mouere lapidem per manum et baculum. quādoq; autem per vnicuz medium vt homo sola manu potest mouere lapidē. et hec mouēcia media que virtutem mouēdi non habent nisi per hoc q̄ ab alio mouentur sunt mouēcia secunda. ideo vocantur instrumenta. et id primum mouens magis mouet q̄ ista secūda. hō patet duplici ratione textus. Prima quia primum mouens mouet secunduz et non eōtra. ergo et c.

Secunda quia secunduz non potest mouere sine primo a quo habet virtutem mouēdi. hō primum potest mouere sine secundo. Tunc fit.

**Conclusio prima. In ordine**

mouentium necesse est vnu esse quod non moueatur ab alio et sic oportet vel q̄ sit immobile vel q̄ a se ipso moueatur. Patet nam si omne mouens ab alio moueretur sic q̄ nullum mouēs moueret nisi per hoc q̄ ab alio moueretur sequeretur q̄ in mouentibus esset processus in infinitum et sic non esset dare primum mouens. et sic primum mouens non moueret nec etiam secunduz ergo nichil mouebit. ergo vniuersaliter tolleretur motus quod est impossibile. ergo est impossibile omne mouens moueri et ab alio moueri. ergo oportet q̄ sit aliquod mouens immobile. vel si moueatur a se ipso necesse est q̄ in ordine mouētuz que mouentur illud sit primum. qd̄ patet qz causa per se prior est ea que est per aliud. ergo illud quod mouet per hoc quod mouetur a se primo est illo quod mouet per hoc quod mouet ab alio. et illud quod mouet per hoc q̄ a se mouetur a se habet virtutem mouēdi. illud vero quod mouet per hoc q̄ mouetur ab alio habet virtutem mouēdi ab alio.

**Conclusio secunda. Si in or**

dine entium mouentium dabile sit vnum quod non mouetur ab alio sed a se ipso hoc est primum mouens in genere phisco. tamē necesse est preter illud dare vnum mouens quod non moueatur nec a se nec ab alio. et sic non omne mouens mouetur. Patet conclusio quia si omne mouēs mouetur sic q̄ nullum mouens moueret nisi motuz vel veniret omni mouenti moueri et non mouere nisi motum per accidens aut per se. Si per accidens cum id quod cōuenit alicui per accidens sibi cōiungenter et non ex necessitate cōueniat sequitur q̄ poterit non cōuenire. S; possibili posito in esse non sequitur impossibile. ponatur ergo aliquod mouens quod nō moueatur. sequitur q̄ adhuc mouebit. ergo non omne mouens mouet per hoc q̄ mouetur. Vel si dicatur oppositum sequitur hoc impossibile scilicet q̄ non mouebit. ergo non erit motus. ergo incōueniens ē dicere omne mouens moueri et non mouere nisi per hoc q̄ ab alio moueatur cū per accidens hoc sibi cōueniat. Secundo quādoq; aliqua duo sibi accidunt si vnum repperiatur sine alio ita et alterum sine illo dum tamen vtrunq; vtriusq; accidat. quod dicitur ppter materialē formā substantiam et accidens. si ergo mouere et moueri sibi inuicem accidunt poterit dari mouens in mobile. Tercio patet testimonio Anaxagore ponentis intellectum agentem impassibilem vt omnia moueret et inmixtuz vt imperaret. Si vero dicatur secundum membrum predicte diuisionis scz q̄ omne mouens per se moueatur. et necessitate sequitur multa incōueniencia. primo vt mouet et mouetur eadem specie motus vel secundum vnam mouebit et secundum aliam moueretur. Si dicatur primum tunc descendendo vsq; ad species specialissimas motus sequeretur q̄ docens geometricam addisceret geometriam. et sanans sanaretur et prohibiciens probiceretur que omnia sunt incōueniencia. Nam de ratione docentis est habere scienciam q̄ docet. et de ratione addiscētis est non habere illam. Item nichil mouet nisi secunduz q̄ est in actu. et nichil mouetur nisi secundum q̄ est in potencia. sed impossibile est idem esse in actu et in potencia. ergo impossibile est idem mouere et moueri per se secunduz eandem species motus. Si vero dicatur secundum membrum scz q̄ secunduz vnam species moueat et secunduz aliam moueatur cum non sint infinite species motus sicut nec infinite species rerum secunduz quas est motus sequitur q̄ tandē deueniretur ad aliquod mouens quod non moueretur secunduz aliqua; speciem motus. et sic haberetur mouens immobile et non omne mouens per se de necessitate mouetur. Nec valet dicere q̄ cum deficerent omnes species motus fieret re ditus ad primam vt si primum motum moueat

localiter distributis omnibus speciebus motus p̄ diversos motores motor qui erit residuus mouebitur iterum motu locali. Contra hoc replicat Aristoteles quia sic idem est dicere ac si diceretur idem mouere et moueri secundum eandem speciem motus. quia vt prius dictum est primus mouens magis mouet q̄ secundus et ita vltimus magis mouet in virtute primi q̄ proximus. et tamen sic capiendo primus mouens moueretur secundus eandem speciem motus qua aliquod eorum mouetur. ergo moueret et moueretur secundus eandem speciem motus qd̄ est idem dicere ac si diceretur docens addiscere et sanans sanare et edificans edificare q̄ est impossibile. ergo non omne mouens per se mouetur nec semper mouet p̄ hoc q̄ ab alio mouetur. ergo impossibile est omne mouens mouere per hoc q̄ mouetur eo q̄ per accidens sibi conuenit. et sic aliquid potest mouere absq̄ hoc q̄ moueatur. ergo potest dari mouens immobile.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur q̄ omnis actio firmatur sicut causa in effectu in motu mobilis. sed non firmatur in motu mouentis. Ad secundam conceditur q̄ actio et passio sunt idem subiecto. sed illud subiectum est motus qd̄ est in mobili et non in mouente. Sequitur textus necessē.

**Queritur septimo. Utrum**

Omne mouens se ipsum diuisibile sit in partem per se mouentem et in partem per se motam. Arguitur q̄ non. celum mouet seipsum et tamen non est sic diuisibile ergo. Secundo sic homo est mouens seipsum et tamen non sic diuiditur cum anima sit tota in toto et tota in qualibet parte.

Tercio sic elementa diuiduntur in partem mouentem et in partem motam sc̄z in materia et formam et tamen non mouent seipsa. ergo id.

Ad oppositum arguitur per philosophum in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo: q̄ post**

q̄ prius in ordine mouentium et mobilium ostendit q̄ non est procedere in infinitum. sed deueniendum est ad aliquod principium mouens qd̄ vel est immobile vel solum mouetur a seipso.

Consequenter ostendit q̄ licet omne mouens primum moueatur a se ipso tamen primus mouens simpliciter est immobile ad minus per se. quia in eo q̄ dicitur mouere se ipsum. licet totum dicatur mouere se ipsum tamen in eo est dare partes mouentem immobilem per se et partem per se motam que non mouet. et sic totum non est primus mouens. sed illa pars que mouet. Tunc sit.

**Conclusio prima. Omnemouens**

seipsum est diuisibile in partes per se mouentem et in partem per se motam. patet quia si aliquis moueat se ipsum vel totum primo et per se mouet totum. vel vtraq̄ pars mouet aliam reciproce. vel quelibet pars mouet se ipsam. vel vna pars mouet et non mouetur. et alia mouetur et non mouet. nullum priorum trium potest dici. ergo relinquatur quartum membrum. nec oportet huiusmodi diuisioni addere hec duo membra sc̄z q̄ totum moueat partem vel pars totum quia improbatum primo et tercio membris satis improbatum hec duo. pars enim non potest mouere totum nec totum partem quin vna pars moueat seipsam. Improbatur ergo primum membrum. Primo sic cum addeat sit actus in numero mouentis et mobilis. si totum primo et per se moueat totum illud secundum eundem motum in numero moueret et moueretur puta idem secundus eandem sanitatem sanaret et sanaretur. et idem secundus eandem scientiam doceret et doceretur qd̄ est inconueniens quia mouens et motum quadam oppositiones important sibi habent. ideo si aliquid mouet et moueatur necessario oportet q̄ illius sit alius motus numero quo mouet et alius quo mouetur sicut est alius motus numero quo baculus mouet lapidem et quo mouetur a manu. Secundo sic. omne mobile mouetur secundus q̄ est in potencia. cum ergo nichil reducat se de potencia in actum oportet mouens esse in actu quodammodo secundus id ad quod mouet mobile et ad quod mobile est in potencia. sed nichil idem in quantum idem est in actu et in potencia. ergo nullum totum potest per se mouere seipsum. Dicitur autem mouens esse in actu quodammodo quia aliter est in actu mouens vniuocum in quo est forma secundus eandem rationem que recipitur in mobili et aliter mouens equiuocum in quo non est forma secundus eandem rationem vt recipitur in mobili sed secundus quandam virtutem superiores. Nec potest dici secundum membrum. patet primo quia si vtraq̄ pars animalis moueat reciproce vna pars non est magis mouens q̄ alia. et tamen primum mouens magis mouet q̄ secundum et ibi non erit dare primum mouens ergo nec secundum. et per consequens mouens seipsum non esset propinquius primo principio motus q̄ illud quod mouetur ab alio. et tamen prius dicebatur q̄ mouens seipsum est primum in ordine mobilium. Secundo si mouentis seipsum pars que mouet ab alia moueatur moueri non potest sibi conuenire nisi per accidens. quia si per se sibi conueniret tunc non moueret nisi per hoc q̄ moueretur. sed quod mouet per hoc q̄ mouetur virtutem mouendi habet ab alio tantum. et ita



sequitur q̄ idem per se moueret ⁊ moueretur e-  
odem motu qd̄ improbatum est. si ergo pars mo-  
uens moueatur ab alia parte hoc sibi nō conue-  
nit nisi per accidens. ergo potest non in esse. ⁊ sic  
mouentis se ipsum esset pars tantum mouens et  
pars mota tantum. Tercio si mouentis se ip-  
sum pars que mouet ab alia moueatur sic q̄ nō  
moueat nisi in quantum mouetur. cum moueri  
sibi conueniat per accidens ⁊ sic posset non mo-  
ueri. sequitur etiam q̄ poterit non mouere et sic  
penitus tolleret motus quod est impossibile.

Quarto quia sequeretur q̄ idem moueret et  
moueretur secundum eandem motum. ut predic-  
tus est. Nec potest dici tertium membrum. primo q̄  
si aliquid totum moueat se ipsum vel mouere si-  
bi attribueretur ratione alicuius partis que se  
ipsam mouet ⁊ sic totum non esset mouens se ip-  
sum sed illa pars sola. vel sibi conueniret ratione  
totum ⁊ sic nulli parti conueniret mouere se nisi  
per accidens. quare cum in ipso toto sit aliqua  
pars que moueat ⁊ alia que moueatur cum illa  
que mouet non moueat se nisi per accidens se-  
quitur q̄ est per se immobilis. Secundo si mo-  
uentis se ipsum quolibet pars se ipsam moueat vel  
vna pars sequitur q̄ ipsum totum non erit primum  
mouens se ipsum ymo illa pars tantum. ⁊ cum in  
mobile se ipsum totum non moueat totum ut dictum  
est. oportebit in illa parte dare vnam partem que  
moueat ⁊ non moueatur. ⁊ sic erit procedere in in-  
finitum. ergo in omni mouente se ipsum est pars  
mouens ⁊ immobilis et pars mota que non de ne-  
cessitate mouetur ⁊ sic sequitur quartum mem-  
brum diuisionis. Si obicitur contra hoc qd̄ dictum  
est in vltima ratione. scilicet q̄ mouente se ipsum est  
dare partes per se mouentes ⁊ partes per se motas  
que non mouet. nam animal se ipsum mouet ⁊ ta-  
men in eo est aliqua pars mota que etiam mouet  
ut nervi ⁊ musculi quibus mediantibus anima  
corpus mouet. Respondet Aristoteles q̄ licet  
in aliquo mouente sunt tres partes modo predic-  
to. tamen in primo mouente se ipsum sunt tantum  
due quare vna mouet tantum ⁊ alia mouetur tan-  
tum ita q̄ nichil mouet qd̄ sit pars totius mouen-  
tis licet possit mouere aliquod extrinsecum. Pro-  
batur quia si totum. a. b. c. sit mouens se ipsum ita  
q̄ a. moueat tantum et b. moueatur tantum et c.  
moueat ⁊ moueatur. tunc remoto ipso. c. adhuc  
a. b. mouebit se ipsum. quare hoc totum. a. b. c. nō  
erit primum mouens se ipsum. sed hoc totum. a. b.  
cuius pars mouens non mouetur ⁊ pars mota  
nō mouet. ergo in primo mouente se ipsum sunt  
due partes tantum. vna mouens et alia mota tan-  
tum. Sed contra obiceretur q̄ in celo quod  
est indiuisibile secundum naturam nec motus est  
extensus ad extensionem mobilis ⁊ sic non est di-  
uisibile. detur primum mouens se ipsum. ⁊ etiam

in animalibus imperfectis que animalia dicuntur  
in quibus pars mouens quodammodo est  
continua extensa et diuisibilis sicut ipsum mobile  
videtur q̄ ibi non possit dari primum mouens se  
ipsum. nam pars separata a toto adhuc se ipsum  
mouet. cum sit prior toto et diuisibilis in infinitum  
ergo ibi non potest dari primum mouens se  
ipsum. Dicitur q̄ in talibus est tantum vnum pri-  
mum mouens se ipsum secundum actum. sed sunt  
plura secundum potentiam. Dicitur vltra q̄ ibi  
mouens est continuum et extensum sicut mobile  
licet in quantum continuum sit diuisibile in infini-  
tum quia per diuisiones auferri non potest na-  
tura continui. tamen in quantum naturale repu-  
gnat scilicet cum quolibet virtus naturalis ad exerci-  
cium sui operis in materia requirat determina-  
tas quantitates a qua si deficiat non plus habe-  
bit suam operationem in materia. Et si que-  
ratur cur ex mouente et moto fiat quodammodo  
vnum qualiter in mouente se ipsum se habeant  
ille partes. Respondet philosophus q̄ ex ipsis non po-  
test fieri vnum continuitate. quia mouens ⁊ mo-  
tum non possunt esse vniuersalis dispositionis.  
sed fit vnum per contactum. qd̄ contingit dupli-  
citer. quia vel ambo corpora sunt ⁊ sic mutuo se  
tangunt. vel mouens est incorporeum quia mo-  
tum semper est corpus ⁊ sic pars mouens tangit  
partem motam tactu metaphisico scilicet virtute q̄  
influit naturaliter ⁊ non tactu proprie dicto.  
Et predictis patet q̄ hec diuisio mouentis se ip-  
sum in partem per se mouentem ⁊ in partem per  
se motam non debet attendi secundum partes  
titatas mobilis. quia tales quantum est de se  
continue sunt ⁊ vniuersalis dispositionis. sed at-  
tenditur secundum partes essentielles.

### Conclusio secunda. Necessesse

est primum mouens esse immobile saltem per se. Patet  
quia in mouentibus non est procedere in infini-  
tum. sed deueniendum est ad primum mouens qd̄  
vel immobile est penitus ⁊ sic habetur intentum  
vel mouetur non ab alio sed a se ipso. sed in mo-  
uente se diuisibilis est prima pars que primo mo-  
uet ⁊ est immobilis per se. ergo in ordine mouen-  
tium necessesse est primum mouens penitus esse in  
mobile vel esse mouens per se.

### Ad rationes ante oppositum

Prima secunda et tertia bene probant q̄ nō  
est sermo de diuisione in partes quantitativas  
sed tamen ad tertiā dicitur q̄ licet elementa di-  
uidantur in materia et formas. non propter hoc  
diuiduntur in partem per se mouentem et in partem  
per se motam propter causam prius assump-  
tam siue assignatam.

### Queritur Octauo. Utrum

Necesse sit esse vnu primu mouens perpetuum et immobile per se et per accidens. Arguitur q non quia quicquid potest virtus inferior potest virtus superior. sed aliqua mouencia secunda se ipsa mouent. ergo primus potest mouere se ipsu.

Secundo sic primus mouens intelligit et vult et intellectus nature. ergo ab intelligibili et appetibili mouetur. ergo non penitus est immobile. Tercio sic q sunt plura mouencia prima quia melius est perfectiora et meliora encia multiplicari q imperfectiora et minus bona per se primo. ideo videtur q melius sit esse multo plura mouencia. Ad oppositum arguitur per pbis in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo: q post**

q pbis in principio huius libri probauit de motu in communi q semper fuit et semper erit. Ad sequenter etiam ostendit q omne quod mouet ab alio mouetur. et postea q in his que ab alio mouentur non est procedere in infinitum. sed desinendum est ad aliquod immobile vel saltem quod mouet se ipsum. et postremo q in mouente se ipsum necessario est vna pars immobilis et sic vtriusq accidit q est aliquod primu mouens immobile. Consequenter ostendit q in mouente se ipsum licet pars mouens sit immobilis per se tamen mobilis est per accidens. restat videre q est aliquod primus mouens immobile per se et per accidens perpetuum et vnus tantum. Ex quo sequitur q est vnus primus mobile quod semper mouetur. et ita est vnus primus motus continuus et perpetuus. quo probato probatur quartum membri diuisionis prius posite esse falsum in quo dicebatur q omnia quandoq mouentur et quandoq quiescunt. probate etiam erunt due partes quinti membri illius diuisionis. et tertia pars est per se manifesta et superius probata. scilicet aliqua quandoq moueri et quandoq quiescere. hoc etiam ostenso patebit modus quo perpetuatur motus. Tunc sit hec.

**Conclusio prima. Necessesse**

est esse aliquod mouens perpetuum. immobile per se et per accidens. quod est vnus tantum. Prima pars patet quia mouencia se ipsa que apud nos sunt inanimata quandoq sunt et quandoq non sunt et generantur et corrumpuntur. q generationis et corruptionis eorum oportet esse aliquas causas. cum omne quod mouetur habeat causam sui motus aliam a se. Insuper generationes et corruptiones eorum perpetuantur. ergo sicut propter generationes et corruptiones ponitur aliqua causa distincta ab ipsis. ita perpetuitatis generationis et corruptionis necesse est esse aliquas causas que non potest esse aliquod eorum que

quandoq sunt et quandoq non sunt. quia effectus perpetui oportet causas esse perpetuas. nec talis causa eorum potest esse plura eorum sibi inuicem succedentia. quia talia infinita sunt. nec sunt simul. sed vnus effectus ex infinitis causis non potest dependere. etiam cause que simul non sunt directe vnus effectus cause esse non possunt. hanc causarum que simul non sunt vna possit disponere ad effectum primus et perpetuum quod sit causa perpetuitatis generationis et corruptionis mouentium se ipsa et eorum omnium que quandoq sunt et quandoq non sunt. Secunda pars conclusionis patet quia in mouentibus se ipsa est pars mouens que mouetur per accidens ad motum totius et non semper se habet in eadem dispositione ad mouendum. ideo talia non semper mouentur sed quandoq quiescunt. quare oportet illud mouens quod est perpetuum et est causa perpetuitatis motus generationis et corruptionis esse immobile per se et per accidens et perpetuum. Tercia pars probatur scilicet quia tale mouens sit vnus tantum. quia sicut rationalis est ponere mouencia finita et infinita. ita rationabilius est estimare primus mouens esse vnus q plura. quia melius saluatur perpetuitas et continuatio generationis et corruptionis per vnum motorem immobilem q plures. Secundo licet perpetuentur motus huiusmodi inferius propter successionem plurium motuum. tamen oportet vnus motus esse perpetuum qui sit continuus sub quo continuantur alii motus qui incipiunt et deficient. sed vnus motus continuus est vnus mobilis et ab vno mouente. ergo primus mouens est tantum vnus. Ex hac conclusione sequitur alia.

**Conclusio secunda: Necessesse**

est esse vnus primu continuum et perpetuus. Patet quia est vnus primus motor et immobilis et perpetuus. Et si arguatur quia Aristoteles ex perpetuitate motus conclusit perpetuitate primi motoris. nunc autem ex perpetuitate primi motoris concludit perpetuitate primi motus et sic videtur circulatorio. Dicitur q ex perpetuitate motus in communi probata in principio huius libri pbis concludit perpetuitatem vnus primi motoris. Nec autem conclusio ex eo inferit q in ordine motuum oportet q sit vnus motus continuus et perpetuus immediate procedens ab illo motore perpetuo. et hoc iterum concludi potest sicut probatum est ex parte motuum qui quandoq sunt et quandoq non sunt ut sunt generationes et corruptiones quas oportet contineri infra vnus motum continuum et perpetuum. qui quidem vnus motus propter diuersitatem quas habet in suis partibus secundum appetitum quo ad nos est

De quod mouet hanc ratiōem sicut motus alia esse effectus perpetui q ratiō esse perpetua  
De effectus non potest a ponere et plures ratiōes  
Insuper quod sunt simul.  
Melius saluatur perpetuitas generationis et corruptionis  
q prima.

causa quo determinato tempore incipiunt generationes et corruptiones et determinato tempore deficient. quia vero est ab vno motore immobili semper vno et eodem modo se habente est causa indeficientie generationum et corruptionum. Et istis patet quare aliquid est quod semper mouet et aliquid quod semper mouetur. quia scilicet motor est perpetuus et penitus immobilis. et in mobile semper manet in eadem dispositione ad motum. 2<sup>o</sup> patet quare quedam quandoque mouentur et quandoque non. quia quedam sunt que mouentur per accidens mouendo. ideo non semper mouent nec sua mobilia semper mouent. Et hec est prima intentio Aristotelis in hoc libro. Posset etiam ostendi quod in ordine entium est aliquid quod semper est in potentia cui solum conuenit moueri et aliquid quod quandoque est in potentia. et quandoque in actu cui quandoque conuenit mouere et quandoque moueri. ergo est aliquid quod est primus actus cui conuenit moueri et non moueri. Et sic patet quintum membrum huius diuisionis verum esse.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur quod quicquid perfectionis potest virtus inferior potest virtus superior. sed moueri non dicit perfectionem. ideo non oportet quod si conueniat secundo mouenti quod etiam primo. sed mouere dicit perfectionem non tamen essentialem ideo potest conuenire primo mouenti quod tamen non semper mouet ut tenetur secundum fidem. Ad secundam dicitur quod primus mouens non accipit scientias a rebus sicut nos facimus. ideo non mouetur ab intelligibilitate et appetibilitate. Item intelligere et appetere non sunt motus proprie dicti. Ad tertiam dicitur quod pluralitas entium eiusdem speciei solum est. id est illa que in vno individuo perpetuari non possunt perpetuantur secundum luccessionem plurimum individuorum. et ideo quod sit vnum suppositum alicuius speciei et quod sit perpetuum importat perfectionem.

Sequitur textus

**Queritur nono. Utrum**

Motus localis sit primus omnium motuum. Arguitur quod non. quia talis est ordo motuum qualis est ordo terminorum cum motus capiat speciem a termino. sed motus generationis est prior termino motus localis cum substantia sit prior accidere. igitur. 2<sup>o</sup> sic. in his que generantur prius est aliquid generari et post alterari et augeri. et ultimo moueri motu locali. ergo motus localis non est prior aliis motibus. Ad 3<sup>o</sup> arguitur per philosophum in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo. quod post**  
 quod philosophus ostendit quod necesse est esse vnum primum motorem perpetuum et immobilem a quo egrediat vnum primum motus qui est perpetuus et continuus. consequenter inquit quis et qualis sit ille motus perpetuus. Ad cuius inquisitionem ostendit quod inter omnes motus motus localis est primus de quo videbitur in presenti questione.

2<sup>o</sup> ostendit quod inter omnes motus motus localis potest esse continuus et perpetuus.

Et 3<sup>o</sup> quod inter motus locales solus circularis. Quibus habitis habetur quis et qualis sit primus motus. Et quo patebit quale sit primum mouens. Tunc sit.

**Conclusio prima. motus localis est primus omnium motuum.**

Pro cuius probatione supponit Aristoteles quod tantum sunt tres motus. scilicet motus ad qualitatem. ad quantitatem et ad vbi. Motus ad qualitatem qui est alteratio. Ad quantitatem qui est augmentatio et diminutio. et secundum locum qui dicitur loci mutatio. Hoc supposito probat conclusionem. Primo ex proprietate et conditione motuum. 2<sup>o</sup> ex parte modorum priorum et posteriorum. Et 3<sup>o</sup> ex ordine mouentium et mobilium. Primo arguitur sic. alteratio est prior augmentatio et motus localis est prior alteratione. ergo motus localis est ceteris motibus prior. Maior probatur quod augmentatio fit adueniente nutrimento quod primo est dissimile et contrarium alito et efficitur simile. sed fieri simile non est nisi per alterationem. ergo augmentatio presupponit alterationem. Minor probatur dupliciter. Primo in omni alteratione requiritur alterans quod facit potentia actu tale. sed huiusmodi alterans non semper eodem modo se habet secundum propinquitatem et distantiam ad id quod alteratur. quia sic semper vno et eodem modo alteraret quod ad sensum videtur falsum. efficitur quod quicquid ei propinquius et quicquid longius secundum quod alteratur. sed hoc non fit sine motu locali. ergo alteratio presupponit motum localem. Secunda ratio alteratio fit secundum passibiles qualitates inter quas secundum antiquos raritas et densitas sunt priores. nam alie secundum istas distinguuntur. sed raritas et densitas secundum istos sunt congregatio et disgregatio. secundum autem congregationes et disgregationes fiunt generationes et corruptiones substantiarum. sed in congregatione et disgregatione necesse est motus localis. ergo motus localis precedit generationes et corruptionem que secundum eos priores sunt talibus motibus. Et circa hanc rationem est aduertendum quod si attendatur ordo passibilium qualitatum ex parte materie. verum est nunc quod rarum et densum priores sunt. Si vero attendat

In omni alteratione alterans facit potest adu tale  
 Nam si possibile semper facit quod in his et dicitur 2<sup>o</sup> in h.  
 Non est quod mouet localis vniu alijs motibz sed si pot mouet alijs motibz  
 qui sit motus localis  
 Propter hoc si in motu prius est non propter hoc  
 prius in materia generis sui posteriora in materia passibilium.

et parte agentis calidum et frigidum sunt prio-  
res. Aduertendū est secundo q̄ generatio et  
conruptio non sunt secundum aggregationem et  
disgregationem. sed hac opinione tanq̄ proba-  
bili vtitur ph̄s vsq; eam reprobauit in libro  
de generatione. Aduertendū est tercio q̄ con-  
gregatio et disgregatio sunt motus locales vel  
saltem sunt secundum motus locales si sint cor-  
porum existentium actu. sed si capiuntur congre-  
gatio et disgregatio pro rarefactione et condensa-  
tione. hoc modo non sunt motus locales vt  
dicitur est in principio huius nisi forte per acci-  
dens sicut de augmento et decremento dices-  
retur. 2<sup>o</sup> patet conclusio ex parte modorum  
prioris et posterioris. Tripliciter enim aliquid  
dicitur prius altero. Primo modo a quo non  
conuertatur subsistēdi consequentia quo scilicet  
non existente alia non sunt. sed ip̄m est sine aliis

2<sup>o</sup> modo aliquid dicitur prius secundum tē-  
pus quod scilicet remotius est a presenti nunc  
in preterito vel propinquius est in futuro. 3<sup>o</sup>  
modo dicitur prius secundum substantiam hoc  
est secundum perfectionem et completum sub-  
stantie. et sic act<sup>o</sup> prior est potentia p̄fectū imp-  
fecto. Probatur q̄ motus localis sit prior aliis  
illis modis. et primo de primo modo. quia ne-  
cesse est motum esse. vel ergo perpetuatur quia  
semper est vnus et idem motus continuus. vel  
quia sunt infiniti motus consequenter se habē-  
tes inter quos non est medium. sed primum. est  
dignius. q̄ continuum est perfectius q̄ conse-  
quenter. sed natura de possibilibus facit quod  
dignius est. ergo magis accipiendū est motum  
perpetuari per vnum primum motum continuū  
q̄ per plures consequenter se habētes. sed solus  
motus localis potest esse perpetuus et continu<sup>9</sup>  
vt postea probabitur. ergo motus localis  
prior est aliis primo modo. Item non oportet  
illud quod localiter mouetur moueri alio motu  
sed nihil mouetur alio motu nisi p̄existēte mo-  
tu locali. ergo. 2<sup>o</sup> patet de secundo modo  
quia perpetuum prius est non perpetuo. sed so-  
lus motus localis potest esse perpetuus. ergo.

Sed contra obiceretur vt arguitur ante op-  
positum. Ad quod respondet ph̄s q̄ licet in  
vno et eodem motus localis sit posterior tempo-  
re aliis. tamen simpliciter loquendo est prius.  
quia impossibile est omnia mobilia esse genera-  
bilia. supposito q̄ motus semper sit. et quia si  
omnia essent h̄mōdi contingeret motum deficere  
ergo oportet aliquod mobile esse ingenerabile  
et incorruptibile. g<sup>o</sup> salterabile et augmētabile.  
cum motus semper sit et sit causa generationis  
et corruptionis omnium generabilium et cor-  
ruptibilium. et talis non potest esse alius q̄ mo-  
tus localis. 3<sup>o</sup> probatur q̄ sit prius tercio

modo prioris. Nam priora via generatiōis sunt  
posteriora via perfectionis. quia generatio pro-  
cedit de imperfecto ad perfectum. sed motus lo-  
calis est in vno et eodem posterior vt dictū est.  
ergo posterior est via generationis. ergo oportet  
aliquid primo fieri deinde alterari et augeri et  
vltimo moueri localiter. ergo motus localis est  
perfectior omnibus. Item ille motus est per-  
fectior qui solum cōuenit perfectus. sic est de mo-  
tu locali. nam videmus q̄ plante que sunt imp-  
fectiores animalibus non mutant locum. et ad-  
huc inter animalia illa que sunt imperfecta pro-  
pter indigentiam organorum non mouentur lo-  
caliter nisi per accidens proquāto augentur et  
diminuantur. et animalia perfecta mouentur lo-  
caliter. ergo motus localis conuenit solum per-  
fectis. ergo. Item ille motus est prior et perfec-  
tior qui nihil variat de substantialibus. sed hoc  
solum conuenit motui locali. ergo. Ultimo  
probatur conclusio tercia via. quia vt probatū  
fuit in ordine mouentū que motu mouent mo-  
uens se ip̄m est primum. sed mouenti se ip̄m ma-  
xime conuenit mouere se motu locali. ergo ille  
motus est prior omnibus aliis.

### Ad rationes ante oppositū

Ad primā dicitur q̄ si capiuntur illi termi-  
ni simpliciter et absolute. put vn<sup>9</sup> est substantia  
et alius accidens tunc terminus generationis  
prior est termino motus localis. sed si capiuntur  
in ordine ad mouentia et mobilia quorum sūt  
sic terminus alius motus localis. puta sub-  
stantie ingenerabilis et incorruptibilis qui quidē  
motus est a mouente immobili est prior termino  
generationis. nam motus localis secundum q̄  
est talis mobilis et a tali mouente est causa for-  
marum substantialium in illis inferioribus.

Ad secundā patet solutio ex dictis. Sci-  
quitur textus.

### Queritur decimo. vtrū Ali-

quis mot<sup>9</sup> vel mutatio ali<sup>9</sup> a locali possit esse cō-  
tinuus et perpetuus. Arguitur q̄ sic. q̄ gene-  
rationes et corruptiones sunt perpetue vt habz  
videri primo et secūdo de generatione. 2<sup>o</sup> sic  
cum aliquid mouetur ad locum dum] peruenit  
ad terminū separatim potest mutari ad magiū  
et sic in infinitū reflecti. ergo alius motus a lo-  
cali erit perpetuus. Ad oppositū est ph̄s in  
secundo capitulo secūdi tractatus huius libri

Pro responsione.

Sciendum est primo: q̄ post  
q̄ ph̄s ostendit motum localem esse primum  
omnium motū. consequenter quia necesse est  
primum motum qui est a primo mouente imer

diate procedit semper esse continuum cum sit a  
 mouente penitus immobili inquit Aristoteles  
 quid sit ille motus qui vnus et idem existens  
 semper est continuus. nam illo habito habebit  
 primus motus simpliciter. et ad hoc deueniens  
 dum ostendit qd nullus motus alius a locali po  
 test esse semper continuus nec etiam mutatio. p  
 cuius probatione pbūs primo supponit qd ois  
 motus vel mutatio est ex opposito in oppositū.  
 siue contrarie siue contradictorie. vt termini ge  
 nerationis et corruptionis sunt esse et non esse.  
 Alterationis vero sunt qualitates contrarie.  
 Augmenti. et decrementi vero magnitudo per  
 fecta et imperfecta. sed a gñalitate huius propo  
 sitionis soluz excluditur aliquis motus localis  
 qui non est inter opposita nisi secundum quid  
 vt patuit in fine sexti. 2º supponit qd motus  
 capit speciem a termino ad quem. 3º illi motº  
 sunt contrarii qui sunt a terminis contrariis in  
 contrariis vt patuit in quinto huius. et simili  
 ter suo modo dicendum est de mutationibus.

**Conclusio prima. Nullus**

motus preter motum localem vnus et idem exi  
 stens potest esse semper continuus. et similiter de  
 mutationibus. Patet quia contraria simul eidē  
 in esse non possunt. ergo nec motus contrarii.  
 vt cum aliquis mouetur ad album motu deal  
 bationis. illud non mouetur ad nigrum motu  
 denigrationis. quod autem prius existit per ali  
 quod tempus et non mouetur motu quo natū  
 est moueri. illud quiescit quiete. opposita illi mo  
 tu. ergo cum aliquis mouetur motu dealbatio  
 nis quiescit quiete. opposita motui denigratio  
 nis. ergo motus denigrationis non potest semp  
 esse. et cum motus contrarii sunt eiusdem nature  
 si vnus non possit semper esse nec etiam alius.  
 quare sequitur qd nullus motus qui est de con  
 trario in contrarium vnus et idem existens pos  
 test semper esse continuus et perpetuus. et simi  
 liter dicere de mutationibus. Nec valet dicere  
 contra rationem qd mutationes non sint contra  
 rie. quia sunt opposite secundum contradictionē  
 quia ratio capit fundamentū in hoc quod im  
 possibile ē non solū cōtraria vno etiā quecūqz  
 vera opposita eidem simul inesse. Unde sicut ē  
 impossibile idem simul esse album et nigrum.  
 et dealbari et nigrari. ita impossibile est qd idēz  
 simul sit ignis et non ignis. et etiam mutari ad  
 esse ignis quod est generari et ad non esse quod  
 est corrumpi. Sed obiceretur quia quies nō  
 opponitur mutationi. ergo nō potest esse cum ali  
 quid nō mutetur aliqua mutatione qd quiescat  
 quiete que esset opposita illi mutationi. Dicitur  
 qd nihil differt ad propositū. sed sufficit qd simul

secundum tempus non mutetur mutationibus  
 oppositis. sed qd inter duas mutationes opposi  
 tas necessario sit tempus medium siue in illo tē  
 pore dicatur mutabile quiescere siue non muta  
 ri. Unde dictū est in quinto qd mutationi oppo  
 nitur immutatio et non quies. Iterum ar  
 gueretur qd motus non contrarietur moti quia  
 opponitur quieti. modo vnum vni tantum est  
 oppositum. Dicitur qd non est inconueniens ali  
 quid duobus opponi vni quidem directe et al  
 teri indirette. Unde motus directe contrariatur  
 motu. sed indirette quieti. 2º sicut probatū  
 est in fine sexti. omnis oppositio sumitur inter p  
 fixos terminos et determinatos. ergo omnes mu  
 tationem que est inter opposita contingit simpli  
 citer terminari. ergo nulla talis potest esse conti  
 nua et perpetua.

**Conclusio secunda. motus**

vel mutationes que sunt inter opposita conti  
 nuari non possunt per successionem sic qd dum  
 aliquis mouetur ad vnum terminum statim et  
 sine tempore intermedio possit moueri aut mu  
 tari in terminum oppositū. Probat pbūs. quia  
 sicut contingit in generatione et corruptione ita  
 et contingit in aliis motibus. nā quod est phi  
 sicum similiter se habet in omnibus. sed irratio  
 nabile est dicere qd generationi immediate succe  
 dat corruptio. puta cum aliquid generatum est  
 statim corrumpitur. quia tunc frustra generatū  
 esset. ergo etiam ita est in ceteris motibus. 2º  
 idem est motus et motus vnus continuus. sed  
 motus qui est de albo in nigrum et eōtra non  
 est vnus motus cum sint contrarii et specie dis  
 ferant. ergo non sunt vnus motus continuus.  
 quare oportet qd intercedat quies intermedia.  
 nec possunt tales motus continuari cum differ  
 rant specie. 3º cum necesse sit primum motus esse  
 continuum. sequitur qd motus localis solum est  
 primus et potest esse continuus. Et sic patet res  
 sponso ad questū.

*qd e phisica similiter se habet in oibz*

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur qd generationes et cor  
 ruptiones sunt perpetue non sic qd sit vna ge  
 neratio aut vna corruptio semper existens. aut  
 etiam qd corruptio succedat generationem prop  
 ter causam dictam. nam si esset eadem genera  
 tione continua idem generaretur et corrumpere  
 tur. Ad secundam dicitur qd non est possibi  
 le cum per motus aliquid sit albū qd statim fiat  
 nigrum sic qd dealbatio et denigratio sint vnus  
 motus continuus cum sint contrarii motus.

Sequitur tertius.

Quod autem contingit.

*motus nō ē qd sit a medio in medio  
 motus mixtus dicitur qd gōtū ex utraqz  
 motus mixtus ē qd sit circa medium  
 sine p̄paratōne a seorsū v̄ d̄struōne*

**Queritur vndecimo. Utrum**

Omne quod reflectitur necesse sit in puncto reflectionis quiescere. Arguitur q non. si paruus lapis proiectus sursum obuiaret molari cadenti deorsum reflectitur sine quiete. alias oporteret molare quiescere qd falsus est. ergo. 2º sic si lapis sursum proiectus quiesceret sequeretur q graue calkens sursum et non prohibutum quiesceret. consequens est impossibile. ergo. 2d. Ad oppositum arguitur per phm in tercio capitulo huius tractatus. Pro responsione.

**Sciendum est primo q post**

q phus ostendit q motus localis est primº motus et q nullus ab eo potest esse continuus. consequenter ostendit q solus motus circularis potest esse continuus. Ubi.

**Sciendum est Secundo q**

Motus localis non est nisi triplex. scilicet rectus circularis. et compositus ex his. vt si aliquid moueretur per cordam et arcum. quod autem ostenditur non conuenire simplicibus satis ostenditur de compositis. ideo sufficit inquirere an motus simplex rectus aut circularis possit esse continuus. et in presenti questione videbit vtrº aliquis motus rectus possit esse cõtinuus. et in sequenti videbitur de circulari.

**Sciendum e tercio q motus**

rectus est qui fit supra magnitudinem rectam. sed omnis talis finita e vt dicitur in tercio huiº et omnis magnitudo finita tempore finito transiit vt patuit in sexto. quare oportet omnes motum rectum tempore finito peruenire ad terminum magnitudinis supra quam fit motus. 7 ita terminari. ergo nullus talis est infinitus. nisi dicat quis q dum peruenit continue ad terminum magnitudinis sine quiete continue recedat a principio et ita deinceps vt motus rectus 7 reflexus sunt vnus motus. Unde solis hoc modo posset perpetuari motus rectus. si ergo probatum fuerit q motus reflexus et primus non sint vnus motus continuus satis probabitur. quia impossibile est aliquem motum rectum semper esse cõtinuum. Tunc sit.

**Conclusio prima. Impossibile est motum reflexum cum primo continuari**

Probatu rationibus naturalibus. et deinde rationibus logicalibus et communibus. Prima ratio. impossibile est contraria ad inuicem continuari. sed illi motus sunt contrarii. ergo. Maior patet quia ad continuitatem motus tria re-

quiruntur. scilicet vnitas temporis. vnitas mobilis. et vnitas forme secundum quam est motus. sed contraria specie differunt. ergo est impossibile contraria ad inuicem continuari. Minor probatur nam motus contrarii sunt quorum termini sunt contrarii. sed motus reflexi et primi motus termini sunt contrarii. nam in locis sunt sex differentie positionum ad inuicem contrarie scilicet sursum deorsus. 2d. modo omnis reflexio fit supra aliquam illarum differentiarum vt si motus procedens erat sursum reflexio erit deorsum. et sic termini illorum sunt contrarii. Itz probat philosophus a signo. nam illi motus se inuicem impediunt et cessare faciunt siue sint supra lineam rectam. siue in circulo. ergo contrariantur. Non est tamen intelligendum q motus circulares proprie contrariantur. quia quis essent a terminis contrariis non tamen sunt secundum lineam breuissimam. sed magis debent dici repugnantes. cum mutuo se impediunt. Secunda ratio. illi motus non sunt contrarii inter quos mediat quies. sed inter primum motum et reflexum mediat quies in puncto reflectionis. Pro declaratione minoris supponitur primo q tria sunt in magnitudine. scilicet p. in principio. mediu et finis. 2º supponitur q licet mediu sit vnus numero. tamen est duo secundum rationem. scz finis precedentis et principium sequentis. 3º supponitur q aliud est esse in actu et aliud esse in potentia. ideo cum dicitur aliquid continue moueri ab extremis in extremum magnitudinis medium magnitudinis non est principium neqz finis motus in actu. sed in potentia solum ideo in alio medio mobile non est in actu. sed in potentia solum. Nec dicitur ibi accedere vel recedere nisi in potentia. quia non est ibi per aliquod tempus sed solum per nunc temporis. quod quidem nunc adhuc non idem se habet in actu. sed vt in potentia. sed cum erat mobile in principio alius magnitudinis quia tale principium est in actu et actu principium magnitudinis et motus tunc ibi erat actu. et similiter dicendum est cum est in alio extremo. quia tale extremum est finis actu et ibi est in nunc actu. si ergo in medio magnitudinis finiatur motus procedens secundum actum. et ibi incipiat alter motus secundum actum. tunc medium actu habet rationem principii et finis. modo sic est de puncto reflectionis. nam ad ipsum actu finitur motus procedens. et ab eo actu incipit motus reflexus actu. Tunc arguitur sic. vel est hodie nunc in quo mobile ad idem punctum reflectionis actu accedit et in quo mutatus e respectu motus precedentis cu illo nunc in quo actu recedit ex illo puncto. vel e aliud ab eo

3. requirunt ad obitum  
tardum motu.

multo  
cõtra spe differunt  
Int qbz duo mº mediat tº  
Dn ad mouet a pu suu motu  
semp dr moui ad ultima suu motu


non potest dici q̄ sit idem. quia tunc in eodem  
dem nunc mobile esset in actu et non esset in il-  
lo puncto. quia cum accedit ad illud punctum  
ibi est. cum vero recedit non amplius est. ergo ē  
aliud et aliud nūc. s; inter quecūq; duo nūc me-  
diat tempus. ergo mobile per aliud tempus in  
ipso puncto permanet. sed q̄ per aliud tempus  
manet in puncto secundum se totum quiescat.  
ergo necesse est omne quod reflectitur in puncto  
reflectionis quiescere. ergo motus reflexus et pre-  
cedens nō sunt vnus motus. Deinde arguitur  
rationibus logicis. Prima ratio. dum aliquid  
mouetur a principio motus semper dicitur mou-  
eri ad vltimum terminū sui motus. ergo si nō  
sit quies in puncto reflectionis sequitur q̄ idem  
simul mouebitur motibus contrariis. verbi gra-  
tia si aliquis ascendat sursum et post contra ca-  
dat deorsum si illi duo motus sint vnus dum  
mobile incipiebat ascendere dicebatur moueri  
ad vltimum terminum sui motus scilicet deorsum.  
ergo simul conuenit ascendere et descendere.  
2<sup>o</sup> si ita esset sequeretur q̄ aliquid moue-  
retur ad aliq̄ terminū ab aliquo termino in  
quo nondum fuit. patet quia in casu posito dū  
mobile incipit ascendere iam dicitur moueri de-  
orsum. et tamen nondum fuit sursum. Tercia  
ratio. simul corrumpitur non album. et generat  
album. cum ex non albo fit album. et similiter  
corrumpitur album cum ex albo fit nō album.  
ergo si motus reflexus cum primo possit contine-  
ri in omni genere sequitur q̄ erit motus idem  
quo ex non albo fit album et quo ex albo fit nō  
album. ergo simul generabitur album et corū-  
petur quod est impossibile. Alie rationes satis  
patent in textu. Sed circa dicta in secunda  
ratione conclusionis monet phís tria dubia et  
solut. pro quorum primo ponantur due magni-  
tudines. vna ē. e. b. c. et secūda. 3. i. r. fit vltia ps  
per se puta. b. c. equalis toti. 3. i. deinde ponan-  
tur duo mobilia equaliter mota puta. a. et. d. et  
moueat. a. continue a puncto. e. vsq; ad punctum.  
c. d. vero tunc recedat a puncto. 3. et tendat  
ad punctum. i. cum. a. accedit omne. b. si ergo a  
liud sit nūc in quo. a. accedat ad. b. et ab eo re-  
cedat. sequeretur q̄. d. prius veniret ad. i. q̄. a.  
ad. c. quia prius recessit a puncto. 3. q̄. a. ad. b.  
Doc autem videt in cōueniens cū equaliter mo-  
neantur. et magnitudo. b. c. sit equalis magnitu-  
dini. 3. i. ergo videtur falsum quod dictum est in  
secunda ratione. scilicet q̄ est aliud instans in q̄  
mobile ad aliud punctum accedit et in quo re-  
cedit ab eodem puncto. Respondet Aristoteles q̄  
argumentum habet apparentiam si. a.  
esset actu in. b. ita q̄. b. esset actu medium mag-

nitudinis et haberet actu rationem. finis et ra-  
tionem principii. sed non est ita cum. a. ponatur  
continue moueri a puncto. e. vsq; ad punctum.  
c. et ideo. a. non est in. b. nisi per instans et ē idē  
instans in quo accedit et in quo recedit ab ipso  
b. modo non est ita in reflexione. quia punctus  
reflectionis ē actu finis primi motus et actu prin-  
cipium secundi. quia ille punctus est actu. ideo  
non posset esse idem instans quo mobile actu  
accedit ad ipsum et quo recedit ab eo. et sic pa-  
tet solutio prime dubitationis. Ex hoc patet  
etiam solutio secunde dubitationis que est ratio  
5enonis qua nitebatur improbare motum loca-  
lem propter puncta infinita exsistentia inter extre-  
ma magnitudinis que impossibile est pertransi-  
re vt ipse arguit. sed prius responsum est ad ra-  
tionē eius. ideo pro nunc dimittitur. Tercia  
dubitatio est cum aliquid sit per aliquod tem-  
pus non est et per aliud est. cum igitur ista tem-  
pora sint ad inuicem continuata per instans du-  
bium est vtrum in illo instanti copulante esse et  
nō esse sit vel non sit vltroq; modo se ha-  
beat. et hoc est q̄ sub aliis verbis queritur vtrum  
instans naturalis transmutationis sit attribue-  
dum posteriori passioni. Respondet Aristoteles  
q̄ attribuendum est posteriori vt cū aliquid  
generatur in instanti terminante generationem  
dicitur esse. Similiter cum aliquid dealba-  
tur in instanti terminante dealbationem est al-  
bum. patet q̄ cum aliquid dealbatur vel in vlti-  
mo transmutationis est album vel non album  
si sic habetur intentum. si non tunc cum ex non  
albo non fiat album nisi per transmutationes.  
sequitur q̄ instans datum non erit vltimus ter-  
minus transmutationis quod falsum est per ca-  
sum positum. Et si arguatur iterum cum ali-  
quid dealbatur in toto tempore dealbationis  
est non album. ergo in quolibet instanti illius  
temporis. Respondet Aristoteles negando  
consequentiam. sed accipiendum est vltimum  
terminum illius temporis in quo primo est al-  
bum. Tunc respondetur.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicitur q̄ in illo casu proiectum  
reflectitur non per se. sed pure per accidens. et id  
in illo casu contingit ipsum non quiescere et etiaz  
est continuitas per accidēs et conclusio in tellis  
gitur de mobili reflexo per se. Ad secundam  
dicitur q̄ licet virtus violentie qua lapis moue-  
tur sursum licet in termino motus non sufficiat  
amplius mouere. tamen sufficit detinere mobile  
contra motum suum per aliquod tempus et ha-

Ad. 1.



bet rationem prohibentis. et sic graue quiescens  
sursum determinatur a virtute violentie.

Sequitur textus.

**Queritur Duodecimo.**

Utrum motus circularis possit esse perpetuus  
et continuus. Arguitur q non. quia si sic  
esset infinitus. sed hoc est impossibile quia ois  
motus est inter terminos finitos. modo nullus  
motus qui est inter terminos finitos potest esse  
infinitus. 2º sic. si motus circularis esset con-  
tinuus et perpetuus oporteret perpetuitate siue  
continuitatem fieri per quandam reflexionem.  
et tunc argueretur sicut de questione preceden-  
ti. 3º sic. motus conuincitur mobili vt pa-  
tuit in secto. sed nullum mobile est infinitum.  
ergo. r. Ad oppositum est pbsis in littera.

Pro responsione.

**Sciendum est primo:** q post  
q probatum est q necesse est esse vnum primum  
motum continuum et perpetuum procedentem  
ab vno motore perpetuo penitus immobili. et  
ostensum est q motus localis est primus oium  
et deinde q nullus alius a locali potest perpe-  
tuari et vltimo q motus rectus non potest ppe-  
tuari siue esse vnus et continuus. Consequenter  
ostendit philosophus q motus circularis potest  
esse continuus et perpetuus qui procedit a pri-  
mo motore simpliciter. qui quidem motus de  
necessitate est causa omnium aliorum motuum  
et si talis motus possit esse continuus et perpetuus  
necessario est talis. quia in perpetuis non differ-  
runt esse et posse. Tunc sit.

**Conclusio prima motus cir-  
cularis potest esse continuus et perpetuus.** Pro-  
batur illud est possibile quo posito in esse nul-  
lum sequitur impossibile. sed si ponatur motus  
circularis continuus et perpetuus nullum sequi-  
tur impossibile. ergo. Minor patet quia illud  
impossibile quod sequebatur ponendo motum  
rectum esse continuum et perpetuum erat q mo-  
tus contrarii essent vnus et continuus motus.  
sed hoc impossibile non sequitur ponendo mo-  
tum circularē continuum. qd ostenditur. primo  
quia in motu circulari illud quod mouetur ab  
aliquo puncto redire potest. ad idem punctum  
secundum eandem dispositionem partium mo-  
bilis. ita q pars que in exitu a puncto erat pri-  
or erit prior etiam in reditu ad ipm punctum. et  
sic non erit contrarietas in dispositione partium  
mobilis. quod non contingit in motu recto vno  
pars que erat prior in primo motu in reflexione

fit posterior. 2º sic contrarietas inter duos ter-  
minos solum attenditur inter lineam rectam  
per quam solum potest mensurari maxima distan-  
tia inter duo puncta secundum quam distan-  
tiam in loco attenditur contrarietas. et q non  
mensuretur talis distantia per lineam circularē  
patet quia inter duo puncta describi possunt in  
finite linee curue. sed vnica recta describi potest  
ergo illa maxima distantia solum mensurari ha-  
bet per lineam rectam. ergo motus qui sit secun-  
dum lineam circularē non contrariatur. 3º  
partes motus circularis non sunt contrarie. q  
in motu circulari fit reditus ab eodem in idem  
nō p idē mediū. sed per aliud et aliud sit exitus  
ab vno puncto et reditus in idem. modo de ras-  
tione oppositorum est q circa idem considerentur  
ergo possibile ē aliquid moueri circulariter sine  
oppositione motuum. quare motus circularis  
potest esse continuus et perpetuus quod nō cō-  
tingit in motu recto. quia semper fit exitus ab  
eodem et reditus in idem per idem medium. idē  
exitus et reditus sunt motus oppositi. et contin-  
git hoc quia in linea recta finis non coniungit  
principio. et similiter contingit in semicirculo  
vel in alia minore portione circuli. Ex ista  
ratione sequitur q nullus motus preter circula-  
rem potest esse perpetuus. patet quia in omni  
alio si fiat reditus fiet per idem medium. vt si in  
alteratione ex calido fiat frigidum fit transitus  
per tepidum. et similiter est in aliis.

**Conclusio secunda. motus**

circularis est primus omnium motuum. Patet  
quia motus localis est prior aliis motibus. sed  
omnis motus localis est rectus vel circularis  
vel mixtus ex his. sed mixtus nō potest esse pri-  
mus. et circularis est prior recto. qd ostenditur  
quia perfectum et incorruptibile natura perfec-  
tione et tempore est prius imperfecto et corrupti-  
bili. sed omnis motus rectus est imperfectus  
et corruptibilis. motus autem circularis est per-  
fectus. ergo r. Minor patet quia nulla mag-  
nitude recta est infinita. alias supra ipm nō cō-  
tingeret moueri. quia impossibile est fieri quod  
impossibile est factū esse. ergo omnis magnitudo  
est finita. ergo nullus motus rectus potest  
esse infinitus. et per omnes quilibet motui recto po-  
test aliquid addi. ergo est imperfectus. et pertinet  
ad terminū et tandem cessat. et sic est corrup-  
tus. Nec potest dici q motus rectus sit infinitus  
per reflexionem vt supra patuit. sed motus cir-  
cularis est perfectus. quia semper in eo finis cō-  
iungitur principio et ē incorruptibilis. qd semp  
est in principio suo. ergo. r. Secunda ratio  
motus qui potest esse perpetuus prior est non p-  
petuus natura et tempore. sed circularis potest esse  
perpetuus. rectus aut nō potest esse perpetuus. g. r.



Tercia ratio. esse principium in aliquo genere et esse mensura omnium que sunt illius generis conuertuntur ad inuicem. sed motus circularis est mensura omnium aliorum motuum ergo etc. Quarta ratio. motus regularis prior est irregulari. sed solus circularis potest esse regularis. nam si motus rectus naturalis est velocior in fine quam in principio. si vero violentus e conuerso. In circulari vero ut dictum est non est assignare principium medium et finem que tamen possunt assignari in magnitudine recta. ergo in motu circulari non est assignare partem que intendatur et remittatur. Et predictis patet quomodo perpetuatur motus non per successionem plurimum motuum consequenter se habentium. Sed quia est vnus motus perpetuus cuius continuas perpetua est causa successionis perpetue generationis et corruptionis illorum in ferorum. et quia in prima ratione huius conclusionis supponebatur quod motus localis sit prior aliis. Quis hoc probatum sit tamen iterum probat philosophus per opiniones antiquorum philosophorum. Primo per Empedoclem qui posuit litem et amicitiam esse principia motuum per congregationes et segregationes que sunt motus locales. 2. per Anaxagoram qui posuit intellectum agentem esse primam causam motus. 3. per Democritum qui posuit vacuum esse causam motus. modo vacuum est causa motus localis. 4. per opiniones antiquorum ponendo vnus principium materiale motus per condensationem et rarefactionem. 5. per opinionem Platonis qui posuit animas esse primam causam motus. 6. per opinionem vulgarium qui dicunt nihil moueri proprie nisi moueatur motu locali. ergo motus localis est primus motus aliorum motuum.

**Ad rationes ante oppositum**  
Ad primam dicitur quod motus circularis est infinitus non quidem secundum terminos quia in qualibet die naturali pertingit de termino ad terminum. sed infinitus secundum durationem perpetuam per continuas rerum creationes et circulationes que sunt continue et non diuise. Ad secundam patet quod non est simile de motu circulari et de recto. quia in circulari non fit reditus per idem medium. Ad tertiam dicitur quod illa diffinitio intelligitur in partibus motus quas habet a mobili. et non de partibus quas habet secundum durationem. Sequitur textus. *Quod autem necesse est.*

**Queritur Tredecimo.**

Utrum mouens tempore infinito sit infinite virtutis de necessitate. Arguitur contra suppositum. quia mobile motus et tempus equaliter di-

uidantur et se habent ad esse finitum et infinitum sed nullum est mobile infinitum. ergo nullus est motus tempore infinitus. ergo non potest concludi quod primum mouens sit infinite virtutis. 2. sic ponendo perpetuitatem mundi cum Aristotele. Sol mouet. et mouet hec inferiora tempore infinito. et tamen est finite virtutis. ergo. etc. 3. sic. si esset aliquod mouens infinite virtutis tunc moueret suum mobile in instanti temporis ut ostenditur de grauitate infinita primo celi et mundi.

Ad oppositum arguitur per philosophum in textu. qui ex perpetuitate motus concludit infinitatem virtutis primi motoris. Pro responsione.

**Sciendum est primo quod post**

quod philosophus ostendit quis et qualis sit motus primus qui est circularis continuus et perpetuus. consequenter vult ostendere quale sit primum mouens et principaliter quod est impartibile et nullam habens magnitudinem. ad cuius ostensionem predebetur minatur quedam necessaria. Primo quod est infinite virtutis. 2. quod virtus infinita non potest esse in magnitudine finita. et cum nulla magnitudo sit infinita. sequitur suum principale intentum.

**Sciendum est Secundo. quod**

In omni motu tria concurrunt. scilicet mouens. mobile. et tempus in quo fit motus. et hec tria necesse est aut esse finita. aut omnino esse infinita. aut vnum finitum aliis duobus existentibus infinitis. et e contra. Et dimissis duobus primis membris quia nihil faciunt ad propositum. tertium prosequitur Aristoteles quod scilicet impossibile est esse vnum infinitum aliis duobus existentibus finitis aut e contra. et specialiter hoc facit de tempore quia magis facit ad propositum. Tunc sit.

**Conclusio prima. Impossibile**

est tempus esse infinitum aliis duobus existentibus finitis. Probatur. et sit mouens finitum a. et mobile finitum. b. et tempus infinitum. c. capiatur ergo vna pars mouentis proportionata toti que sit. d. et pars mobilis que sit. e. cum ergo pars mobilis equaliter mota in minori tempore pertranseat signum magnitudinis supra quam sit motus quod totum mobile. sequitur quod ipsum in minori tempore quod sit. c. pertransit aliquod spatium magnitudinis quod totum. b. pertransit. sit ergo illud minus tempus. 3. que sit pars illius temporis infiniti. et cum mouens et mobile sint finita. et omne finitum per ablationem eiusdem quantitatis prius pluries sumptarum tandem consumatur. capiatur in motu et mobili pres equalibus partibus iam acceptis do

## Liber Octauus.

nec consummant mouens et mobile et addatur partibus iam acceptis. cuius ergo prima pars mobilis iam accepta in parte temporis finita mouetur a parte mouentis et pertransierit determinatum signum magnitudinis sequitur quod quaelibet pars eius similiter in parte temporis finita pertransibit. sed cum nunquam possit consumi totum tempus. et etiam ex partibus finitis multitudine et magnitudine resultet finitum. sequitur quod omnes partes mobilis mouebuntur ab omnibus partibus mouentis tempore finito. ergo et totum mobile mouebitur tempore finito a motore finito. ergo si tempus sit infinitum oportet mobile esse infinitum. et sic necesse est esse mouens infinitum. quod mouens per tempus infinitum necessario est infinite virtutis. Sed contra argueretur. quia hec ratio intelligenda est de primo mobili et de primo mouente. Quibus repugnat commentator quod aliqua condicionalis bene est vera cuius partes sunt false. et ita est in proposito. Sed melius dicendum est quod in talibus demonstrationibus videtur Aristoteles diuisione partium mobilis et mouentis non realiter ita quod secundum actum fiat diuisio. sed solum fit talis acceptio secundum imaginationem nostram per intellectum vel rationem signando unam partem sine actuali diuisione ipsius continui. dicendo. si hoc totum moueatur hec pars prius pertingit ad aliquod signum spacii et alia. et debent sic intelligi rationes philosophi. Sed iterum argueretur. si sit aliquod mouens finite virtutis ingenitum et incorruptibile tale semper se habebit ad mouendum. ergo poterit mouere tempore infinito. quia vero semper manens idem semper natum est facere idem. ergo ex infinitate motus secundum tempus non potest Aristoteles concludere infinitatem motus secundum virtutem. Pro responsione huius rationis sciendum est quod diuisio motus potest capi dupliciter scilicet ex parte mobilis et secundum partes eius. et ex parte magnitudinis supra quam fit motus. una enim pars mobilis prius pertransit unam partem magnitudinis et totum mobile. et similiter totum mobile prius pertransit unam partem magnitudinis et totam. et si bene consideretur ratio Aristotelis clarum est quod totus motus capitur ex parte mobilis. quod patet cum dicitur quod pars mobilis in minori tempore mouetur et totum. hec enim minoritas temporis accipi non potest ex parte magnitudinis nisi in ordine ad aliquod signum determinatum. quia posset capi pars mobilis ex parte mouentis sibi proportionata equali tempore equali spacium pertransire sicut totum mobile. debet ergo capi minoritas temporis ex parte mobilis. ita quod pars alicuius

mobilis in minori tempore aliquod signum magnitudinis supra quam fit motus prius peruenit et totum mobile. et ita si totum mobile pertranscat aliquod signum tempore infinito oportet necessario quod in ipso mobili sunt infinite partes. et quod mobile sit infinitum. et si mobile sit infinitum oportet necessario quod mouens sit infinite virtutis. quia virtus mouentis debet excedere virtutem mobilis. que quidem virtus mobilis erit infinita si mobile sit infinitum. Cum autem sol mouet hec inferiora tempore infinito non est intelligendum quod moueat aliquod mobile infinitum cuius motus sit infinitus ex parte mobilis. sed bene mobilia infinita secundum successionem. Sed iterum replicatur fortius. quia nullus est motus infinitus ex parte mobilis. cum nullum mobile sit infinitum. sed solum est infinitus ex parte magnitudinis resumpe et iterate. et sic ad motum tempore infinito sufficit virtus infinita. ergo ratio Aristotelis non potest concludere primum mouens esse virtutis infinite. Respondetur necessario quod illud quod est prima causa motus infiniti oportet quod sit per se causa infinitatis motus. quia causa que est per se prima prior est causa per accidens sive per se. ut dictum fuit prius. et causa per se primo terminatur ad effectum per se. quia causis prioribus correspondent effectus proprii secundo butus. dictum est autem quod tempus motus potest accipi ex parte mobilis. et ex parte magnitudinis. et ita similiter dicendum est de infinitate motus. tempus autem motus quod capitur ex parte mobilis sibi per se conuenit. et etiam infinitas si talis esset. quia sibi conueniret per proprium eius subiectum. tempus autem motus quod accipitur ex parte magnitudinis sibi per accidens conuenit. et ita similiter infinitas. postquam tamen mobile totum motum suum compleuit supra unam magnitudinem quo reiterato redeat et sic infinitum tale tempus et talis infinitas sic veniens ex parte magnitudinis per hoc quod mobile resumit suum motum accedit motui illius quod est causa prima huius infinitatis virtus non terminatur per se ad illam infinitatem per accidens. sed terminatur ad infinitatem motus per accidens que esset per se. et hoc esset mouendo mobile infinitum si esset. et propter hoc secundi motores quantum moueant motu infinito per accidens non oportet quod sint infinite virtutis. quia cause per se non sunt cause illius infinitatis. quia ut dictum est causa per se debet terminari aliquem effectum per se. sed etiam illam virtutem non habet ex se sed ex alio. et similiter dictum est de sole qui mouet hec inferiora.

motu infinito supponendo perpetuitates mundi et tamen non est infinite virtutis. nec etiam oportet illud quia non est causa per se illius infinitatis. unde si esset aliquod mobile infinitum neque sol neque alie intelligentie mouere possent. sed primum mouens ipsum mouere possent. et hec fuit mira subtilitas Aristoteli qui ex hoc quod postquam motus est in finitus per accidens concludit primum mouens esse infinite virtutis ex eo quod effectus per accidens non potest esse terminus alicuius cause per se. et tamen primum mouens simpliciter est causa illius infinitatis per accidens. quare oportet quod possit esse causa per se alicuius infinitatis per se sic quod ex parte eius non sit defectus. unde patet repositio ad quesitum.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primas dicitur quod solus procedit de tempore quod habet motus a mobili secundum partes eius. et sic verum est quod motus non possit esse infinitus nisi mobile esset infinitum. sed non procedit de tempore quod habet motus ex parte magnitudinis resumpte. Ad secundam patet solutio.

Ad tertiis dicitur quod processus maioris in de celo de grauitate et lenitate intelligitur de virtute naturali. virtus autem primi motoris quous sit infinita tamen est intellectualis et voluntaria. ideo non agit secundum vltimum sui posse sed secundum quod intelligit et vult.

**Queritur decimoquarto**

Utrum in magnitudine finita possit esse virtus infinita. et e contra in magnitudine infinita possit esse virtus finita. Arguitur primo quod sic. primus motor qui est infinite virtutis est in primo orbe ut habetur in 2<sup>o</sup> celi et mundi. sed primus orbis est finite magnitudinis ut dicitur per de celo. 2<sup>o</sup> in magnitudine finita est virtus infinita. 2<sup>o</sup> sic quia stat in minori corpore maiorem esse virtute quam in maiori. ergo ut videtur possibile est quod in magnitudine finita sit virtus infinita. Ad oppositum arguitur per Aristoteli in primo ca. 4<sup>o</sup> quarti tractatus huius octauis ad vtriusque partem per inuersionem.

**Sciendum est primo quod post**

quod Aristoteli monstrauit quod mouens tempore infinito necesse est infinite virtutis. consequenter ostendit quod virtus infinita non potest esse in magnitudine finita. et hoc valet ad probandum quod primum mouens est penitus indiuisibile et non habens magnitudinem. ostendit etiam Aristoteli quod in magnitudine finita non potest esse virtus infinita. et sic istud per concomitantiam ad primas questionem se habet. Quis non sit a philosopho principis palter intencum. Tunc sit

**Conclusio prima. In magni**

tudine finita non potest esse virtus infinita. Pro cuius probatione duo supponuntur. Primus quia maior virtus equalem effectum perficit in minori tempore quam minor virtus. 2<sup>o</sup> est quous maior virtus equalē effectum perficiat in minori tempore quam minor in minori tempore. Impossibile est tamen virtutem aliquam quantumcumque magna sit in non tempore mouere. quia omnis motus est in tempore. Tunc arguitur sic si in magnitudine finita esset virtus infinita sequeretur quod ipsa in non tempore moueret quod est impossibile per secundam suppositionem. patet consequentia. quia si talis virtus infinita tempore aliquo finito moueret quantumcumque modico significetur illud tempus et sit. a. et deinde capiatur virtus finita alicuius magnitudinis finite que etiam mouebit tempore finito sed in maiori et sit illud tempus. a. b. cum ergo cuiuslibet finiti ad finitum sit proportio. erit tempus. a. b. ad tempus. a. determinata proportio secundum quam maius excedit minus. addatur ergo secundum eandem proportionem qua vnum tempus excedit aliud virtus finita ad virtutem finitam datam. tunc aggregatum ex his virtutibus quod finitum erit. e. r. mouebit in equali tempore ipsi. a. quia quantum crescit virtus tantum decrescit ipsius tempus ergo virtus finita et infinita in equali tempore mouebunt. et cum adhuc virtuti finite possit fieri additio absque hoc quod adequetur virtuti infinite quia semper erit finita sequitur quod virtus finita in minori tempore mouebit quam infinita quod est impossibile sicut dicebat suppositio. impossibile est ergo virtutem infinitam mouere tempore finito ergo si talis esset moueret in non tempore quod est iterum impossibile. ergo impossibile est virtutem infinitam esse in magnitudine finita. Sed contra obiceretur quia hec ratio non solum videtur probare quod in magnitudine finita non potest esse virtus infinita. vmo etiam quod nulla est virtus infinita quod est contra predicta. Responsetur quod virtus que non est in magnitudine est agens per intellectum et a tali mouetur celum ut dicitur duodecimo metha. virtus autem que est in magnitudine agit naturaliter. Et inter istas virtutes talis est differentia. quia agens naturale semper agit secundum vltimum sui posse. et actio eius proportionatur sue nature. et ideo si sit virtutis infinite actio est infinita. quare si in magnitudine aliqua esset virtus infinita cum esset agens naturale motus ab ea procedens esset infinite velocitatis et in non tempore.

222.5.

Andreas  
 Maior virtus semper equalē effectum perficit in minori tempore quam minor virtus quod in parte impossibile est virtutis finiti magnam in non tempore mouit.

sed actio agentis per intellectus non proportiona-  
liter sue nature sed insequitur modus forme ap-  
prehense. et ideo edificator non facit domum  
quam et qualem posset. sed quam et qualem  
vult et intelligit. quare non oportet quod si sit ali-  
qua virtus infinita sue magnitudine quod moue-  
at velocitate infinita. sed tanta velocitate quam  
ta congruit sibi propter quam agit.

**Sciendum est ulterius quod nihil**  
mouetur nisi habens magnitudinem. impossibile  
est autem aliquid habens magnitudinem recipere  
effectum adequatum virtuti alicuius agentis per  
intellectum. quia natura corporea se habet ad in-  
tellectum sicut particulare ad universale. ideo quod  
uis sit aliqua virtus infinita extra magnitudi-  
nem non oportet quod in aliqua magnitudine faciat  
effectum sibi adequatum. quare non oportet si pri-  
mus motor sit infinite virtutis celum infinita  
velocitate moueri. sed aliquod habens magni-  
tudinem potest recipere effectum minorem et etiam  
equalem virtuti actiue existenti in magnitudine.  
et ideo si esset virtus infinita sequeretur quod possit  
habere effectum sibi correspondentem in aliqua mag-  
nitudine. effectus autem sibi correspondens esset in  
finita velocitas motus. et sic oporteret talem vir-  
tutem mouere et non moueri. et mouere in non  
tempore quod est impossibile. Et si iterum obiciatur  
quia celum potest moueri tempore infinito. ergo  
possibile est ipsum moueri infinita velocitate. ergo  
in non tempore. Respondetur autem quod illud non repug-  
nat magnitudini circulari. sed negetur potentia quod  
illud repugnet magnitudini circulari moueri in  
non tempore. oporteret enim quod omnia puncta  
circuli in vno et sub eodem instanti temporis  
essent in vno et eodem puncto quod est impossibile.

Et si obiciatur iterum si in celo non sit virtus  
infinita ad mouere vel moueri infinita velocita-  
te sequeretur quod in eo non erit virtus ad esse tem-  
pore infinito. Ad hanc rationem dicitur in primo  
de celo.

**Conclusio secunda.** In mag-  
nitudine infinita non potest esse virtus finita. p-  
qua notat Aristoteles quod oppositum eius maxi-  
me videtur verum propter illud quod tactum est  
in vna ratione ante oppositum. quod tamen nulla  
tenus concludit. quia licet paruus ignis sit ma-  
ioris actiuitatis magna parte aeris. poterit tamen  
tantum accipi de aere quod equabitur virtus eius  
virtuti ignis. et cum infinitum nunquam possit acci-  
pi totum simul impossibile esset ignem quatecum-  
que quantitatis esset dum tamen esset finite vir-  
tutis aeri adequari virtute aeris infinite quanti-  
tatis. Probatur conclusio et sit magnitudo in-  
finita. a. b. cuius virtus sit finita. deinde capiatur  
aliqua magnitudo finita que sit. b. c. cuius

etiam virtus sit finita. deinde capiatur aliqua  
pars magnitudinis infinite que sit. a. c. vel ergo  
illius partis erit aliqua virtus vel non. non po-  
test dici quod non. quia impossibile est corpus na-  
turale esse sine virtute. si ergo non possit adequari  
virtus partis virtuti totius. sequitur quod virtus  
eius erit minor quam virtus totius. et se habebit in  
aliqua proportionem ad virtutem totius et etiam  
ad virtutem magnitudinis finite. et si capiatur al-  
lia pars que sit equalis parti iam accepte ipsius  
etiam erit aliqua virtus equalis virtuti alteri  
et cum virtus totius sit finita sequitur quod possit  
accipi tot partes eius quod virtus partis adequa-  
bitur virtuti totius. et tamen nondum accepta  
erit tota magnitudo. quare sequitur quod erit eadem  
virtus totius et partis finite et infinite. et quod erit  
aliquae partes magnitudinis infinite quantum  
nulla erit virtus. que omnia sunt impossibilia.

Itaque sequeretur quod magnitudo finita in equa-  
li tempore ymo in minori mouebit quam magnitudo  
in infinita. Patet quia ex quo virtus magni-  
tudinis infinite erit finita ipsa mouebit tempore fi-  
nito. virtus enim magnitudinis finite mouebat  
tempore finito. deinde fiat additio illi magnitudi-  
ni finite. et fiat additio virtutis. quare continget  
virtuti magnitudinis finite adequari ymo exce-  
dere magnitudinem virtutis infinite. et sic moueri  
in equali ymo in minori. et tamen per talem additionem  
finitam nunquam adequabitur infinite. ergo mag-  
nitude finita in minori tempore mouebit quam in-  
finita. Tercia ratio est que sumitur ex parte  
magnitudinum que sunt eiusdem nature. in talibus  
enim crescente virtute crescit magnitudo. et  
econtra. ergo si sit infinitus aer cuius virtus sit  
finita. et sumatur finitus aer cuius etiam virtus  
sit finita. tunc per additionem aeri finito adequa-  
bitur virtus eius virtuti aeris infinite ab a. b. h.  
quod aer finitus fiat infinitus. quare sequitur quod si  
nitus aer erit equalis infinito. vel quod in his que  
sunt eiusdem nature magnitudo non proportio-  
netur virtuti quod est impossibile. ergo impossibile  
est in magnitudine infinita esse virtutem finitam.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod primus motor est in pri-  
mo orbe non tantum sibi inherens ut forma eius  
sed tantum sibi assistens ut motor mobili. Ad  
secundam negetur consequentia. et causa dicta  
est in secunda conclusione. Sequitur textus.

**Queritur Decimoquinto**

Utrum proiecta a primo prohibente post recessum  
moueantur a medio. Arguitur primo quod  
non. quia medium resistit sue diuisioni. ergo non  
mouet proiecta. sed resistit motui eius. 2o sic.  
arguitur inquirendo a quo mouetur ipsum me-  
dium cessante primo mouente. nam ipsum medium

non mouetur a se. ergo o<sup>s</sup> q<sup>d</sup> ab alio moueatur. sicut et proiectus. 3<sup>o</sup> sic. quia si sic sequeretur q<sup>d</sup> lata proiecta velocius moueretur q<sup>d</sup> rotunda vel acuta. consequens est falsum. et patet o<sup>m</sup>n<sup>i</sup>a quia facilius pelleretur a medio. 4<sup>o</sup> sic quia mirabile videtur q<sup>d</sup> aer qui tam diuisibilis est. facilius tam graua corpora mouere et susu<sup>n</sup>ere possit. Ad oppositū est pbūs i<sup>n</sup> 2<sup>o</sup> cap<sup>o</sup> quarti tractat<sup>o</sup> huius octau<sup>i</sup>. Pro respōsiōe

**Sciendum est primo q<sup>d</sup> Ut**

Aristoteles concludat vnitatem primi motus ostendit q<sup>d</sup> in quibusdam mobilibus vt in proiectis impeditur vnitatis et continuitas motuum propter pluralitatem motoris. quare si primus motus debeat esse maxime vnus et continuus oportet etiam q<sup>d</sup> motor primus sit vnus. Et gratia huius mouet Aristoteles dubiū a quo moueantur proiecta post recessum a primo prohibente. que quide<sup>m</sup> dubitatio oritur ex hoc q<sup>d</sup> demōstratū est inanimata a se moueri non posse. et etiam ex illo q<sup>d</sup> ostensum est q<sup>d</sup> mouens simul est cum moto. Et huius ergo oritur dubium a quo moueantur proiecta postq<sup>d</sup> non tanguntur a p<sup>o</sup> prohibente. Circa quā dubitationem pbūs cōcludit quandam falsam opinionem. que vt dicunt aliqui fuit Platonis. qui vt dicunt posuit primum prohibens cum ipso proiecto mouere aliquod aliud corpus vt puta aerem. qui quide<sup>m</sup> aer motus concommittatur semper et mouet ipm proiectū durante toto motu eius. S<sup>z</sup> contra arguit Aristoteles. quia eadem dubitatio oritur de ipso aere a quo scilicet moueatur postq<sup>d</sup> separatur a primo mouente. quia sicut a se non mouetur proiectum. ita nec ipse aer. et hūc modum mouendi proiecta vocant aliqui anti-parites in hoc est contra resistentiam medii. ymaginantes ipm mediū resistendo vnire se retro mobile et vniendo mouere mobile. Sed vt dictū est hec solutio Aristoteli non placet propter causam dictā. ideo ipse Aristoteles aliter soluit dicens. q<sup>d</sup> primū prohibens corpus sibi propinquū puta aerem vel aquā mouet et mouendo ipm sibi ipi attribuit virtutem mouendi aliud mediū o<sup>m</sup>n<sup>i</sup>ter sibi se habens. ita q<sup>d</sup> illud mediū propinquū primo mouēti ab ipso primo habet quo moueatur. et q<sup>d</sup> moueat aliud. et sic deinceps. et quia mouere et moueri non insunt de necessitate eiusdem. alias non esset dare mouēs non motum. ideo hoc secundum mouens licet postq<sup>d</sup> cessauerit primum mouere cesset moueri. tamen bene mouet aliud consequēter sibi se habens. quod satis patet ad sensum de lapide proiecto in aqua qui aquaz mouet sibi propinquā primo causando in ea quendam circulum. qui circulus factus causat alius circulus mouendo

aliam aquam consequenter se habere. et hoc mō non oportet totum aerem vel totam aquā moueri simul quando primum mouens mouet. et simul quiescere quando primum cessat mouere. sed propinquū mediū primo mouenti simul mouetur quando primus mouet et simul cessat moueri quando primum cessat mouere. et in termino sui motus mouet aliud mediū sibi propinquū. et ita dicendū est de illo alio in ordine ad aliud. Et quia virtus motiua impressa a p<sup>o</sup> in secundum fortior est ipso secundo q<sup>d</sup> in tercio. ideo continue minoratur et tandem adeo debilitatur q<sup>d</sup> sufficit ad hoc q<sup>d</sup> illud in quo est. moueat aliud sibi propinquū. sed non tribuit virtutem mouendi ulterius. et tunc cessante illo in quo debilis est ita mouere cessat aliud moueri. et deficit motus perfectionis. et iste est motus positus ab Aristotele quo proiecta mouentur. Sed circa hunc modum aduertendum est q<sup>d</sup> licet virtus motiua in medio propinquo. primo mouenti maior sit intensiue q<sup>d</sup> in magis distanti. non tamen habet actum suum maximū ideo non est maior extensiue. quia virtus illius cum sit corporalis requirit sicut quelibet virt<sup>o</sup> corporea determinatam quantitatem. maxime q<sup>d</sup> tum ad hoc q<sup>d</sup> h<sup>z</sup> suum maximam actum. et idē videmus proiecta proprie primum prohibens minus ledere q<sup>d</sup> distantiora a primo prohibente. in fine vero motus propter debilitatem virtutis tarde mouentur. ideo proiecta velocius mouentur in medio q<sup>d</sup> in principio et in fine. Exemplum sensibile patet in aqua. nam si lapis cadat in aquā et prope lapidem sint ligna ista tardius mouebuntur iuxta lapidē q<sup>d</sup> in maiori distantia a lapide. etiā circuli minores tardius mouebuntur iuxta lapidē q<sup>d</sup> distantiores a lapide.

**Sciendum est ulterius q<sup>d</sup> cor**

pora nata mouere aliquod proiectum post recessum a primo prohibente debent habere aliquas condiciones. et ponit Albertus quatuor. Prima est q<sup>d</sup> nata sint moueri et quiescere. quia vt dictum est secundū mouetur mouente primo et quiescit cessante primo. Secunda est q<sup>d</sup> oportet h<sup>z</sup> mōi corpora non esse alicuius determinate figure. sed facilius permutari ad quancunq<sup>s</sup> figuram. ideo oportet ea esse humida. quia humidum male terminatur termino proprio. et facile est terminabile termino alieno. et sic male dixerunt aliqui proiecta moueri per impetuz eius ipius prohibentis ipis proiectis impressum a primo prohibente. quia contingit ipa proiecta adeo esse dura et compacta q<sup>d</sup> ipis imprimi nō possent h<sup>z</sup> mōi impetus. Tercio oportet h<sup>z</sup> mōi corpora spiritalia esse rara et subtilia. et facilius

diuisibilia vt vna pars possit moueri sine alia et vna pars possit alteri superferri hoc est super illam moueri vel iuxta sine hoc q̄ alia moueat. Quarto oportet ipsa corpora esse vicina materie prime propter quam vicinitatem sunt in potentia ad recipiendum quemcunq; motum et a quocunq; motore. Sit igitur.

**Conclusio prima et responsa** lis ad quesitum. Projecta post recessum a primo proiciente a medio mouentur modo expresso. Patet. quia h̄mōi projecta post recessum mouentur vt ad sensum patet. et non a se cum non sint animata. ergo ab alio. et cum proximum mouens debeat esse simul cum moto oportet huiusmodi corpora moueri ab aliquo corpore intermedio inter primum proiciens et ipsa. quod est immediatum projectis ipsis. Ex quo sequitur q̄ non mouentur ab vnico motore. sed a pluribus consequenter se habentibus se inuicem tantum gentibus. quia non est semper idem corpus immediatum ipsis projectis. et quia pluralitas seu diuersitas non est sine diuisione. ideo bene dicitur primum q̄ oportet medium a quo moueat esse faciliter diuisibile. Ex quo infert Aristoteles conclusionem principaliter intentam. que talis est.

**Conclusio secunda:** Licet motus alicuius proiecti videatur esse vnus et continuus propter continuitatem mobilis et corporis. non tamen est vnus et continuus simpliciter. Probatur quia h̄mōi motus est a pluribus et diuersis motoribus. inter se habentibus et non simul ipsum proiectum mouentibus. ergo ille motus non est similiter vnus et continuus. et hoc ad sensum patet in aqua mota ab aliquo lapide incidente. Ibi enim patet successio motorum ad motum secundum diuersas partes aque. id est esse apparent diuersi circuli. etiam ibi apparet quo modo vna pars aque aliam mouet. alia non mouente. et quo modo vna pars mouetur alia non mota. et similiter est in aere quantum ad corpora projecta per aere. licet non sit ita sensibile nobis propter maiorem aeris subtilitatem. Ex his sequitur q̄ motor primus est vnus quia alius primus motor non esset vnus et ceterum a pluribus motoribus.

**Ad rationes ante oppositas**

Ad primam conceditur antecedens et negat consequentia. quia virtus motiua primi mouentis excedit resistantiam ipsius medii. ideo mouet ipsum medium et sibi virtutem mouendi attribuit. Ad secundam dictum est q̄ primum mouens mouet medium sibi propinquum quousq; deficiat virtus mouendi. Ad tertiam negat consequentia. quia rotunda vel acuta facilius

diuidunt medium q̄ lata. ideo facilius mobilia sunt a medio. Ad quartam dicitur q̄ hoc non est mirabile scienti materiam propter causas dictas. quia ex aere et aqua non sunt simpliciter corpora graua. nec sunt similiter leuia. ideo facilius ab eo mouentur ad latus. quare etiam primum mouens est magne virtutis in mouendo. id potest tanta velocitate mouere medium sibi propinquum. quia velocitas sui motus recipit medium sibi vnitum et preuenit diuersionem eius. ideo medium sic motum velociter et vnitum bene potest corpus multum graue mouere et sustinere. et per hoc motus aeris radicatur arbores. et magna edificatia conuere facit. Sequitur textus.

**Queritur Decimosexto:**

Utrum primum mouens sit omnino impartibile et nullam magnitudinem habens. Arguitur primo q̄ non. quia primum mouens est in circumferentia primi mobilis. sed forma que est in materia quantificatur ad quantificationem sue materie. ergo mouens primum habet magnitudinem. 2<sup>o</sup> sic. mouens primum habet orbem. ergo habet magnitudinem. 3<sup>o</sup> sic. mouens primum est infinite virtutis. ergo est diuisibile. Ad oppositum est Aristoteles in ultimo capitulo huius octauum. Pro r̄sione.

**Sciendum est primo q̄ post** q̄ Aristoteles ostendit q̄ primum mouens est infinite virtutis. quia mouet tempore infinito et q̄ virtus infinita non potest esse in magnitudine finita. et etiam q̄ motus proiecti non est vnus. quia est a diuersis. Consequenter et finaliter in hoc ultimo ex his concludit finaliter intentum suum in hoc libro. scilicet condiciones primi mouentis. Sit ergo.

**Conclusio prima. primum** mouens est vnus. Probatur conclusio. quia prius probatum est q̄ in his que sunt potest esse aliquis motus sempiternus et continuus quare de facto ita est. sed motus sempiternus et continuus vnus est. ergo est aliquis motus semper vnus. sed motus est vnus magnitudinis. quia impartibile mouetur. etiam impartibile est ab vno motore. quia diuersitas motorum impedit unitatem motus. vt patuit de motu projectorum. 6<sup>o</sup> motus semper vnus existens qui est motus primus est ab vno motore qui primus est. ergo motor primus siue immobilis existens siue motus moueat est vnus.

**Conclusio secunda. Licet iam** probata sit tamen eam adhuc reiterat philosophus. quia talis est q̄ primus motor est immobilis. Patet

quia omne quod mouetur mouetur ab alio. g<sup>o</sup> cum non sit procedere in infinitum in motorib<sup>9</sup> et in motibus vt patuit prius. necesse est deuenire ad aliquod mobile primū motum a motore immobili. Ex hac conclusione infert Aristo- teles. Primo q<sup>o</sup> ille motor necessitati non potest vt moueat. patet quia omne quod necessitatur mouetur a necessitate. sed q<sup>o</sup> motor primus est immobilis. igitur. Secundo infert q<sup>o</sup> ille mo- tor est infatigabilis. patet quia fatigatio nō ac- cidit nisi quia motor mouetur. quia huic quod variatur de dispositione in dispositionem acci- dit fatigatio. cum ergo motor primus non mo- ueatur sequitur q<sup>o</sup> mouet sine fatigatione. 3<sup>o</sup> infert q<sup>o</sup> mouere potest motu sempiterno. ergo motus primus qui est ab eo est sempiternus. p<sup>o</sup> ergo non mouetur semper est in eadem dispo- sitione. ergo si hic nunc moueat semper mouere potest. q<sup>o</sup> in perpetuis non differunt esse et posse hoc est nō distant. sequitur propositū. Infert g<sup>o</sup> q<sup>o</sup> solus motus primus est regularis aut saltem iter oēs ē maxie regularis. quod pabat Aristo- teles. quia aliqua mouentia mota aliquando possunt mouere sub eadem dispositione. et ita vt videbitur possunt mouere motu regulari. p<sup>o</sup> quia ex hoc q<sup>o</sup> primus motor semper est manēs in eadē dispositione semper mouere potest equa- liter. et cū mobile suū non suscipiat aliū motū a circulari. quia si alteretur alteraretur ad aliū motū et quodāmodo mutaretur ex dispositione in dispositionē. et sic nō posset mouere motu semp- continuo. ergo mobile suū non suscipit aliū mo- tū. ergo semper potest equaliter moueri. ergo pri- mus motus est maxie regularis. Et si obicia- tur contra terciū et quartū corollaria. quia pri<sup>o</sup> probauit Aristoteles motū primū esse continuū et sempiternū et regulare. ergo nunc superflue p- bat ipm. Ad hoc dicendū est q<sup>o</sup> in motu duo oportet considerare. scilicet durationē et<sup>o</sup> per in- finitū tēpus. et hoc prius probatū est ex infinita- te primi motoris. quia ex quo est virtutis infini- te ē causa infinitationis motus. Aliud est consi- derare. scilicet continuā reiterationē circulatio- nis. et hoc habet motus primus ex immobilita- te primi motoris. et istud nunc probat Aristote- les.

**Conclusio tercia. motor pri- mus est in circumferentia primi mobilis.** Patet sic. quia primus motus ē circularis. ergo primū mobile est circulare siue circularis figure. circula- ris autē magnitudinis non sunt nisi duo prin- cipia. scilicet centrum et circumferentia. a centro enī ad circumferentiam ducunt linee. et sic vnū se habet vt primū principū. reliquū autē vt ter- minus. ergo oportet motorē primū esse in centro

aut circumferentia. sed rationabilius est ipsum esse in circumferentia. q<sup>o</sup> probat Aristoteles. q<sup>o</sup> propinquiora primo mouenti velocius mouen- tur. quia prius et fortius suscipiunt impressionē mouentis. et sic extrema circumferentie ipius pri- mi mobilis velocius mouentur. ergo est ibi pri- mus motor primi mobilis. Sed obiceretur contra. quia motor primus est impartibilis nullā habens magnitudinem. ergo non habet deter- minatum sitū in corpore. ergo non est in circums- ferentia primi mobilis. Respondetur q<sup>o</sup> primus motor debet esse in circumferentia primi mobi- lis non per determinationem sue substantie. sed per efficaciam sui motus. nam ibi primo in- fluit motus celi. et ibi scilicet in circumferentia primi mobilis primo incipit motus. et sic rōna- bilius ē q<sup>o</sup> sit in celo q<sup>o</sup> in terra. et adhuc in orie- te q<sup>o</sup> in occidente. non sic tamen q<sup>o</sup> assignetur a- licui determinate parti existerenti ipius primi mo- bilis. quia pars que nunc est in oriente postmo- duū est in occidente. sed debet intelligi q<sup>o</sup> secun- dum sitū orientis primo aspicit primū mobile influendo sibi motū vt in 2<sup>o</sup> celi et mundi dicitur de dextro et sinistro.

**Conclusio quarta. motor**

primus est oīno impartibilis et nullam habens magnitudinē quā informet. licet habeat magni- tudinē qua vtitur. Probatur prima pars con- clusionis dupliciter. Primo quia virtus omnis in magnitudine existens per se non mouet loca- liter nisi pellens aut trahens. aut vtroq<sup>o</sup> modo se habens. quod autē sic mouet non mouet nisi motū. ergo variatur de dispositione in disposi- tionem. et per cōsequens non potest mouere mo- tu semper regulari vno et continuo. quorum op- posita sunt demonstrata de primo motore. Ex his patet solutio dubitationis quam hic mouet Aristoteles. An scilicet aliquod mouens motū mouere possit motu vno et simpliciter continuo Respondet q<sup>o</sup> non. quia tale mouens ex quo motū est licet videatur esse vnū. est tamen quo- dāmodo plura. quia variatur de dispositione in dispositionē. ergo non potest mouere motu sim- pliciter vno et continuo. vt patuit in motu pro- rectorum. licet aer videatur esse vnum mouens vel aqua. tamen ibi sunt plura mouentia prop- ter facilem diuisionē ipius aeris vel aque. et sic solum motus qui est a motore immobili simpli- citer vnus est et continuus. Secundo probatur ista conclusio. q<sup>o</sup> si primus motor haberet mag- nitudinē aut esset finita. aut infinita. non infini- ta. vt patuit in 1<sup>o</sup> tercio huius. nam preceden- tes libros in ordine ad istum philosophi appella- unt phificos. quia consideratio motus in octa- uo quodāmodo contracta est nec habet etiam

diuisibilia vt vna pars possit moueri sine alia et vna pars possit alteri superferri hoc est super illam moueri vel iuxta sine hoc q̄ alia moueat Quarto oportet ipsa corpora esse vicina materie prime propter quam vicinitatem sunt in potentia ad recipiendum quemcunq; motum et a quocunq; motore. Sit igitur.

**Conclusio prima et responsalis ad questionem.** Projecta post recessum a primo proiciente a medio mouentur modo expresso. Patet. quia h̄m̄d̄i projecta post recessum mouentur vt ad sensum patet. et non a se cum non sint animata. ergo ab alio. et cum proximum mouens debeat esse simul cum moto oportet huiusmodi corpora moueri ab aliquo corpore intermedio inter primum proiciens et ipsa. quod est immediatum projectis ipsis. Ex quo sequitur q̄ non mouentur ab vnico motore. sed a pluribus consequenter se habentibus se inuicem tantum gentibus. quia non est semper idem corpus intermediatum ipsis projectis. et quia pluralitas seu diuersitas non est sine diuisione. ideo bene dicitur batur prius q̄ oportet medium a quo moueat esse faciliter diuisibile. Ex quo infert Aristoteles conclusionem principaliter intentam. que talis est.

**Conclusio secunda.** Licet motus alicuius projecti videatur esse vnus et continuus propter continuitatem mobilis et temporis. non tamen est vnus et continuus simpliciter. Probatur quia h̄m̄d̄i motus est a pluribus et diuersis motoribus. p̄ter se habentibus et non simul ipsum projectum mouentibus. ergo ille motus non est similiter vnus et continuus. et hoc ad sensum patet in aqua mota ab aliquo lapide incidente. Ibi enim patet successio motus ad motum secundum diuersas partes aque. id est esse apparent diuersi circuli. etiam ibi apparet quo modo vna pars aque aliam mouet. alia non mouente. et quo modo vna pars mouetur alia non mota. et similiter est in aere quantum ad corpora projecta per aerem. licet non sit ita sensibile nobis propter maiorem aeris subtilitatem. Ex hiis sequitur q̄ motor primus est vnus quia alius primus motus non esset vnus et cetera a pluribus motoribus.

**Ad rationes ante oppositas**

Ad primam conceditur antecedens et negat consequentia. quia virtus motiva primi mouentis excedit resistentiam ipsius medii. ideo mouet ipsum medium et sibi virtutem mouendi attribuit. Ad secundam dictum est q̄ primum mouens mouet medium sibi propinquum quousq; deficiat virtus mouendi. Ad tertiam negat consequentia. quia rotunda vel acuta facilius

diuidunt medium q̄ lata. ideo facilius mobilia sunt a medio. Ad quartam dicitur q̄ hoc non est mirabile scienti materiam propter causas dictas. quia ex aere et aqua non sunt simpliciter corpora graua. nec sunt similiter leuia. ideo facilius ab eo mouentur ad laus. quare etiam primum mouens est magne virtutis in mouendo. id est potest tanta velocitate mouere medium sibi propinquum. quia velocitas sui motus recipit medium sibi vnitum et preuenit diuisionem eius. ideo medium sic motum velociter et vnitum bene potest corpus multum graue mouere et sustinere. et per hoc motus aeris eradicat arbores. et magna edificata conuertit. Sequitur textus.

**Queritur Decimosexto.**

Utrum primum mouens sit omnino impartibile et nullam magnitudinem habens. Arguitur primo q̄ non. quia primum mouens est in circumferentia primi mobilis. sed forma que est in materia quantificatur ad quantificationem sue materie. ergo mouens primum habet magnitudinem. 2<sup>o</sup> sic. mouens primum habet orbem. ergo habet magnitudinem. 3<sup>o</sup> sic mouens primum est infinite virtutis. ergo est diuisibile. Ad oppositum est Aristoteles in ultimo capitulo huius octauae. Pro ratione.

**Sciendum est primo q̄ post** Aristoteles ostendit q̄ primum mouens est infinite virtutis. quia mouet tempore infinito et q̄ virtus infinita non potest esse in magnitudine finita. et etiam q̄ motus projecti non est vnus. quia est a diuersis. Consequenter et finaliter in hoc ultimo ex hiis concludit finaliter intentum suum in hoc libro. scilicet condiciones primi mouentis. Sit ergo.

**Conclusio prima. primum mouens est vnus.** Probatur conclusio. quia prius probatum est q̄ in hiis que sunt potest esse aliquis motus sempiternus et continuus quare de facto ita est. sed motus sempiternus et continuus semper vnus est. ergo est aliquis motus semper vnus. sed motus est vnus magnitudinis. quia impartibile mouetur. etiam impartibile est ab vno motore. quia diuersitas motorum impedit unitatem motus. vt patuit de motu projectorum. 6<sup>o</sup> motus semper vnus existens qui est motus primus est ab vno motore qui primus est. ergo motor primus siue immobilis existens siue motus moueat est vnus.

**Conclusio secunda. Licet iam probata sit tamen eam adhuc reiterat p̄b̄is. q̄ talis est q̄ primus motor est immobilis. Patet**



quia omne quod mouetur mouetur ab alio. g<sup>o</sup> cum non sit procedere in infinitum in motoribus et in motibus vt patuit prius. necesse est deuenire ad aliquod mobile primū motum a motore immobili. Et hac conclusione infert Aristoteles. Primo q̄ ille motor necessitari non potest vt moueat. patet quia omne quod necessitatur mouetur a necessitate. sed q̄ motor primus est immobilis. igitur. Secundo infert q̄ ille motor est infatigabilis. patet quia fatigatio nō accidit nisi quia motor mouetur. quia huic quod variatur de dispositione in dispositionem accidit fatigatio. cum ergo motor primus non moueatur sequitur q̄ mouet sine fatigatione. 3<sup>o</sup> infert q̄ mouere potest motu sempiterno. ergo motus primus qui est ab eo est sempiternus. p̄ ex quo non mouetur semper est in eadem dispositione. ergo si hic nunc moueat semper mouere potest. q̄ in perpetuis non differunt esse et posse hoc est nō distant sequitur propositū. Infert g<sup>o</sup> q̄ solus motus primus est regularis aut saltem iter oēs ē maxie regularis. quod pabat Aristoteles. quia aliqua mouentia mota aliquando possunt mouere sub eadem dispositione. et ita vt videbitur possunt mouere motu regulari. p̄ quia ex hoc q̄ primus motor semper est manēs in eadē dispositione semper mouere potest equaliter. et cū mobile suū non suscipiat alius motus a circulari. quia si alteretur alteraretur ad aliū motū et quodāmodo mutaretur ex dispositione in dispositionē. et sic nō posset mouere motu sempiterno. ergo mobile suū non suscipit aliū motū. ergo semper potest equaliter moueri. ergo primus motus est maxie regularis. Et si obiciatur contra terciū et quartū corollaria. quia prius probauit Aristoteles motū primū esse continuū et sempiternū et regulare. ergo nunc superflue p̄bat ip̄m. Ad hoc dicendū est q̄ in motu duo oportet considerare. scilicet durationē et<sup>o</sup> per infinitū tēpus. et hoc prius probatū est ex infinitate primi motoris. quia ex quo est virtutis infinitē ē causa infinitationis motus. Aliud est considerare. scilicet continuā reiterationē circulationis. et hoc habet motus primus ex immobilitate primi motoris. et istud nunc probat Aristoteles.

**Conclusio tercia. motor primus** est in circumferentia primi mobilis. Patet sic. quia primus motus ē circularis. ergo primū mobile est circulare siue circularis figure. circularis autem magnitudinis non sunt nisi duo principia. scilicet centrum et circumferentia. a centro enim ad circumferentiam ducuntur linee. et sic vnū se habet vt primū principium. reliquū aut vt tercius. ergo oportet motū primū esse in centro

aut circumferentia. sed rationabilius est ipsum esse in circumferentia. qd̄ probat Aristoteles. q̄ propinquoza primo mouenti velocius mouentur. quia prius et fortius suscipiunt impressionē mouentis. et sic extrema circumferentie ipsius primi mobilis velocius mouentur. ergo est ibi primus motor primi mobilis. Sed obiceretur contra. quia motor primus est impartibilis nullā habens magnitudinem. ergo non habet determinatum sitū in corpore. ergo non est in circumferentia primi mobilis. Respondetur q̄ primus motor debet esse in circumferentia primi mobilis non per determinationem sue substantie. sed per efficaciam sui motus. nam ibi primo influit motus celi. et ibi scilicet in circumferentia primi mobilis primo incipit motus. et sic rationabilius ē q̄ sit in celo q̄ in terra. et adhuc in oriente q̄ in occidente. non sic tamen q̄ assignetur alicui determinate parti existenti ipsius primi mobilis. quia pars que nunc est in oriente postmodum est in occidente. sed debet intelligi q̄ secundum situm orientis primo aspicit primū mobile influendo sibi motū vt in 2<sup>o</sup> celi et mundi dicitur de dextro et sinistro.

**Conclusio quarta. motor**

primus est oīno impartibilis et nullam habens magnitudinē quā informet. licet habeat magnitudinē qua vtitur. Probatur prima pars conclusionis dupliciter. Primo quia virtus omnis in magnitudine existens per se non mouet localiter nisi pellens aut trahens. aut vtroq̄ modo se habens. quod aut sic mouet non mouet nisi motū. ergo variatur de dispositione in dispositionem. et per cōsequens non potest mouere motu semper regulari vno et continuo. quorum opposita sunt demonstrata de primo motore. Et his patet solutio dubitationis quam hic mouet Aristoteles. An scilicet aliquod mouens motū mouere possit motu vno et simpliciter continuo Respondet q̄ non. quia tale mouens ex quo motū est licet videatur esse vnū. est tamen quodāmodo plura. quia variatur de dispositione in dispositionē. ergo non potest mouere motu simpliciter vno et continuo. vt patuit in motu p̄ceptorum. licet aer videatur esse vnū mouens vel aqua. tamen ibi sunt plura mouentia propter facilem diuisionē ipsius aeris vel aque. et sic solum motus qui est a motore immobili simpliciter vnus est et continuus. Secundo probatur ista conclusio. q̄ si primus motor haberet magnitudinē aut esset finita. aut infinita. non infinita vt patuit in 1<sup>o</sup> tercio huius. nam precedentes libros in ordine ad istum philosophi appellant phificos. quia consideratio motus in octauo quodāmodo contracta est nec habet etiam

## Liber Octauus.

finitam magnitudinē. quia cum moueat tēpore infinito oportet q̄ sit virtutis infinite. modo virtus infinita non potest esse in magnitudine finita. ergo. &c. Ex quo sequitur q̄ est indiuisibilis. quia nihil est diuisibile nisi quantum. Secunda pars conclusionis patet. quia motor primus habet primum mobile quo utitur tanq̄ instrumento ad explicationem formarum naturalium in materia generabilium et corruptibilium ad conseruationem ipsarum. et per hoc soluitur secunda ratio ante oppositum.

### Ad rationes ante oppositum


Due prime solute sunt. Ad terciam dicitur q̄ motor primus non est infinitus infinitate quantitatis diuisiue. sed infinitate virtutis que sequitur formā. id perfectissima et simplicissima est. Et ita finit peripateticorum princeps Aristoteles communem considerationem de rebus naturalibus quam tradit in libro physicorum siue de physico auditu in primo et in vniuersali totius nature incio quod deus est per omnia beatus.

Et sic est finis libri physicorum

Deo gratias.

Sequitur liber De celo et mundo.

De natura scientia fere plura videtur circa corpora et magnitudines. et horum existens passiones et motus.





**Circa incipium primi  
libri de celo et mun-  
do Queritur primo**

Utrum scientia naturalis sit circa corpora et magnitudines. Arguitur quod non. Nam mathematica est circa corpora et magnitudines. ergo scientia naturalis non est circa corpora et magnitudines. Consequentia patet quia diuersae scientie versantur circa obiecta diuersa. 2<sup>o</sup> arguitur multa cadunt sub consideratione scientie naturalis que non sunt corpora neque magnitudines ut anima. Nam materia pura. motores obiecti. infinitum. vacuum ergo scientia naturalis non est circa corpora et magnitudines immo circa multa alia. Ad oppositum est philosophus in principio huius libri de celo et mundo sic dicentis. De natura scientie fere plurima videtur circa corpora et magnitudines et horum existens passiones et motus. Ideo primo videtur de quaesito. 2<sup>o</sup> declarabuntur aliqua dubia. Quantum autem ad primum.

**Sciendum est primo. quod ut**

Dabitur philosophus in premissis philosophorum tunc opinamur scire unum quodcumque cum causas cognoscimus primas et prima principia usque ad elementa. Et quo manifeste philosophus ostendit in scientiis esse processum ordinatum quoniam proceditur a primis causis et principis usque ad proximas causas que sunt elementa constituentia essentiam rei. Et hoc est rationabile. Nam processus scientiarum est opus rationis cuius proprius est ordinare. ideo in omni opere rationis aliquis ordo inuenitur secundum quem proceditur ab uno in aliud. Et hoc patet tam in ratione practica cuius consideratio est circa ea que nos faciunt. quam in ratione speculativa cuius consideratio est circa ea que sunt alia de facta. scilicet anima. In consideratione autem practice rationis inuenitur processus de priori ad posterius secundum quadrum duplicem ordinationem. Primo secundum ordinem apprehensionis. puta practicus ut artifex primo apprehendit formam domus absolute et postea inducit eam in materia. 2<sup>o</sup> secundum ordinem intentionis scilicet quod artifex intendit totam domum perficere et propter hoc facit quicquid operatur circa partes 3<sup>o</sup> secundum ordinem compositionis prout patet dicitur lapides vel ligna et postea componit adiuncta ad constructionem parietis et totius. 4<sup>o</sup> secundum ordinem sustentationis artificii puta artifex facit fundamentum supra quod ceterae partes domus sustententur. Et similiter inuenitur quadruplex ordo rationis in consideratione rationis speculative conformiter ad ordinem rationis practice. Primum ordo est secundum quem ratio speculativa procedit a simplicioribus ad minus diuersa. et hic ordo rationis correspondet primo ordini rationis practice qui di-

cebat ordo apprehensionis. Universalis enim consideratur secundum formam absolutam. particularis vero secundum applicationem forme ad materiam. sicut dicit philosophus in hoc primo. qui dicit celum dicit formam. qui autem dicit hoc celum dicit formam in materia. Secundus ordo est secundum quem totum prius cadit in consideratione et partes et hoc loquendo de partibus secundum materiam que sunt partes individui. et ille ordo correspondet ordini intentionis quo prius intenditur totum et pars. Tertius ordo est secundum quem ratio procedit a simplicioribus ad composita in quantum composita cognoscuntur per simplicia sicut per principia. et hic ordo comparatur 3<sup>o</sup> ordini quem dicimus compositionis. Quartus est secundum quem necesse est rationem prius considerare partes principales sicut corpus in corpore animalis perfecti que partes principales. et ille ordo correspondet ordini sustentationis. Unde ut habet sanctus Thomas ille quadruplex ordo in processu scientie naturalis inuenitur. Pro quo.

**Sciendum est secundo. quod in**

Scientia naturali primo determinatur eorum et hoc in libro philosophi. cum determinatur de ente mobili in communi considerato in quantum mobile est. In aliis autem libris applicatur communia ad propria et specialia subiecta motuum specialium. Et quod subiectum motus est corpus vel magnitudo. quod nichil mouetur nisi quantum ut dicebatur 7<sup>o</sup> philosophi. In corporibus ergo necesse est tres alios ordines attendere. Unum secundum quem totum uniuersum corporis prius cadit sub consideratione et sue partes. Alium vero secundum quem corpora simplicia prius cadunt sub consideratione et composita siue mixta. Tertium autem secundum quem inter simplicia corpora necesse est de priori considerare scilicet de celesti corpore per quod omnia alia firmantur. Et hec tria in hoc libro aguntur. in quo traduntur quedam pertinentia ad corpus celeste. sicut in 2<sup>o</sup> libro. quedam etiam pertinentia ad alia simplicia corpora sicut patet in 3<sup>o</sup> et 4<sup>o</sup> in quibus de terminatur de elementis. In primo autem huius determinatur de pertinentibus ad totum uniuersum et de ipso toto uniuerso in se considerato. modo iste liber est primus post librum philosophi. inter omnes libros philosophie naturalis. Propter quod etiam in principio huius libri incipit philosophus a definitione corporis ad quod applicantur omnia que in libro philosophi in communi tradita sunt. Et ex hoc clare patet ordo huius libri ad precedentes et sequentes philosophie naturalis. Patet etiam ordo librorum partialium huius libri. Nam in primo agitur de toto uniuerso et de pertinentibus ad ipsum. In 2<sup>o</sup> vero agitur de perfectissima eius parte. scilicet de corpore celesti et de pertinentibus ad ipsum. In 3<sup>o</sup> vero et 4<sup>o</sup> libris agitur de grauibilibus et leuibilibus

simplicibus in quantum mobilia sunt ad ubi. in 3.º  
hº opinionem antiquorum. in 4.º hº opiniones. p.  
pnam. Patet etiam quare hic liber vocat de ce  
lo et mundo. et quare hic agit de corporibus simplicibus

quoniam philosophus in ista materia  
fuit considerat motum et  
fuit de magnitudinibus

**Sciendum est tertio quod aliter**  
et aliter considerat philosophus naturalis et mathematicus  
corpora et magnitudines. nam philosophus considerat cor  
pora et magnitudines in quantum sunt termini corporum na  
turalium mobilium diversis motibus. sed mathematicus  
considerat corpora de genere quantitatatis secun  
dum se abstractendo ab omni materia sensibili. in quantum  
sunt magnitudines mensurabiles abstra  
hendo ab omni motu et mutatione. id est per se sub a  
lia ratione formali considerat huiusmodi corpora a philoso  
pho. et alia a mathe. Quibus notatis sit.

**Conclusio Responsiva Ad**  
questionem. Scia natural versat circa corpora et mag  
nitudines et horum extrinsecus passiones et motus. Proba  
tur hoc ratione tertius. nam res naturales sunt cor  
pora et magnitudines et que ad hoc pertinent. sed scia  
naturalis est de rebus naturalibus. ergo scientia naturalis  
est circa corpora et magnitudines.

**Dubitatur primo. De subie**  
cto attributionis huius libri. Et ad hoc respondet  
Alexander quem videt in sequenti tractatu Thomas. quod totum  
universum est subiectum in hoc libro. quia in hoc li  
bro determinat de corporibus simplicibus hº quod sunt  
partes constitutive totius universi. et confirmat dictum  
suum. nam hic liber intitulat de celo et mundo.

Alter vero philosophus notat huiusmodi videtur quod i  
ter corpora simplicia primum est corpus celeste.  
ideo dicit ipsum esse subiectum huius libri. et quod de aliis  
corporibus simplicibus solum agit hic ex parte propter  
to ab ipso celo continent. et influentias eius reci  
piunt. istud dicit Avicenna qui est de Avicenna opinione  
vel saltim per accidens pro quanto noticia ipsorum  
corporum assumunt ad manifestandum ea que de cor  
pore celesti hic dicuntur. Sed hoc videtur irratio  
nabile. quia philosophus fecit speciales libros de aliis cor  
poribus simplicibus gravibus et levis. modo de hiis  
que ex sequenti vel solum per accidens in aliqua sci  
entia considerant non est motus apud Aristotelem. speciales  
facere libros. ideo Simplicius dicit quod in hoc li  
bro agitur de omnibus corporibus simplicibus  
hº quod conveniunt in communi ratione corporis simplicis. Sed ob  
missis omnibus illis opinionibus. Respondet cum Alber  
to qui in hoc passu cominus tenet. quod in hoc libro  
agit de corpore mobili ad ubi in quantum est tale. hº  
enim elementa sunt generabilia et corruptibilia hoc tamen  
non habent in quantum mobilia sunt ad ubi ut habet  
idem Albertus. quia motus localis secundum se est entis perfe  
cti nichil varians nec de substantialibus rei nec de hiis  
que substantiam rei absolute consequuntur. hº precise se  
cundum motum localem mobile transmutat de loco  
ad locum. ideo corpus mobile tali motu absolute  
et in universali consideratum est unius potentie et unius

scientie et unius definitionis. non quidem logice ta  
m sed philosophice. analogice tamen convenientis ipsis cor  
poribus simplicibus. Ideo non est sic intelligendum  
quod talis definitio sumat ab aliqua una forma  
substantiali aut accidentali in quantum omnibus corporibus  
mobilibus ad ubi. Et ex hoc patet quare ille  
liber immediate sequitur libris philosophorum. quia si po  
tentia ad motum localem est simplicior prior et uni  
versalior quam sit potentia ad quicumque alium mo  
tum ut dicit Albertus. Patet etiam quare in hoc  
libro non agit de corporibus mixtis quia non habet  
motum localem nisi per naturam elementum predominantis.  
Patet insuper quod in hoc libro agit solus de elem  
entis in quantum sunt gravia vel levia et localiter mo  
bilia. et non in quantum sunt calida frigida humida  
vel sicca.

**Dubitatur secundo circa ter**  
tum quare philosophus dicit fere in textu. Respon  
ditur quod causa est ut dicit sanctus Thomas. quia paulo  
post dicit tertio naturalis constitutio quod sunt corpora et  
magnitudines ut sunt inanimata corpora. quodam  
vero sunt huiusmodi corpora et magnitudines ut animata  
corpora. corpus enim animatum magis est id quod est hº animatum  
et secundum corpus id potius dicitur huiusmodi corpus vel  
magnitudinem quam sit corpus vel magnitudo.  
Alia vero sunt principia istorum sicut sunt anima et ma  
teria. Et adhuc propter ista quedam considerant in scia  
naturali que conveniunt corporibus et magnitudinibus  
vel secundum rem et veritatem ut motus et tempus. vel  
hº opinionem ut vacuum et infinitum. id est philosophus dicit  
fere. quia non omnia hec considerata sunt corpora et mag  
nitudines. Et si querat quid intelligit philosophus per pas  
siones et motus. Dicit sanctus Thomas. quod per pas  
siones intelligit alterationes et alios motus. Secun  
tes alterationem hº quos aliquid mutat de substantia  
rei. sed per motus intelligit motus locales que inter  
alios sunt perfectiores et prioris. Dicit tamen Alb.  
quod per passiones intelligit proprietates corporum. quia  
scientia non solum considerat subiectum sed etiam proprie  
tates. Sed per motus intelligit operationes que non  
sunt sine motu. Et quia scia non solum considerat subie  
ctum et proprietates. sed etiam principia subiecti. Ideo  
subiungit philosophus quod scia naturalis est circa principia  
elementi substantie et corporis mobilis. Et per hoc patet  
quod philosophus considerat corpus de genere substantie. quia  
solum tale est primum subiectum motus. mathematicus  
vero considerat corpus de genere quantitatatis cum tali  
corpore de genere substantie. capiendum tamen per forma  
li corpus de genere quantitatatis.

**Rationes ante oppositum**  
sunt solute. Sequitur in tertio. Continuum  
quidem igitur est quod divisibile est in se divisibilia.

**Queritur secundo. Utrum**  
mundus sit perfectus. Et arguitur quod non illud  
non est perfectum cui potest fieri additio. sed mundus

De Celo et mundo.

do pot fieri additio. gº nō est pfectº. 2º ar  
guit. in mūd o cōtingunt plures defectus puta.  
monstra ꝛ peccata. sꝫ defectº est tra rōes pfecti  
gº mūdus nō est pfectº. Ad oppoº ē pbūs in  
pº capº primi tractatº huius libri.

**Sciendum est primo:** Qz pbūs  
intendit in illo libro determinare de toto vniuer  
so corporeo. ꝛ de pibus pꝛincipalibus eius q̄sūt  
simplicita corpora. s. celestia ꝛ elemēta. iō p̄mittit  
diffinitionē cōtinui qđ est genus ad corpus. et  
postea posita diffinitōe cōtinui subisūgit diffini  
tionē corpis. ex qua cū pbatiōe eiº infert pfecti  
onē vniuersi corporei. q̄ tñ perfectio etiā pibus  
totius pūēt vniuersi cōsili modo. Pro quo

**Scienduz est secundo.** Qz cōtinu  
um diffinitº qđ est diuisibile i semp diuisibilia.  
ꝛ hec diffinitio cōtinui sumit ex pibus opatis  
ad totuz que vt sic habēt rationē materie. vt di  
ctº. 2º pbūicoꝝ. ꝛ hec diffinitio oīs est pbūico  
qz cōsideratio naturalis versatº circa materiā. sꝫ  
qz cōsideratio logica circa spēs ꝛ formā versatur  
iō logicus aliter diffinit cōtinuū diffinitōe for  
mali dicēs. Cōtinuū est cuiº ptes copulantº ad  
aliquē t̄minū cōez. qz vero termiº cōtinui ē qua  
si forma ipsius in vtraqz diffinitione dꝫ intellis  
gi quantū pro genere

**Scienduz est tertio.** Qz pbūs cōn  
diffinit corpº. Corpus ē qđ ē vndiqz diuisibile  
hoc ē ex omni parte siue sꝫ oēs dimēsiōnē. quā  
diffinitōnē pbat pbūs tali rōe. qz corpº diuidit  
tripliciter sꝫ tres dimēsiōes. quod aut diuidit  
sꝫ tres dimēsiōes diuidit sꝫ oēs. gº corpº ē vn  
diqz diuisibile. Maiorē manifestat pbūs quasi  
p diuisiōnē. manifestū ē enī qz magnitudinuz  
quedā diuidit ad vnā pte ꝛ hec dicitº linea. qđā  
ad duas ꝛ hec dicitº superficies. qđā vero diuidit  
sꝫ tres ꝛ talis ē corpus. Sꝫ minorē illius rōis  
pbat pbūs. s. qz pter tres dimēsiōnes nō sit alia  
dimēsiō p hoc qz tria habēt rōnē vt sint oīa. qz  
habēt rōnēz cuiusdā totalitatē. ita vt ternarius  
numerus sit numerus oīs ꝛ totus. gº qđ diuisi  
bile ē sꝫ tres dimēsiōes diuisibile ē sꝫ oēs. qz  
aut ternarius sit nūerus oīs ꝛ totus pbat pbūs  
ex dicto Pictagorē. dicētū totū ꝛ omē cē deteria  
ta tribz. s. principio medio ꝛ fine. Ubi.

**Sciendum est quarto.** Qz hoc  
idez. s. qz numerus ternarius sit numerus oīs et  
totus pbat pbūs ex hīs que cultu diuino serua  
ta sūt apud antiquos. Antiqui enī in legibz su  
is quas quasi naturaliter acceperūt p̄stituerūt  
facrificādiū eē duis numero ternario. s. igne t̄bu  
re ꝛ orōe. p̄stituerūtqz hoc fiēduz tribz vicibz. s.  
mane vespe ꝛ meridie. ꝛ secundū tria p̄cta emi  
spū. vñ quedaz ex legibz p̄cepit deum adorare

ad orientē. ꝛ hec fuit lex Pictagore ꝛ cōsonat le  
gi nostre. sed alia lex p̄cepit deuz adorare i me  
ridie. ꝛ hec fuit gelli pº ꝛ huic cōsonat lex mabo  
meti. quedā vero alia lex p̄cepit adorare deū in  
occidēte ꝛ hec fuit moysi. Et hoc pbat pbūs ex  
cōi mō loquēdi qui eo qz cōis ē oibus videt ex  
eo sumpsisse p̄ncipiuz. cū enī sunt duo solū nō  
vtimur noīe omnis sed dicimº ambo. ita qz pi  
muz circa qz vtimur noīe oīs est numerº ternar  
ius. quare sequitº qz numerº ternariº est numerº  
oīs ꝛ totus. que oīa sunt adiūctē p̄p̄nqua aut  
idem. Et sic patz minor illius rationis. qz. s. p̄ter  
tres dimēsiōnes non sit alia dimēsiō. ꝛ cum  
corpus diuidatº secunduz tres sequitº qz diuidit  
secundum omnes.

**Scienduz est quinto.** Qz hec tria  
omne totū ꝛ perfectū nō differūt ad iūuicē sꝫ  
speciē hoc est sꝫ formalē rōnē. qz quodlibz illo  
rum qđaz integritatē importat. sed si in aliquo  
differūt hoc ē in materia ꝛ subiecto i q̄tum de di  
uersz dñe Inaz omē attribuit discretis ꝛ cōtinuis  
que facliter diuisibilia sunt. sicut sunt cōtinua  
humida. sicut nos dicimus oīs homo ꝛ omnis  
aqualz totū indifferenter attribuit oibus con  
tinuis. ꝛ etiā qñqz discretis. perfectū vero in  
differētē attribuit cōtinuis ꝛ discretis. ꝛ non so  
lum ipsis sed etiā formis ꝛ virtutibz. Vel aliter  
posset dici ꝛ quasi in idem redit. qz forma dicitº  
oīs secundū qz ipsa vna enī multiplicata est  
in diuersa subiecta. sed dicitº tota siue totuz sꝫ  
qz vniuersa est puz integraliū. sed dicitº perfecta  
sꝫ qz dat esse materiē ꝛ ipsā perficit.

**Sciendum est sexto:** qz mun  
dus duplītiter pot accipi. Unoº p tota vniuer  
salitate rez ꝛ hoc mō prima causa de mundo ē  
2º mō pot accipi p vniuersalitate rez pdu  
ctaz ꝛ illoº intelligētē sūt de mundo sed non  
prima causa. 3º mō capitur strictius p vni  
uersalitate reruz corporeaz ꝛ hoc mō magi ca  
pitur i pposito. 4º mō p aggregatōe ex ele  
mentis ꝛ elemētatis secundū quod dicitº primo  
met̄erē. qz necesse est hunc mundū inferiorē lati  
onibus superioruz corpuz cōtinuum esse vt tota  
virtus eiº inde gubernet. Perfectum etiam  
duplītiter accipit. vnoº simpliciter exponēdo ip  
sum negatiue. s. cui nichil deest. sed cōtinet oēm  
pfectionē rez. ꝛ hoc mō sola prima causa dicitº  
perfecta. 2º dicitº pfectū in genere quod scilz  
habet oīa que ad perfectionē sui generis requi  
runt. ꝛ hoc modo mundus dicitº perfectus ꝛ ho  
mo ꝛ cetera habētia omnia ad suuz esse requi  
sita. Tunc sit.

**Conclusio prima.** Corpus ē  
perfecta magnitudo. pbat. nā corpus habz tres  
dimēsiōnes. gº bz omēs. cōnā iam pbata est qz  
aa z

*qualiter antiqui legi p̄cepit  
deuz adorare.*

*Mundus q̄ modo dicitur*

*perfectum dicitur nō*



omne totū & perfectū idē sūt. g<sup>o</sup> in genere mag-  
nitudinū corpus est pfecta magnitudo. z<sup>o</sup> p-  
bat illud qd est terminus in pgressionibz & a quo  
id fit termin<sup>o</sup> in aliā magnitudines et perfectū  
qz nō fit trāsitus de vno in aliud nisi propter a-  
liquē defectū sicut fit transit<sup>o</sup> ex linea in superfi-  
ciem. & ex superficie in corp<sup>o</sup>. ex corpore autē nō  
fit transitus.

**Conclusio responsiua.** mun-  
dus tertio<sup>o</sup> acceptus est perfect<sup>o</sup>. Probat nā  
omne corp<sup>o</sup> est perfectū. sed mund<sup>o</sup> tertio<sup>o</sup> est  
corpore<sup>o</sup>. ergo perfectus. sed qz bec perfectio ge-  
neralis est omni corporei idē p̄b̄s ponit vnā ali-  
am p̄p̄iam ipsi vniuerso. quia in ipsis corporei-  
bus reperiunt aliqua que cōtinēt & nō continēt  
tur vt vltima corpa. quedā vero que cōtinēt  
& non cōtinēt vt terra. quedā vero que conti-  
nent & continent vt corpora media. s; quicquid  
continet vel cōtinēt vel vtroq; modo se habet  
quodāmodo ad aliqd terminat & est quodam  
mō multa. & habet aliquid impfectionis. ergo  
corp<sup>o</sup> simplex & pfectū neq; cōtinēt neq; cōtine-  
tur. tale autē est totū vniuersū. g<sup>o</sup> & d.

**Dubitatur primo.** Que sunt  
Motui celi esset aliquis motus contrarius cuius contraria differant secundum speciem univrsum si esset simpliciter perpetuum quod esset unus motus circularis et non esset alius sibi contrarius et ideo pro se facile esset assignare rationem unam de pluralitate motuum celestium et etiam corporum. sed quod motui circulari nullus est motus contrarius id ostendit alio assignare rationem et causam pluralitatis. et hoc est difficile ut dicit philosophus. quod accidentia corporum celestium sunt nobis ignota. tum propter elongationem corporum celestium a nobis. tum secundo quod corpora celestia non continentur in accidentibus cum istis inferioribus. ergo accidentia corporum celestium sunt alterius nature eo quod ista inferiora sunt generabilia et corruptibilia et ideo pro isto statu in quo cognitio nostra intellectiva ortu habet a sensu cum ex cognitione accidentium veniamus in cognitionem substantie difficile est nobis questiones formatas de celestibus a nobis determinari. et quis hoc sit difficile. tamen philosophus per viam resolutionis resoluendo effectus in causas et posteriora in priora determinat presertim questionem et alias questiones que sunt de celo et accidentibus eius. et per determinat de presertim questionis positum philosophus sex rationes. Prima. si celum est quid diuivum et sempiternum necesse est motum eius esse sempiternum et circulem. Secunda si motus celi est sempiternus et circularis necesse est in medio motui esse aliquod corpus quiescens quod vocatur terra. Tertia ratio est. si terra est necesse est ignis esse. Quarta. si ignis et terra sunt. necesse est elementa intermedia esse. Quinta. si elementa sunt necesse est generationes et corruptiones esse. Sexta. si generationes et corruptiones sunt necesse est celum moveri pluribus motibus. et esse plura corpora mota pluribus motibus. si enim sunt plures motus circulares oportet esse plura corpora celestia. quod unum corporis simplicis non est nisi unum motus simpliciter hunc naturam propriam. et motus conveniens alicui supra naturam vel preter naturam necessario convenit alicui secundum naturam propriam. Prima ratio sic probatur. quod unum quod quod est aliquod proprium oportet illud esse gratia sui operis. hunc dei. i. celi est aliquod proprium quod dicitur immortalitas. ergo est gratia illius operis et quod nichil desinit a sua propria operatione. si celi sit sempiternus. sequitur quod motus eius erit sempiternus et per rationes circulares. hunc solus motus circularis potest esse perpetuus. Secundam rationem probatur sic. quod motus circularis est circa medium. ratio autem medium est accidentale ergo non

9<sup>o</sup>  
2<sup>o</sup>  
3<sup>o</sup>  
4<sup>o</sup>  
5<sup>o</sup>  
6<sup>o</sup>

## De Celo et mundo.

potest esse sine subiecto 03 ergo in medio mudi  
aliquid esse et cum mundus sit corporeus 03 illud esse  
corpus quia medium corporis est corpus. sed illud non  
potest esse aliqua pars celi. primo quia celum secundum  
se totum perpetuo mouetur circulariter. ergo nulla  
pars eius potest quiescere in medio. 2o quia vel  
ibi quiesceret secundum naturam et tunc celum esset  
mobile ad medium secundum naturam quod prius im-  
probatum est. vel ibi quiesceret contra naturam 2o  
est irrationabile quia cum motus celi sit perpetuus 03  
illud corpus quiescens perpetuo quiescere in medio  
et illud quod mouet contra naturam perpetuo moueret  
quod non potest dici. ergo 03 quod in medio mundi sit  
aliquid corpus perpetuo quiescens quod non sit ali-  
qua pars celi. et illud est terra quod supponitur per nunc  
et in fine huius secundi probabitur 6o et 7o. Ter-  
tiam consequentiam probat duplici ratione. prima  
si unum contrariorum est in re natura ita et reliquum  
et si unum contrarium sit habet aliquam materiam  
sibi subiectam. modo eadem est materia et potentia con-  
trariorum. que quidem potentia ad duo contraria non  
potest esse perpetuo frustra. et ita si sit unum contrariorum  
necesse est reliquum esse. sed ignis et terra contrari-  
antur. ergo si terra est necesse est ignem esse.

Tertia ratio. Dabitur sepe prior est priuatione  
sed ignis se habet ad terram sicut habitus ad  
priuationem. ergo ignis se habet ad terram sicut  
prius ad posterius. sed posito posteriori ponitur  
prius. ergo posita terra ponitur ignis. quod autem  
est ignis est ut habitus et terra ut priuatio. Patet  
quia motus et leuitas conueniunt igni. quies  
autem et grauitas conueniunt terre. sed motus  
est habitus respectu quietis et leuitas respectu gra-  
uitatis. igitur et cetera. Quartam consequen-  
tiam probat philosophus. Ignis et terra habent  
contrarietatem ad alia elementa media. nam  
unumquodque elementum habet contrarietatem  
ad omnia alia ut probatur secundo de genera-  
tione. sed si unum contrariorum sit in natura  
ita et reliquum. ergo si ignis et terra sint necesse  
est alia elementa esse. Quintam consequen-  
tiam probat philosophus duplici ratione. Pri-  
ma omnia elementa sunt contraria adinuicem.  
contraria autem agunt et patiuntur adinuicem  
et corrumpunt se inuicem. ergo si omnia elemen-  
ta sint. necesse est generationes et corrup-  
tiones esse.

Secunda ratio. irrationabile est  
aliquid mobile esse sempiternum cuius motus  
non possit esse sempiternus. sed motus qui est per  
prius elementis non potest esse perpetuus et sempiternus.  
ergo nec elementa possunt esse sempiternum.  
ergo generabilia sunt et corruptibilia.

Sextam consequentiam probat philosophus  
quia nichil potest esse causa permanentie rerum  
in esse et successionis generationis et corruptio-  
nis. et diuersitas genitorum in speciebus et figu-

ris. quia contrariorum contrarie sunt cause per se  
Quapropter ad saluandum illa in istis inferiori-  
bus oportet ponere celum moueri pluribus mo-  
tibus. Unde primus motus qui est maxime  
uniformis ponitur causa permanentie rerum in  
esse. sed motus solis sub obliquo circulo qui mo-  
uetur motu accessus et recessus in ordine ad nos  
ponitur causa successionis generationis et corrup-  
tionis. motus autem firmamenti et planetarum  
qui quidem motus variatur aspectu planeta-  
rum ponitur esse causa diuersitatis rerum in spe-  
ciebus et figuris et aliis accidentibus. Ex omnibus  
precedentibus per responsio ad quesitum.

### Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicitur quod efficiens nunquam pro-  
ducit effectum nisi in quantum forma generati-  
est quedam similitudo forme generatis. et ita ef-  
fectus ipsius cause efficientis non est finis ip-  
sius cause efficientis. sed magis econtra causa  
efficientis finis effectus. Ad secundam dicitur  
quod quamuis Alexander dicat quod cessante mo-  
tu celi fierent generationes et motus in istis infe-  
rioribus per lumen et influentiam sed non essent  
ordinati. quia celum per suum motum secun-  
dum determinata tempora facit generationes  
et secundum alia tempora corruptiones. quod  
non esset nisi esset motus celi. tamen probabili-  
us videtur esse dicendum quod cessante motu ce-  
li cessarent omnes motus hic inferius. eo quod mo-  
tus est principale instrumentum et primum inter  
illa tria instrumenta mediantibus quibus celum  
agit in hec inferiora. et alia duo non sufficiunt  
mouere hec inferiora sine motu celi. lumen enim  
et influentia descendunt in hec inferiora per  
motum. Ad secundam dicitur quod si elementa  
manerent sub suis qualitatibus actiuis et passi-  
uis cessante motu celi non agerent. quia virtutes  
eorum sunt adeo materiales quod non mouerent nisi  
si motu. ideo si remoueret motu primum mobilis cui-  
us sunt instrumenta non mouerent nec agerent  
nec paterentur adinuicem. Et hec de questio-  
ne. Sequitur in textu.

Figuram autem sphericam necesse est habere ce-  
lum et.

### Queritur sexto. Utrum Ce-

lum de necessitate sit sphericæ figure. Arguitur  
quod non quia sphaera est corpus solidum unica  
superficie contentum. sed orbis de sua ratione habet  
duas superficies concavam scilicet et conuexam  
ergo celum est orbicularis figure et non sphericæ  
2o celum potest esse ovalis figure lenticularis et col-  
luminaris. ergo non est necesse esse figure sphericæ.  
Ans probatur quod si ita ponatur ex hoc non sequitur aliud

## Libri Secundus:

Inconueniens dum moueatur super polis longi tudinis huiusmodi figurarum. 3<sup>o</sup> sic figura spherica est minima. cum ergo celum sit maximum et omnium contentuum sequitur quod talis figura non sit proportio nata celo. Ad oppositum est philosophus. Pro responsione.

**Sciendum est primo quod post** philosophus determinauit de perpetuitate celi et de diuersitate partium eiusdem. Philosophus determinat de figura ipsius quod figura facit ad motum. ostendit ergo philosophus quod celum est spherice figure et hoc quadruplici via sine medio. Primo ostendit ex prioritate spherice figure in ordine ad alias figuras rectilineas. 2<sup>o</sup> ostendit ratione necessitatis ducendo ad inconueniens. 3<sup>o</sup> ex ordine motus celi ad omnes alios motus. 4<sup>o</sup> ex ratione sumpta ex figura corporum inferiorum. Juxta hoc sit.

**Conclusio prima.** Inter omnes figuras planas circulus est prima figura. primum quod unum est prius multitudinem et simplex compositum. sed figura plana spherica. scilicet circulus continetur una linea. rectilinea uero continetur pluribus quod ut dicit Euclides due linee recte superficiem claudere non valent unica uero linea circulari superficiem claudit. ergo inter figuras planas spherica est prior. contra tenet quod omnis figura plana uel est circularis uel rectilinea. 2<sup>o</sup> probatur. perfectum prius est imperfecto natura et tempore et diffinitione. sed figura spherica est secundum le perfecta. linea autem recta est imperfecta. quod si sit finita potest recipere additionem. si uero sit infinita caret sine qua nata est habere. ergo inter omnes figuras planas spherica est prior.

**Conclusio secunda.** Inter omnes figuras solidas superficiales spherica est prior. patet quod corpus spherice figure una superficie continetur. rectilinea uero continetur pluribus. unum autem prius est pluribus generatim. 2<sup>o</sup> sicut se habet figura circularis ad rectilineam in planis. ita se habet figura spherica ad rectilineam in solidis. sed in planis spherica est prior rectilinea. ergo etiam in solidis. 3<sup>o</sup> adducitur ad hoc testimonium antiquorum qui generantes corpora ex superficiebus et ea resoluentes in superficies non sic resoluiebant corpus sphericum in superficies. quod licet corpus sphericum sit diuisibile in partes integrales plures. non tamen in plures partes sphericas sicut rectilineum corpus diuiditur in plures superficies rectilineas. Ex quo patet de intentione illorum figuram sphericam esse primam. ad hoc etiam adducitur testimonium Pythagoricorum qui proportionantes numeros ad figuras attribuebant ueritatem circulo et pluralitatem triangulo. triangulus autem habet tres equales duobus rectis et ita

secundum eos circulus est prima figura. et quauis sit prima figura tamen ingreditur compositionem aliarum figurarum sicut unitas ingreditur compositionem numerorum.

**Conclusio responsiua.** Totum celum est sphericum hoc est aggregatum ex omnibus corporibus celestibus. Probatur. figura spherica est prima. 2<sup>o</sup> primo corpori debetur quod est supremum corpus celeste motum circulariter. ergo illud est sphericum et per consequens primum corpus tangens ipsum est sphericum. et ita argueretur de aliis corporibus celestibus quod sunt spherica et quod totum celum est sphericum. et per consequens cum ignis tangat celum sequitur quod est spherice figure. et ita argueretur de aliis elementis. quod oportet quod corpus tangens aliquod sphericum semper sit sphericum secundum superficiem secundum quam tangit illud. Patet ergo quod totum mundus est sphericus. Sed poterit aliquis dicere quod supremum corpus est sphericum secundum concuuum. non tamen oportet dicere quod sit sphericum secundum concuuum. et ita non oportet quod primum contentum sit sphericum secundum superficiem concuuum. et ita descendendo non oportet elementa esse spherica. Respondetur ad hoc quod ipsum supremum corpus celeste sit eiusdem dispositionis in omnibus suis partibus oportet quod si in parte superiori sit sphericum quod etiam in inferiori. et ita diceretur de inferioribus corporibus celestibus et de elementis. cum enim aer et ignis secundum suas naturas sint equaliter leues secundum quilibet partem. et similiter cum terra et aqua sint equaliter graues secundum omnes suas partes equaliter tendunt ad medium. et ita si unum illorum elementorum sit spherice figure secundum unam superficiem oportet etiam secundum aliam. ergo celum est sphericum. Supponitur pro secunda ratione quod celum si mouetur. et quod mouetur pluribus motibus. Tunc arguitur sic. si celum est alterius figure quam spherice puta rectilinee. sequeretur quod ibi esset corpus sine loco. et locus sine corpore. contra est falsum et impossibile. contra tenet quod in corpore figure rectilinee non omnes partes equaliter distant a medio ymo quedam sunt magis eleuate et quedam minus. cum ergo celum semper moueatur sequitur quod pars non eleuata quandoque ueniret ad locum partis magis eleuate et ita sequeretur inconuenientia prius illata. Sed diceret aliquis ut arguebatur ante oppositum. quod celum non est spherice figure nec rectilinee. sed est qualis aut columnaris siue lenticularis figure. 2<sup>o</sup> ex hoc non sequitur inconuenientia prius illata dum tamen moueatur super diametrum per quam denotatur longitudo istarum figurarum. Dicitur quod si celum moueretur unico motu et moueretur modo prius dicto non sequeretur inconuenientia prius illata. sed quod mouetur pluribus motibus et quodammodo opposi-

## De Celo et mundo.

ns. plures aut motus non possunt esse sup eandem dyametru. ideo si esset alicuius predictarum figurarum non soluz moueret sup dyametru longitudinis. sed etiam latitudinis et pfunditatis. et sic sequeretur incoherentia prius illata. Pro tertia ratione supponit qd motus celis semper pitemus continuus et regular. Ex qua suppositio one sequit qd est mensura oim alioz motu. Tunc arguitur sic. motus celi est mensura oim alioz motu. sed in vnoquoqz genere primu est mensura alioz illi generis. g. motu celi e minimu oim motuum. minimu autem motu dicitur qui est velocissim. velocissim autem qui est in minimo tempore et secundum figuram breuissimam et minimam. sed inter omnes figuras redeuntes in idem punctum figura spherica est minima qz in figura rectilinea linee recte ducte ad angulos sunt longiores aliis. ergo motus celi e secundum figuram minimam que est spherica. Quarta ratio si aqua est spherica aer sphericus. et si aer est sphericus et ignis. et si ignis et celus. sed aqua est spherica. ergo celus et ignis intermedie tenent virtute illi principii corporis tangens aliquod sphericum secundum se totum est sphericum sicut illa superficies secundum quam tangit. qd autem aqua sit spherica secundum superficiem conuexam. Probat philosophus supponendo primo qd medium loci. s. medium mundi est locus infimus simpliciter. Supponit secundo qd cum aqua sit grauis semper fluit ad locum inferiorem. Arguitur sic. capiatur medium mundi et sit. a. ducatur due linee a medio mundi ad duo puncta signata in conuexa aque que quidem linee sint. a. b. z. a. g. deinde ducatur linea a puncto. d. a quo ducatur linea ad medium mundi. tunc arguitur sic. vel g. ibi le tres linee. a. b. a. d. z. a. g. sunt equales vel non si sint equales per diffinitionem circuli sequitur qd linea ducta ad extremitatem linearum ipsarum e equalis et sic superficies aque erit spherica. Si vero vna earum sit breuior. tunc punctus terminans eam est propinquior medio mundi. et sic erit inferiorem. et sic per primam suppositionem aqua stans in illis duobus fluet ad illud punctum quousque fiat equalitas illarum linearum. et sic aqua fiet spherice figure. Sed forte aliquis diceret qd si aqua sit spherice figure secundum superficiem conuexam. bene sequitur qd aer sit sphericus secundum superficiem conuexam. sed non conuexam. Respondetur qd eadem ratione qua probatur esse aquam esse sphericam sicut conuexam etiam probaret de igne et aere qd sint spherice figure secundum conuexam. sicut enim corporis grauis omnes partes equaliter tendunt ad medium mundi ita corporis leuis omnes partes recedunt a medio. et ascendant equaliter ad locum superiorem et sursum. Ex precedentibus patet qd elementa sunt spherica et corpora celestia. de terra probabitur tamen specialiter inferius. et illud sic debet intelligi de elementis considerate

rat esse proprio et naturali et non alteratis. et ita totus mundus est sphericus et magis quam quodlibet corpus particulare siue sit naturale siue artificiale et inter partes mundi corpora continentia sunt magis spherica quam contenta. ideo ignis est magis sphericus quam aer. et aer quam aqua. ex quo sequitur qd terra est minus spherica ut patet ad sensum.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur qd ibi capitur sphericum large ut se extendit ad orbiculare vel etiam per continentem et contento. Secunda soluitur ex dictis. Ad tertia dicendum qd figura spherica est minima ad occupandum locum. et est maxima ad continentum. ideo debetur primo corpori omnia continentem magis quam quecumque alia figura. Et hec de questione. Sequitur in textu.

Quoniam autem est dupliciter in circulo etc.

### Queritur septimo. Utrum

Rationabile sit celus semper moueri versus vnam partem determinatam. s. illam versus quam nunc mouetur et nunc non moueri versus oppositam. et incipere moueri ab vna determinata parte et nunc non ab opposita parte. Arguitur qd non. quia motus qui sunt versus partes oppositas sunt oppositi. sed si vnum oppositorum est in natura ita et reliquum. ergo celus non sepe mouebitur ad vnam partem ymo quandoque deberet moueri versus oppositam et a parte opposita incipere. 2o arguitur si motus celi semper inchoaretur in vna parte versus vnam determinatam partem tendendo cuius perpetuus non habeat causas. sequitur qd vane queritur an rationabile sit celus moueri semper quem admodum nunc mouet. In oppositum est philosophus in textu in 2o capitulo huius tractatus.

### Sciendum est primo qd post

et philosophus determinauit de figura celi quia figure faciunt ad modum motus. nunc determinat de modo motus celi circa quem mouet philosophus questione per sententiam. Pro quo.

### Sciendum est secundo. qd illa

que sunt a casu et a fortuna sunt extra semper et frequenter quia raro sunt ut dicebat 2o philosophorum ideo in sempiterno nichil est a casu vel fortuna. et quia celum est sempiternum et etiam motus eius. ideo nec celum neque motus eius potest esse a casu et a fortuna. et ita oportet quietus celi et etiam motus eius ideo nec celum neque motus potest esse a casu vel a fortuna. Et ita oportet qd motus celi et motus eius vel sit causa prima vel habeat causam determinatam. sed manifestum est qd non potest esse causa prima cum sit a mouente. ergo oportet qd habeat causam determinatam. quare non est vanum querere de causa motus celi et de modo eius.

velle de oibus causam  
q2024 465

**Sciendum ē tertio:** q̄ quan-  
tum ad solutionem presentis q̄dis. P. ponit  
excusationes. q̄z posset aliquis dicere q̄ velle de  
omnibus causam querere z causam omnium as-  
signare z nichil pretermittere est signum magne  
stulticie z p̄sumptio. Stulticie quidem eo q̄ talis  
nescit discernere inter facilia z difficilia. p̄sum-  
ptionis vero q̄z talis homo non cogitat sue fa-  
cultatis circa inquisitionē veritatis. Sed ad h̄c  
dicit p̄b̄s q̄ licet aliqui super hoc sint increpan-  
di z vituperandi non tamen iustus est omnes si-  
militer increpare. sed o3 ad duo attendere. p̄io  
quidem ad causam que mouet hominē ad in-  
choanduz z determinanduz de talibus an sc̄z h̄c  
faciat ex amore veritatis an faciat ad omissiones  
sue scientie. z o3 considerare qualiter se ha-  
beat ad inquirenduz z agnoscenduz ea que asserit  
vtrum sc̄z habeat de h̄is debilem cognitiones  
aut firm̄ eam cognoscat q̄ quicūq3 alius cog-  
nouerit. quando enim aliquis ad inquirenduz  
causam alicuius rei difficilis mouetur ex amo-  
re veritatis z p̄t attingere ad hoc q̄ causas  
cognoscat necessarias certius q̄ secundum com-  
munem modum possunt cognosci. tunc iustum  
est reddere grates illi qui tales causas necessa-  
rias adinuenit magis q̄ increpare.

**Conclusio Responsiua Ra-**  
tionabile est celum incipere moueri ab vna de-  
terminata parte sc̄z a dextra z nunq̄ ab altera. z  
semper moueri versus determinatam partem q̄  
dicitur anterior siue punctus meridiei z nunq̄  
versus oppositā. capiendū sēper finios formali-  
ter z non materialiter vt dicitur ē p̄ius. Probat  
cōclusio. q̄z cum natura sit mota z directa a pi-  
mo mouēte semper facit de possibilibus q̄ d' me-  
lius ē. ergo celum debet moueri digniori z nobi-  
liori motu q̄ ē possibile fieri. sed ille motus loca-  
lis est dignior qui est a digniori parte. in celo au-  
tem dextra pars dignior est sinistra. z anterior pos-  
terior sicut in animali. vt illud dicitur in textu.  
dignior locus est sursum z minus dignior est  
deorsuz locus. eodem mō etiā ea que anterior z  
posterior se habent similiter ad dextrum z ad  
sinistrum. ergo rationabile ē celū sēper moueri a  
dextra parte versus partem anteriores. Sed  
aliquis obiceret contra processuz p̄b̄i. q̄z p̄b̄is  
p̄ius assignauit distinctiones partuz in celo ex  
parte motus celi. q̄z sc̄z motus celi incipit ab vna  
parte z non ab alia. ideo in illa pte a qua inci-  
pit est dextruz. hic autē econuerso assignat ratōz  
quare celum mouetur ab vna parte z non ab a-  
lia ex distinctione partuz celi. z ita videtur q̄ sit  
circulatio in p̄cessu p̄b̄i. Ad hoc respōdetur q̄  
motus celi non est causa diuersitatis partuz. sed  
virtus motiua ipsius celi est causa diuersitatis

in diuersis partibus celi. z diuersitas partuz celi  
est causa modi motus celi. z modus motus celi  
est bene signū z non causa diuersitatis celi. ideo  
per motum celi z modum eius tanq̄ per signum  
b̄n ostenditur q̄ sunt distincte z diuersae partes  
in celo secundum situm distincte ex natura rei  
z hoc dixit p̄b̄s p̄ius. sed hic ostendit per diuersi-  
tatem partium in celo causas p̄ quas motus  
celi incipit ab vna determinata parte z mouetur  
versus aliam partem determinatā z nunq̄ econ-  
tra. Patet ḡo q̄ genus Demonstrationis varia-  
tum est in duobus processibus p̄b̄i. q̄z variat ge-  
nus demonstrationis q̄z est in p̄pter quid. z ideo  
non ē circulatio. z simile est sicut per motū vene  
pulsatilis tanq̄ per signuz cōcluderem̄ cor mo-  
ueri. z tñ si queratur causa ipsius vene pulsant  
conuenienter assignabitur cor pro causa z mo-  
tus cordis. variando demonstrationē q̄z ē in de-  
mōstrationez propter quid.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam dicebatur q̄ motui circulari nullus  
est motus contrarius qualitercuq3 possit yma-  
ginari. Ad secundā dicitur q̄ multa semp̄  
terna habent causam ymo omnia dempto p̄io  
multa tñ sunt que causam habent in lubiecto  
proprio sicut principia demonstrationū. ḡnatio-  
nes tamen necesse omnes habent causam zc̄.  
Sequitur in textu.

**Queritur octauo. Utrum**

Ad saluandum ea que in motu apparent necesse  
sit ponere in celo circulos eccentricos concen-  
tricos z alios epiciclos. Arguit q̄ non quia  
cum celuz sit corpus simplex debet esse vnus na-  
ture z per consequēs vnus figure. ergo i eo nō  
est tanta diuersitas circuloz ponenda. z ar-  
guit. si ita esset sequeretur q̄ nullus esset locus sur-  
sum simpliciter. tenet p̄na. q̄z cum essent diuersi  
circuli habentes diuersa centra. id quod celsus  
perius in ordine ad vnum esset inferius in ordi-  
ne ad alium. z ita nullum esset centrum deorsum  
simpliciter neq3 determinatum quod est in cōne-  
niens. 3o arguitur. si ponerēt circuli eccentrici  
a in celo cum celi moueatur continue z vniformi-  
titer pars magis eleuata in circulo eccentrico q̄n  
q3 veniuz ad locū partis minus eleuate. z p̄ cō-  
sequens oporteret penetrationem dimensionum  
fieri et esse vacuz. q̄z cum pars magis eleuata  
veniat ad locum partis minus eleuate plus re-  
plebit de loco. ista autē sunt impossibilia. ḡo po-  
nere tales circulos est impossibile. In op̄o  
est Ptholomeus z alii astronomi qui arte z experi-  
entia p̄ius Aristotele tales circulos ad saluā-  
duz ea que in motibus planetaz apparēt assign-

## De Celo et mundo.

nauerunt. qz pbūs nullas fecit mentiones de bu  
iusmodi circulis in isto passu. lz fecerit in vi. d<sup>o</sup>  
cimo sine methaphisice.

**Sciendum est primo qz Cir**  
culus ille dicitur concentricus qui bz idem centz  
cu3 centro mundi. Unde concentric<sup>o</sup> dicit<sup>r</sup> a con  
quod est simul z centrum qz est circulus. sed dicit<sup>r</sup>  
eccentricus qui continet centz mundi. z centz  
suū habet extra centz mundi. z dicitur ab ex qz  
ē extra. z centrum quasi habens centz suū ex  
tra centrum mundi. Notandum vltimus qz  
duplices sunt eccentrici. qz quidā sunt eccentri  
ci secundum vtramq3 superficiem. s. conuexaz z  
concauam vt sunt quidā deferentes. Alii sunt  
eccentrici secundum vnā superficie tantū z cen  
trica secundū aliā et hoc dupliciter. qz quidā sūt  
eccentrici secundum conuexum sicut inferiores  
circuli orbūz. vel secundūz cōcauum sicut sunt  
superiores qui sunt supra deferentem. Unde  
circulus eccentricus s<sup>o</sup> superficie concauā z cō  
uexam dicitur deferens corpus planete. z ad mo  
tum ei<sup>o</sup> planeta mouetur. z pars talis circuli ma  
gis distans a centro mundi vocatur qz est ele  
uatioz. z pars opposita dicit<sup>r</sup> oppo<sup>o</sup> angis. z por  
tiones inter medie diam<sup>o</sup> statōes. Unde iste  
circulus deferens ponitur inter duas superficies  
sui orbis. vnaz superiorē eccentricaz quo ad con  
cauūz. z aliā inferiorē eccentricā quo ad cōuexū

**Sciendum est secundo qz cir**  
culus epiciclus dicitur paruus non continēs in  
fra se centz mundi z est in circumferentia circuli  
deferentis. z habet ibi centrum. z dicitur ab epi  
qd est supra z cidos quod est circul<sup>o</sup> quasi exis  
supra circulūz deferentem. z in circumferentia hui<sup>o</sup>  
circuli epicicli. mouetur planeta

**Sciendum est tertio. qz In**  
epiciclo quatuor puncta describunt. z ad viden  
dum descriptionē horū punctoz possum<sup>o</sup> yma  
ginari qz sint due linee pcedētes a centro ecētri  
ci cōcludētes epiciclū vnā ex pte orientis z aliā  
ex parte occidentis. z tūc punctus cōtactus ex p  
te orientis dicitur stacio prima. z punctus cōta  
ctus ex parte occidentis dicit<sup>r</sup> stacio secunda. et  
quando planeta ē in aliqua illaz duaz stacio  
num dicitur stacionari<sup>o</sup>. arc<sup>o</sup> vero epicicli supe  
rior interceptus inter illa duo puncta siue inter il  
las duas staciones dicit<sup>r</sup> directio. z quando ille  
planeta est in illo arcu siue situ dicitur directus  
arcus vero inferior epicicli intercept<sup>o</sup> inter illas  
duas staciones siue puncta dicit<sup>r</sup> retrogradatio  
z quādo planeta ē in illo situ vel arcu dicitur  
retrogradari. Et sic pz de ymaginatione istoz  
duoz circulozum. Pro quoz intellectu.

**Sciendum ē quarto. qz arte**

z experientia cōpertuz est qz vnus z idē planeta  
citus pertrāsit vnū signū qz reliquūz quīs pla  
neta semper moueatur equaliter z vniformiter z  
signa sunt equalis longitudinis. s. triginta gra  
duūz. sicut sol tardius transit signum capricorni  
qz cancri oppositū. conpertū est etiā qz vn<sup>o</sup> z idē  
planeta citius transit vnū et idem signū in nu  
mero in vno tempore qz in alio. cū tamen semp  
planete moueantur vniformiter ex parte deferen  
tis. quib<sup>o</sup> sic suppositis. Sit igitur.

**Conclusio prima. ad saluan**  
dum primā diuersitates. s. qz vnus z idem plane  
ta citi<sup>o</sup> transit vnū signū qz reliquū sibi equa le  
videt<sup>r</sup> necessariū ponere circulos ecētricos i qō  
cu3 circumferētia moueāt planete. Probat<sup>r</sup>. qz cū  
quilibz planeta semp moueatur vniformiter et  
signa sunt equalis. s. equalis longitudinis non  
posset assignari ratio quare vnus z idem plane  
ta citi<sup>o</sup> transiret vnū signū qz reliquū nisi ponat<sup>r</sup>  
qz deferens a centro mūdi sub vno signo pl<sup>o</sup> dis  
taret qz sub alio qd ad potest fieri nisi circul<sup>o</sup> de  
ferens ponat<sup>r</sup> eccentricus. g<sup>o</sup> oportet ponere cir  
culos eccentricos. Unde si ducant<sup>r</sup> due linee  
a centro mundi vsq3 ad vnū signūz celeste con  
cludentes ipsū signū habebūt maiorem distā  
tiam inter se sub illo signo in parte distantiori a  
centro mundi qz in parte ppinquiori. hec enī est  
natura duaz lineaz egrediētū ab eodē centro  
qz pl<sup>o</sup> distant a centro tanto pl<sup>o</sup> distant inter  
se z qz pl<sup>o</sup> distant concludēdo cancrum signum  
solis qz concludēdo capricornum signū opp<sup>o</sup>  
z in opposito angis. z ideo plus distat i cancro  
qz in capricorno.

**Conclusio secunda. Ad sal**  
uādum secundā diuersitates. s. qz vnus z idē pla  
neta citius transit vnū z idem signūz in vno tē  
pore qz in alio necesse est ponere circulos epicic  
clos. Probat<sup>r</sup>. qz cū planete vniformiter semp  
moueant<sup>r</sup>. z idē signū nō ē maius se ipso nō pos  
set assignari ratio cur planeta citius trāsiret vnū  
signūz in vno tempore qz in alio. nisi preter circu  
lum deferentē z motum suū poneretur in circum  
ferentia eius aliquis circulus motus cui<sup>o</sup> motu  
planeta reduceret<sup>r</sup> in signū cōtra motum circuli  
deferentis. z talis mot<sup>o</sup> dicitur epicicli. Unde  
quā planeta est in stacione prima. tunc ipse plane  
ta motu circuli deferentis ptransit signū. sed ū  
planeta est in stacione secunda mot<sup>o</sup> circuli epi  
cicli reducit planetā in signū cōtra motum defe  
rentis. z tūc planeta tardius transit illud signū  
qz transeat quā est in stacione prima. ergo p bu  
iusmodi circulos epiciclos saluat<sup>r</sup> hūmō diuersi  
tas secunda. Item nos videm<sup>o</sup> ad sensum qz  
illa pars in macula lune que est superior in ascē  
su ē etiam superior in descensu qd non posset su

## Libet Secundus:

eri nisi per motū epiciclorū lunā habere aliū motū in epiciclo. vnde et illi qui primo inuenerūt illos circulos et hūmōi motus saluantes illas diuersitates fuerunt Caldei qui attribuerūt quilibz planete illos circulos excepto sole cui attribuerunt solum circulū eccentricū. s. deferentem quia in motu solis non reperitur illa diuersitas. sed solū in aliis. ideo secundum ipsos sol hz circulū et non epiciclus sed eccentricus. Et isti caldei maiori arte et experientia locuti sunt de motu astroꝝ et planetarū. Verūtamē multi dicunt q̄ huiusmodi diuersitas posset aliter saluari. nullus tamen ē efficacior modus v̄ratio neqz aliquid videtur esse ita cōforme rationi. Unde sciē dū ē q̄ Egip̄tīi qui fuerūt primi philosophantes dixerunt causam p̄me diuersitatū esse qz sol nutritur quodam humore abstracto a calore ei⁹ ab oceano per quē humores sol efficitur grauis et descendit tardius. sed illo humore digesto et consueto p̄ calores ei⁹ leuior efficitur et ascendit et mouetur velocius. et isti quodāmodo iudicabāt secundum sensus. De tñ locutio est poetica et fabulosa. et min⁹ rōi cōformis. qz oñsolum est prius celum non esse graue nec leue. angimētabile nec diuiniabile. Alii vero dixerunt q̄ omnes orbēs celestes et omnes planete mouentur eadez virtute. s. virtute primi. que quidem virtus diuersimode diffunditur in diuersis orbibus et planetis qz illa virtus est perfectior in orbibus propinquioribus. et magis remissa in orbibus distantibus. et ita secundū illos quanto aliquis orbis distat a primo magis tanto tardius mouetur. et propter illaz tardationem iudicamus illos orbēs inferiores moueri ab oriente in occidentē quibus non sit ita. Sed cū p̄ illud non possz saluari diuersitas apparens in ascensu et descensu planetarū id oportet dicere q̄ licet orbēs superiores moueantur motu primi mobilis. tñ quilibz orbis habet propriū motū preter primū qui ē super alius polis. et ad hoc in orbe sunt diuersi motus particulares preter illos mot⁹ predictos sicut i corpore humano. h̄eniz moto corpore humano mouentur omnes partes ad motū totius preter tamen motum totius oculus habet alium motū preter motū capitis. et ideo ad saluandū predictas diuersitates videt̄ necessariū ponere predictos circulos. Et de istis designatione eorundem habetur plenior et maior declaratio eorundem in 4. tractatu de spera.

### Ad rationes ante oppositūz

Ad primā dicitur q̄ licet vnus orbis sit vnus speciei s̄q̄ substantiā habet tñ ptes differentes secundum accidentales dispositōes ita q̄ vna pars est rarior et alia densior. alia luminosior et alia minus luminosa. et ita in vno orbe preter motū orbis possunt intelligi multi motus p̄p̄rii

sed omnes isti motus p̄p̄rii sunt ignoti et naturales sicut motus totius ex parte ipsi⁹ celi. Ad secundā dicitur q̄ deorsum simpliciter debet attendi in ordine ad centūz totius orbis sicut in ordine ad centūz primi mobilis qd̄ idem est. et nō in ordine ad centūz alicuius circuli particularis deferentis. Unde quilibz orbis secundū se totū est concētric⁹. Ad aliam dicitur q̄ aut vn⁹ circuli nunq̄ iungitur augi alteri⁹ sed semper stat aut vnus cū opposito auge alterius. id nō sequuntur inconueniētia illa. quidam tñ dicunt q̄ in eccentricis sūt quedā corpora rarefacibilia et cōdensabilia per que saluatur vt non fiat penetratio dimensionū. prima tñ solutio melior ē facilior et clarior. Sequitur in tertio.

De motu autem ipsius qz regularis et q.

### Queritur Nono. Utrum

Motus celi sit regularis. Arguitur q̄ nō. qz partes propinquiores polis tardius mouentur q̄ distantiores polis. g. celum nō mouetur regulariter. Arguit. et. In motu planetarū accidit tans valriatio vt quidaz planete quandoqz sit directionarius et quāqz retrogradus et quāque stationarius quāqz in auge et quandoqz in opposito augis. vt dicitur est i precedenti questione g. motus celi non ē regularis et maxime quoad motus planetarū. In oppo. est p̄b̄s in tertio in vltimo cap. huius secundi tractat⁹ sic dicitur. De motu autē ipsius qz regularis est et non irregularis deinceps vtiqz dicitur est pertransire. Pro responsione.

### Sciendum est primo q̄ post

q̄ in precedenti cap. p̄b̄s assignauit causam quare celum mouetur semper versus vnā ptes et nunq̄ versus alias. p̄b̄s in vltimo cap. vltius tractatus determinat de regularitate mot⁹ eius

### Sciendum est secundo. q̄ illi

qui ponunt differentiaz inter motūz vniformes et regularem. qz vniformitas motus sumitur per partes mobilis quando. s. oēs partes mobilis equali velocitate mouentur. et sic dicitur q̄ nihil sphericū corp⁹ potest moueri vniformiter licet moueat circulariter. sed corpus recte motūz moueri potest vniformiter. Sed regularis motus attenditur penes partes mot⁹. quā sez est equalis velocitas motus in toto et pte. Et sic dicitur q̄ corpus sphericū potest moueri regulariter motu circulari. Sed nullo modo motus rect⁹ potest esse regularis. qz cū motus rectus est naturalis velocior est in fine q̄ in principio. et violentus eōtra est. Sicut alias dicebatur i p̄b̄is. nec hic necibi p̄b̄s facit mentionem de ista differentia. s. vocat motū regularem. cuius nō intendit nec remittit



## De Celo et mundo.

tur velocitas in aliqua parte sui sed semper est eque velox.

**Sciendum est tertio:**  $\varphi$  In proposito est sermo de motu primi celi maxime qui dicitur diurnus et non est nisi vnus in tali primo mobili. quod philosophus intelligit per celum stellatum in quo sunt stelle fixe. quia tempore philosophi non erat computus illud celum. scilicet firmamentum mouetur pluribus motibus. quare neque dicebat neque apparebat aliud celum esse supra ipsum. vel forte philosophus dixit firmamentum primum celum propter insensibilitatem superiorum orbium. quia celum stellatum est primum sensibile. intelligit autem de motu primi mobilis cum querit utrum motus celi sit regularis quia omnes inferiores orbis mouentur motu primi celi scilicet motu raptus.

**Conclusio Responsiua Ad** questum. Motus primi mobilis est regularis probatur. quia si esset irregularis in eo esset intensio velocitatis et virtus. id est status intensiois velocitatis et remissio. id est diminutio velocitatis. hec enim tria conueniunt motibus irregularibus. sed omnis intensio vel accidit in principio motus sicut in motu violento. vel in fine sicut in motu regulari recto. vel in medio sicut in motu proiectorum. sed in motu primi celi non possunt assignari principium medium neque finis neque secundum durationem cum motus sit sempiternus. neque secundum magnitudinem; mobilis cum celus sit circularis figure non habentis principium medium et finem distincta. ergo non est irregularis. Et si queratur quid intelligit philosophus per motum proiectorum. Respondet Simplicius quod intelligit motum animalium qui non est simpliciter sursum neque deorsum sed ad latus. et est in medio maxime intensus quia organa motus in principio non sunt bene disposita neque excitata ad motum. et in fine sunt lassata. Vel dicendum est quod per proiecta intelliguntur ea que percussa mouentur ad latus. ut sagitta vel lotius mouetur in medio et in principio vel fine. quia in fine virtus deficit. licet in principio maxima sit intensio tamen in medio est maior extensio. Secunda ratio. Si motus primi celi esset irregularis. vel esset ex parte mobilis vel motoris vel ex parte vtriusque simul. non ex parte mobilis quia ipsum est omnino intransmutabile et incorruptibile et per consequens semper in eadem dispositione ad obediendum motori. et cum mouens semper sit prius mobili. sequitur quod motor primi celi erit omnino inuariabilis et sic semper equaliter mouebit. Tertia ratio. Si celum irregulariter moueretur vel hoc esset verum de toto celo vel de partibus eius. non de partibus eius. quia tunc videremus astra variata in elongatione et propinquitate ad inuicem quod falsum est. nec

potest dici de toto celo. quia tunc remitteretur motus eius. sed omnis remissio fit propter impotentiam et defectum virtutis. omnis autem defectus et impotentia est preter naturam vel senium et decrementum conueniunt animali preter naturam. quia animal est mixtum ex elementis quorum nullum in animali existens est in loco naturali. et quia id quod est preter naturam non potest semper esse in istis inferioribus. ideo tandem dissoluuntur elementa et corrumpitur animal. sed ipsum celum est corpus simplex et non mixtum ex elementis. neque habens in se aliquid contrarietatis. et est semper in suo naturali et proprio loco ex eo quod in ipso celo non potest esse aliqua contrarietas neque defectus et per consequens neque in motu eius est remissio. Quarta ratio. Si motus primi celi esset irregularis vel semper intenderetur vel semper remitteretur vel pro medietate temporis finiti remitteretur et pro alia parte temporis intenderetur. vel vicissim et pluries intenderetur et remitteretur. non potest dici quod semper intendatur et remittatur. quia motus celi esset indeterminatus. quia non esset determinatus terminus sue velocitatis aut tarditatis. hoc autem est impossibile. quia ut alias probatum est omnis motus finitus est. nec potest dici secundum. quia medietas temporis infiniti infinita est. et sic in tempore infinito duraret aut iam durasset remissio celi que tamen remissio accidit per impotentiam que est preter naturam vel iam dictum est. et sic aliquid preternaturalis sic durasset tempore infinito aut duraret in futuro quod est impossibile. quia id quod est preter naturam vel in paucioribus est. Item irrationabile est dicere quod tempus eius quod est preter naturam sit equale tempori eius quod est secundum naturam. ergo irrationabile est dicere quod tempus in potentie sit equale tempori potentie et per omnes quod tempus remissionis sit equale tempori intensiois. et ita non potest dici quod in vna medietate temporis infiniti intendatur. et pro alia remittatur. Nec potest dici tertium. quia de hoc non potest assignari causa. cur in vno tempore plus intendatur et remittatur et in alio. et ita sic dicere est simile fictioni. Item si vicissim intenderetur et remitteretur hoc deberet nobis apparere. quia contraria iuxta se posita magis nobis apparent et sunt sensibiliora. et tamen hoc non apparet. ergo etc. Patet ergo quod motus primi celi est regularis. et ex eisdem rationibus posset hoc probari de motibus inferioribus suo modo quibus philosophus applicet suas rationes ad motum primum.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primam patet solutio. Nam illud non habet veritatem. quia in vno corpore vna pars fortius maliter dicta non mouetur velocius in vno tempore et in alio. Ad secundam dicitur quod quibus vnus planeta habeat illos motus quilibet

## Libet Secundus.

tamen est regularis suo modo et ideo non tollit regularitas propter pluralitatem motuum. unde planeta in eodem situ collocatus semper mouetur vno modo licet in vno situ moueatur aliter et in alio. puta in auge mouetur velocius et in opposito augis. et directus citius mouetur et retro gradus etc. Sequitur in textu.

### Queritur decimo. Utrum

Astra sint de natura ignis. Arguitur quod sic nam omne quod fit sit a sibi simili. sed calor et lumen in istis inferioribus sunt et causantur ab aëre. ergo astra sunt calida et luminosa. sed omne calidum et luminosum sunt de natura ignis. ergo astra sunt de natura ignis. In oppositum est philosophus in primo capitulo secundi tractatus huius libri. Pro responsione.

### Sciendum est primo quod post

et philosophus determinauit in tractatu precedenti de celo de sempiternitate celi et motus eiusdem. et distinctionem partium situalem de causis motus secundum regularitatem et generaliter de omnibus pertinentibus ad totum celum secundum eius totalitatem. Et sequenter in hoc secundo tractatu determinat de nobilissimis partibus celi que sunt astra. et de omnibus accidentibus ipsorum astrorum. ostendendo que sit natura astrorum. qui sit motus astrorum. et qualis ordo. et cuius figure sint. Et primo determinat de natura astrorum. et de hoc videbitur in ista questione. et de aliis in sequentibus. Pro quo.

### Sciendum est secundo. quod Ali

qui propter rationem factam ante oppositum dixerunt astra esse de natura ignis. sed decepti sunt nescientes distinguere inter generans. vniuersum et equiuocum. non enim oportet quod omne quod fit per se fiat a causa sibi simili in natura et secundum speciem. sed hoc solum habet veritatem quando generans est vniuersum. sed a generante vniuersali equiuoco bene fit aliquid per se absque quod factum attingat formam generantis secundum eandem rationem speciei secundum quod est in generante. Et sic ex motu orbis et astrorum et etiam lumine eorum tanquam ab agentibus equiuocas generat calor in istis inferioribus absque quod astra formaliter sint calida licet sint virtualiter.

### Sciendum est tertio quod

Motus localis de per se est calefactiuus in materia susceptibili. quod sic deducitur in textu per sagittas moras. que cum sunt plumbee et frusta ad aliquam partem sui ex vehementia motus calefiunt et quandoque liquefaciunt plumbeus propter ca-

lorem. si ergo ipse sagitte sic ignis et motu. necesse est quod multo magis aer qui est in circuitu sagittarum ignis. Nec est intelligendum quod calefactio sagittarum sit causa calefactionis sicut Simplicius intelligit. Sed intelligendum est quod calefactio aeris per motum sit causa calefactionis sagittarum ut exposuit Alexander. Philosophus enim vult per locum a minori quod si sagitte calefiunt necesse est quod aer circumdans calefiat. et sic ex motu astrorum et lumine causatur calor in istis inferioribus.

Nec vult propter hoc quod si sagitte calefiunt per motum earum quod stelle calefiunt per motum earum cum vnaquodque stellarum feratur non per aerem sed in propria sphaera. ideo ille stelle non igniuntur nec calerunt. quia sunt longe ab aere qui ignitur per motum etiam quia non sunt susceptive peregrine impressionis. sed aer qui stat sub sphaera corporum corruptibilium necessario calefit per motum sphaere celestis quia nequaquam mouetur ignis ad motum celi. sed etiam aer vult quod ad illum aerem qui infra montes continetur ut patet ex motu comete. ut habet primo methex.

Nec propter hoc sequitur quod orbis interiores etiam calefiunt. quia non sunt susceptivi caloris sicut nec ipse planeta. Et si quis diceret quod aer sepe equaliter distans terra et continue mouetur quare non semper est idem calor in vere: yeme et in estate. et de die et de nocte. Respondet philosophus in octavo physico quod causatur maxime calor per motum sphaere cui insigitur sol. et ideo generatur calor per propinquitatem solis ad nos. Et hoc dupliciter vno modo secundum quod per suum ortum ascendit ad nostrum emispherium. et ideo vniuersaliter est maior calor de die quam de nocte. Alio modo quando accedit ad chentem caput nostri per proprium motum sub obliquo circulo. et ideo est maior in estate quam in yeme et in meridie quam de mane. Et sic patet quod planetae causant lumen vniuerso in istis inferioribus sed non calorem. Sed tunc quereretur aliquis unde habet motus localis quod sit calefactiuus. Ad hoc respondet Sanctus Thomas. quod videtur octavo physico. motus localis est primus omnium motuum. in quolibet autem genere id quod est primum est causa omnium motuum que sunt post in eodem genere. ut dicitur secundo methaphysice. Unde motus localis est causa quia est primus inter omnes alios motus. et precipue calefactionis. nam omnis calefactio fit inter qualitates primas vel in secundis mediantibus primis. inter quas qualitates primas sunt due actiue. scilicet calidum et frigidum. ut habet quarto methaphysice. et hee qualitates actiue sunt priores passivis. scilicet humido et sicco. Inter autem qualitates actiue calidum est prius frigidum sic forma priuatiua. ideo calidum ex virtute sua habet quod sit calefactiuum et generatiuum caloris et non alterius primo. et in propinquo corpore. licet alie qualita-

## De Celo et mundo.

tes prime causentur a qualitatibus celestibus suo modo. Sic ergo causatur in istis inferioribus a motu astroꝝ et lumine eorū. et alie qualitates ab aliis influentibus. Quibus notatis sit.

**Conclusio responsiva. Astra** sunt de natura orbium suorum et non de natura ignis. Prima pars patet. quia pars est eiusdem nature cum suo toto. sed astra sunt partes orbium in quibus sunt. dicit enim p̄metator quod stella est densior pars sui orbis. Probatur ratione tertius. vnumquodque est eiusdem nature cum illo in quo est. sed astra sunt in suis orbibus et in ipso mouentur et non sunt in igne. ergo sunt de natura suorum orbium et non de natura ignis. Secunda pars probatur. quia celum est alterius nature ab elementis cum moueatur circulariter. et elementa mouentur recte. sed astra mouentur circulariter ut patet ad sensum. et etiam naturaliter quia semper mouentur tali motu. ergo astra non sunt de natura alicuius elementi. Item aliqui antiqui dixerunt astra esse de natura ignis quia credebant celum esse de natura ignis. quia ut dictus est vnumquodque est de natura eius in quo est. cum igitur celum sit alterius nature ab elementis ut prius probatum est. sequitur quod astra sunt alterius nature ab elementis.

Sed forte instaret aliquis contra primam partem conclusionis. quia astra videntur contrariari suis orbibus in quibus sunt. quia astra sunt densa et luminosa quod non conuenit aliis partibus suorum orbium. ergo videtur quod non sint de natura sui orbis. quia celum est deuidatum ab omni contrarietate. Respondetur quod licet omnis diuersitas habeat rationem contrarietatis. Ad hoc tamen quod aliqua diuersa dicantur contraria duo requiruntur ut vult Sanctus Thomas. Primo quod ea que dicuntur diuersa possunt esse in eodem subiecto propinquo vel remoto. Quis enim ignis non possit esse frigidus. natura tamen ignis potest suscipere frigiditatem. Secundo requiritur quod illa diuersa que sunt graua non possunt simul esse. constat igitur quod in celo neque prius subiecti neque propinquo in quo est densitas potest fieri rarum nec e contra. astrum etiam non potest fieri alia pars neque e contra. raritas ergo et densitas in celo non contrariantur. quia in eis deficit prima conditio quibus in istis inferioribus contrariantur.

Aduertendum tamen cum Sancto Thoma quod rarius et densum contrario modo se habent in istis inferioribus et superioribus. quia hec inferiora sunt passiva et superiora celestia sunt actiua. ideo contrario modo accidit in istis elementis et corporibus superioribus. nam corpora inferiora tanto magis congregantur et spissantur quanto sunt magis materialia et passiva et minus habentia de luce. sicut terra que dominatur in corporibus mixtis. sed in celestibus quanto est maior congregatio productiua

spissatione tanto magis multiplicat luminositas et virtus actiua. sicut patet in corporibus planetarum. Et sic talis diuersitas apparet in celestibus non habet rationem vere contrarietatis. nec propter hoc sequitur talia corpora celestia esse corruptibilia nos enim videmus quod quibus album et nigrum contrariantur in rebus. tamen non contrariantur in intellectu. Si ergo rarius et densum contrariantur in inferioribus. non sequitur propter hoc quod contrariantur in superioribus. Sed istis obiceret forte aliquis quod si astra sit eiusdem nature cum suo orbe et sit diuersum a suo orbe. videtur quod celum non est omnino simplex. Dicit ad hoc Sanctus Thomas quod corpora celestia intantum dicuntur simplicia quod non componuntur ex contrariis. est tamen in eis diuersitas secundum naturam speciei licet conueniant secundum naturam generis. sicut conueniunt in eadem ratione motus licet differant in speciali ratione. quia omnia circulariter mouentur non tamen eodem motu speciali. Verum etiam celum patitur diuersitatem in suis partibus quod ad qualitates. nec illud tollit eius simplicitatem materie. quia semper materia eius manet simplex non resoluibilis in plures materias. neque habet priuationem alicuius forme.

### Ad rationes ante oppositas

Patet solutio ex dictis. dictum est tamen quod calor in istis inferioribus causatur a lumine et motu tanquam a causis equiuocis. Sequitur in textu

### Queritur vndecimo. Utrum

Omnia astra alia a sole et omnis planeta lumen suum recipiat a sole. Arguitur quod non. quia si ita esset sequeretur quod omne aliud astrum a sole partem et successiue illuminaret sicut et ipsa luna. Quis est contra experientiam. ergo illud ex quo sequitur est falsum. 2<sup>o</sup> sic. in ordine corporum vniuersi superiora sunt digniora. ergo superiora corpora non recipiunt lumen suum ab inferioribus sed multa astra sunt sole superiora. ergo non recipiunt suum lumen a sole. Quis tenet. quia dignius nichil potest suscipere ab indigniori. In oppositum est probatum in hoc primo capitulo huius secundi tractatus et omnes expositores eiusdem dicentes omnia astra accipere lumen suum ab ipso sole.

Pro responsione.

**Sciendum est primo quod ad** hoc quod aliquod corpus luceat oportet quod habeat in se lumen compactum et sit etiam corpus densum et unitum. et propter hoc aer qui est bene rarus non lucet propter eius raritatem. Quis recipiat lumen suum a sole. Et etiam partes aliorum orbium alie a stellis et planetis non lucet. quia tales partes sunt rare et non unite nec compacte inter se. Et si

115

quis diceret q̄ tempore sereno aliquid aliud ab astris i celo percipimus visu. Dicit q̄ illud qd sic percipimus non est celum neq; aliqua pars celi sed est aer. qui propter suam magnitudinem visum nostrū quodammodo terminat habēs in se lumen solis ⁊ aliorū astrorum. ⁊ propter eius nimiam distantiam a nobis iudicamus illam partē que terminat visum nostrum continuari astris. et decipimur. q̄ visus noster propter sui debilitatem ⁊ impotentiam non potest de vltionē pte sine p̄p̄inquoī astris iudicare.

**Sciendū ē secundo. q̄ Sol** inter cetera alia ⁊ planetas debet esse maxime lucidus primo propter eius magnitudinem. iō maius habet lumen. q̄ crescente magnitudine crescit virtus. 2<sup>o</sup> mō propter spissitudines ⁊ densitatem. ideo habet lumen multum intensum et vnitum. 3<sup>o</sup> propter eius actiuitatem. ideo lumen suum est maxime actiuus ⁊ penetratiuum. alterando ⁊ transmutādo hec inferiora. 4<sup>o</sup> est maxime lucidus ex propria sua natura. Dominus enim habet supra ignem qui ē maxime calidus. ideo oportet q̄ sol habens domiū supra ignem sit maxime lucidus eo q̄ lumen est causa caloris ⁊ per om̄s lumen solis vt docet experientia. Celum vero stellatum habet dominiū super terram. luna supra aquā. ⁊ alii planete super aerem ⁊ super aerea.

**Conclusio Responsiua ad** quesitum. Omne astrum siue planete alii a sole lumē suū recipiūt ab ipso sole. Quia quādo aliquid inuenitur in plurib<sup>9</sup> necesse est q̄ illud vni eorū per se ⁊ primo insit. sed lux siue lumen inuenitur in plurib<sup>9</sup>. ergo necesse est q̄ vni eorū primo ⁊ per se insit. Illud autē est sol. quod patet per expo. itionez nomis. q̄ sol dicitur quasi solus lucens. Patet secundo q̄ illud quod i ordine plurium est magis tale primo ⁊ per se est tale. sed sol inter alia alia est magis lucidus propter causas dictas. ergo sol primo ⁊ per se est lucidus. Tunc possz sic argui ad conclusionē primū in vnoquoq; genere est causa omnium que sunt illius generis. sed in genere lucidorum sol est primus. ergo est causa lucis in omnib<sup>9</sup> lucidis aliis a se. ⁊ per om̄s omnia alia alia suscipiunt lumen suū a sole. Item sicut est in minori mundo. ita rationabile est extimare esse in maiori mundo. sed in minori mundo qui dicit homo. eo q̄ homo quodammodo dicitur oīa. cor quod ponitur in medio corporis est primū ⁊ fōtale principiu a quo virtus diffunditur in omnibus aliis partib<sup>9</sup> corporis. ergo a simili sol qui est in medio planetarū est primū ⁊ fontale principium luminis a quo diffunditur lumen in omnibus aliis astris. ideo 2<sup>o</sup> vera. Et si quis

querat quomō differunt astrū ⁊ planeta. Dicit q̄ si proprie capiat astrū dicitur fixus in suo orbe. s. in celo stellato. Et dicitur fixus q̄ p̄ter motum orbis non habet aliū motum. Sed planeta dicitur qui existens in aliis orbibus h; motū propriū in suo deferente. ⁊ ideo dicitur errans. eius ⁊ mouetur sub zodiaco. In presenti tñ qd̄ne est sermo tam de planetis q̄ de astris.

**Dubitatur primo. Utrum**

In omnibus aliis astris sicut planetis lumē sit eiusdem virtutis. Videtur q̄ sic. q̄ procedit ab eodem principio ⁊ fonte. g<sup>o</sup> ⁊ d. R̄ndetur q̄ lux siue lumē potest dupliciter cōsiderari. Uno<sup>o</sup> secundū se ⁊ absolute. ⁊ sic quū est de se est causa caloris vt dictū est. Alio<sup>o</sup> secundū esse quod habet in recipiente. ⁊ secundū hoc contrahit diuersas virtutes secundū diuersas naturas astrorū ⁊ planetarū ex aquib<sup>9</sup> recipitur. ⁊ inde ē quedā alia sūt frige factiua. quedam hūmefactiua. quedam calefactiua. ⁊ quedam desiccatiua. quia vniūquodq; receptū est in recipiente secundū modū recipientis ⁊ non recipit. ideo licet lumen secundū se ⁊ in se sit calefactiuum ⁊ vnituum. non propter hoc sequitur q̄ in aliis. Et posset dari simile exemplum de calore qui ex propria vi ⁊ natura habet incinerare ⁊ alia in naturam ignis cōuertere ⁊ tamen secundū q̄ est instrumentum potentie vegetatiue habet nutrimentum in substantiam nutriri cōuertere. vni ficare. ⁊ vegetare. ideo vnaqueq; qualitas agit vt instrumentum quodammodo motum a forma substantiali que est quodammodo ratio essendi.

**Dubitatur secundo. Utrum**

Omnia alia alia a sole siue planete equaliter luceant. Dicitur breuiter q̄ non. ⁊ hoc patet ex diuersitate naturarū ipsoz planetarū ⁊ astrorū. Quedam enim sunt pure ⁊ nobilissime substantie. ideo suscipiunt lumen suū clarum ita q̄ in eis nichil obscurat relinquitur sicut in Jove. In aliis vero lumen tendit in rubedines sicut in Marte. i quibusdam vero declinat lumē ad pallorem sicut in Venere. In aliis lumen declinat ad albedinem sicut in galacia. ⁊ ita lumen in aliis astris recipitur a sole diuersimode ⁊ secundū diuersas dispositiones. De istis autem alias latius videbitur.

**Ad rationes ante oppositūz**

Ad primam negatur consequentia. quia luna inter omnia alia alia est corpus material<sup>9</sup> ⁊ densius ⁊ impenetrabilius ⁊ ideo minus dispositus ad receptionem luminis. ideo recipitur solum lumen ex vna parte. s. ex illa parte qua opponitur soli. sed cetera alia siue planete ad illuminatio

maior mundus ⁊ minor.

## De Celo et mundo.

nam unius partis illuminatur totaliter p[er] totum corpus lumen ipsius solis diffunditur. Recipiunt enim solis lumen in profundo propter transparentiam corporum ipsorum. quare &c.

Ad secundam dicitur q[uod] natura sagax hoc e[st] ordinata a sagacissimo principe ordinavit soles qui est principium luminis esse in medio ut patet v[er]itate istis inferioribus. Nam si sol magis distaret a nobis per situationem in superioribus orbibus. videntia non possent vivere propter nimiam frigiditatem. et si esset propinquior nobis nimis calefieret. Et ita sapientia primi opificis cuius non est nisi pulcrum facere. quoniam ab ipso omnis invidia relegata est. sagaciter solem ordinavit in medio ut equaliter diffundatur virtus eius in alios partibus. Posset tamen dici probabiliter q[uod] cum commississet lumen superioribus corporibus et astris. aliquid tamen nobile recepit ab ipsis nobis innotatum nomine specialiter. nec illud est inconueniens. ideo convenientissimum est q[uod] corpora vniuersa ad se inuicem recipiant. Sequitur in textu.

Quoniam autem videntur et astra translata ad totum celum.

### Queritur Duodecimo. Utruz

Astra moueantur motu proprio distincto a motu suorum orbium.

Arguitur q[uod] sic. quia astra sunt corpora distincta a suis orbibus. ergo habent motum proprium alium a motu suorum orbium. Quia tenet q[uod] omne corpus mobile mouetur naturaliter aliquo proprio motu. ergo.

Secundo arguitur. astra sunt spherice figure sed figura spherica est aptissima ad motum. ergo astra nata sunt moueri aliquo motu proprio.

Tertio sic. luna circumgiratur in suo epicyclo. ergo mouetur motu proprio alio a suo orbe et ita erit de aliis ergo &c. Sol etiam videtur circumgirare in suo ortu et occasu. stelle fixe videntur etiam sintillare. ergo &c. In oppositum est philosophus in 2o cap. b[er]o secundi tractat[us].

### Sciendum est primo q[uod] post

q[uod] philosophus determinauit de natura astrorum ostendendo qualis sit natura ipsorum. Quia determinat de motu eorundem. dependente a sua natura prima

### Conclusio Responsiua. Ad

questum. Astra circa arem mundi non mouentur motu proprio ab oriente in occidentem. sed solum mouentur ad motum orbium in quibus sunt. Probatur conclusio tribus rationibus tertus. Prima est. Vel astra et orbis quiescunt vel simul mouentur ambo motibus diuersis. vel astrum mouetur et

orbis quiescit. vel orbis mouetur et astra quiescit sic q[uod] non mouetur motu proprio. Non potest dici q[uod] ambo quiescant. quia cum terra semper quiescat ut postea probabitur. non posset assignari ratio diuersitatis que apparet in ortu et occasu astrorum. et in accessu et recessu planetarum. Nec potest dici q[uod] ambo moueantur motibus diuersis. quia cum videamus astrum et orbem in quo est simul complere suas circulationes. vel hoc est naturaliter vel a casu. non naturaliter. quia motu naturali maiora corpora velocius mouentur minoribus. ut maior terra minori terra. et etiam in celestibus quo ad motum diurnum maior orbis velocius mouetur minori. et in eodem orbe maiores circuli magis scilicet distantes a polis velocius mouentur minoribus qui sunt propinquiores ipsis polis. ergo non potest esse q[uod] astra adequentur in velocitate suis orbibus. Item si transferantur ita q[uod] illa que sunt in maioribus circulis hoc est in distantioribus a polis ponerentur in minoribus et contra. Si velocitates astrorum adequarentur velocitatibus circulorum tunc astra minorum circulorum velocius mouebuntur q[uam] prius mouebantur. et per consequens in suis circulis propriis non haberent motus naturales determinatos. Nec potest dici q[uod] hoc contingat a casu. quia illa que sunt a casu raro et ut in paucioribus tenentur. Sed ut in pluribus videmus q[uod] astra simul complent suos motus cum suis orbibus ergo et cetera.

Item cum celum sit incorruptibile nichil ibi potest esse preter naturam. neq[ue] a casu. ut dicitur secundo philosophorum. Nec potest dici tertium membrum scilicet q[uod] astrum moueatur et orbis quiescat. quia si astra deferrentur de minori circulo in maiorem et contra oporteret q[uod] variantur suas velocitates. ergo ex propria natura non haberent determinatas velocitates. Item si astrum moueretur et orbis quiesceret. astrum disrumperet substantiam orbis diuidendo orbem si moueretur contra suum orbem. vel diuelleret substantiam orbis contigui si moueretur in superficie sui orbis. vel oporteret q[uod] orbis non essent contigui. et q[uod] inter eos esset aliquod passibile quod frangeretur ab astro sic moto. Dec autem omnia sunt impossibilia. quia prius ostensum est q[uod] totum celum est impassibile. Responsum est q[uod] quartum membrum verum scilicet q[uod] orbis moueatur. et astrum infirmo suo orbi quiescat. sic q[uod] non mouetur alio motu sui orbis. ideo dicitur quiescere quia non mouetur.

Tertia ratio principalis ad conclusionem est ista. cum astra sint de natura suorum orbium oportebit astra esse spherica in figura. Sed corpora spherica nullo modo possunt esse duo motu

Astra suis motibus non causant sonos armoniarum de q[uo] supra in q[uo] sequenti

and[em] Fig[ur]a spherica est ad motu[m] p[ro]gressiu[m] inepta.

## Liber Secundus:

proprii scilicet circungirationis et uolutionis. Si ergo astra mouerentur motu proprio. oportet quod altero istorum motuum mouerentur. Sed neutro modo possunt moueri. quod patet per de circungiratione. quia si corpus motu motu circungiratois mutat locum subiecto et rōe sicut partes. tamen totum corpus non mutat locum subiecto. quia axes et poli corporum sic moti sunt immobiles. sicut quolibet astrum mutat locum ratione et subiecto cum moueatur ab oriente in occidentem et contra. ergo nullum astrum mouetur motu circungiratois. Item nullus alius uidetur circungirare nisi sol in ortu et occasu. et tamen secundum veritatem non circungirat. sicut patet nimiam eius distantiam a nostro visu et propter nimiam eius claritatem ut visus noster non possit habere certum iudicium de sole. nam visus noster videndo solem tremet. ideo videndo solem iudicat ipsum moueri motu circungiratois. quia nihil prohibet rem visibiles moueri vel visum ad hoc quod iudicet res moueri per visum. Et propter istam causam iudicamus stellas fixas sintillare. propter nimiam distantiam a nobis. Sed quia planete sunt propinquiores a nobis quam ipse stelle. ideo nos non iudicamus ipsos sintillare. dempto tamen mercurio. sicut habet et propter nimiam paruitatem. Sic ergo patet quod astra non circungirant et precipue circa medium mundi. Nec mouentur motu uolutionis. quia quod sic mouetur: mouetur de facie in faciem. sed cuiuslibet astra eadem facies semper manet versus nos sicut patet de macula lune. Dicunt tamen aliqui quod inter lunam et visum nostrum sunt quedam corpora que prohibent nos videre totam claritatem lune. Alii dicunt quod luna est sicut quoddam speculum et in ea reperiuntur similitudines corporum inferorum grossiorum opaciorum. puta terre maris et ceterorum corporum. et similitudines ipsorum corporum recepte in luna faciunt apparentiam macule lune. Licet ille opinionem facilius improbarent per hoc quod in quacumque parte celi sit luna semper apparat in ea similis diuersitas et sicut eandem dispositionem. quod non posset esse si macula lune fieret ex aliquo trium partium modorum. Ideo videtur esse dicendum cum Sancto Thoma quod illa macula siue obscuritas est in luna propter diuersam dispositionem. Lumen per se grossum et subtile. ideo diuersimode in diuersis partibus recipit lumen a sole. et magis illuminatur in quibusdam partibus quam in aliis. Et si querat quare illa diuersitas est in luna et non in aliis astris. Respondet quidam philosophus nomine Jamblicus quod effectus continentur in suis causis. et quanto forme sunt magis superiores. tanto magis unite continentur in ipsis. et quanto cause sunt inferiores tanto forme continentur in ipsis magis disperse. corpora autem celestia sunt cause corporum inferiorum. et inter corpora celestia luna est inferior et ideo secundum eius superficiem inferiores con-

tinentur quasi exteriorum diuersitatis corporum generabilium et corruptibilium. Alii dicunt quod tamen in idem redit. quod quia luna inter corpora celestia est corpus infimum. ideo est corpus materialius. et habet quandam proportionem cum terra que inter corpora generabilia tenet locum infimum. et ideo sicut terra est tota obscura et illa corpora participant aliquid luminis vel perspicuitatis. ita luna habet aliquid perspicuitatis et aliquid opacitatis. sed illa corpora superiora sunt tota luminosa et perspicua.

Solet etiam queri de figura huius macule apparentis in luna. Ad hoc respondetur communiter quod est figura hominis. ideo philosophus vocat eam faciem cum dicit. Semper eadem facies lune versus nos. Sed dominus Albertus eam ymaginatur quod in superiori parte lune est quidam leo habens caput versus occidentem et caudam versus orientem factam ad modum folii habentis figuram trium proportionum circuli. Et super tergum leonis erigitur quedam arbor que a stipite curuatur versus occidentem. in qua curuatura apparet homo sedens. De illo.

Tertia et principalis ratio ad conclusionem est. si astra mouerentur motu proprio cum non mouerentur motu circungiratois vel uolutionis. oportet quod mouerentur progressive per suum orbem. sed hoc est impossibile. ergo et cetera.

Quoniam patet. quia astra nulla organa habent apta ad motum progressiuum. ideoque videtur irrationabile quod natura prouideret animalibus de organis aptis ad motum progressiuum et desuperisset corpora celestia digniora et magis preclara non prouidendo de organis ergo etc.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur. ut alias dicebatur quod astra sunt de natura suorum orbium. et non differunt a suis orbibus substantia. sed solum differunt accidentali. Ideo non oportet quod habeant motum localem alium a motu suorum orbium circa axem mundi. possunt tamen habere alios quos motus particulares et partiales in suis deferentibus ut alias dictum est. Similiter dicitur ad aliam quod astra non sunt corpora distincta secundum quantitatem a suis orbibus.

Ad tertiam concedatur quod luna circungirat in suo epicyclo circa centrum epicycli. Nec vult hoc philosophus improbare. sed improbat lunam habere motum proprium circa centrum mundi ab oriente in occidentem et e contra. De illo autem quod dicitur quod sol circungirat. dicitur quod sol vere non circungirat. sed videtur circungirare propter causam dictam.

Similiter stelle fixe videntur sintillare propter eandem causam.

## De Celo et mundo.

Sequitur in textu. Manifestum est ex  
his quoniam et dicere etc.

### Queritur Tredecimo

Utrum astra et orbis quibus insunt  
sonos armonicos. Arguitur primo quod causent so-  
nos. Quia corpora apud nos mota quando sunt  
quantitate magna et velociter mota et plurima mul-  
titudine causant sonos. sed corpora celestia sunt quan-  
titate maxima et velocitate mota et multitudine  
plurima. ergo causant sonos. Deinde probatur quod  
causent armonicos supponendo primum quod velocitas  
in motu facit sonus acutus et tarditas sonus gra-  
ues. Supponit 2<sup>o</sup> quod armonia siue consonan-  
tia in sonis causatur ex proportione numerali detra-  
cti acuti et grauis. Illis suppositis sic arguitur. Cor-  
pora celestia in motibus habent velocitatem et tardita-  
tem. sic quod quedam mouentur tardi<sup>o</sup> et quedam veloci<sup>o</sup>  
secundum debitas et determinatas proportiones nu-  
merales. ergo soni causati a motu eorum habent propor-  
tiones in acuto et graui. et per consequens sunt armonici  
sine consonantia habentes. In oppositum est. p. in  
3<sup>o</sup> capitulo huius secundi tractatus.

### Sciendum est primo. quod post

et philosophus detrauit de motu astro-  
rum. contra detrauit de  
sono eorum 3<sup>o</sup> opinionem antiquorum. quod ut habet  
2<sup>o</sup> de anima. sonus est effectus motus localis.

### Sciendum est Secundo. quod

Pictagorici dixerunt astra et orbis quibus insunt  
guntur suis motibus causare sonos armonicos  
multum delectabiles et delectatores et quicumque  
soni sunt hic inferuntur facti. Et mouebantur propter ratio-  
nem factam ante oppositum. Et cum quis obiecit de  
tra eos cum 3<sup>o</sup> eos tales soni sunt maximi. nos de-  
beremus audire eos cum audiamus et minores et tamen  
non audimus. ergo non sunt ponendi tales soni. Rursus de-  
bant illi Pictagorici quod non percipimus tales sonos  
nos propter consuetudinem. quia tales soni sunt nobis  
consueti eo quod consunt nobis a natiuitate et sine  
intermissione silentii. ideo dicebant quod non poteramus  
tales sonos percipere. Et ad hoc adducunt simile  
de malleatoribus et ferris. qui propter consuetudinem  
neque audiendi sonos eorum malleorum non percipiunt  
humani sonos nec seiplos iudicant audire tales sonos.  
Sed philosophus hanc impugnando opinionem  
contra eas sic arguit. quod si corpora celestia per suos  
motus causarunt tales sonos maximos non solum  
esset inconueniens quod nos non percipemus tales sonos.  
sed etiam esset inconueniens quod corpora inanimata non  
paterentur ab ipsis talibus sonis. si enim essent ita ma-  
ximam soni sicut dicunt illi Pictagorici destruerent  
omnia corpora inferiora etiam dura sicut lapides.  
Videmus enim quod magni soni sicut soni tonitruorum  
per accidens tamen et ratione corporum moti violentas et

magnas actiones inferunt corporibus inferioribus  
et maxime duris. ita quod findunt lapides. edificia  
destruunt. et ligna diuisunt. Obicit 2<sup>o</sup> con-  
tra simile inductum ab ipsis Pictagoricis. quod si  
malleatores etis non percipiunt sonos suorum mal-  
leorum. ita neque percipiunt minores sonos aliorum  
corporum. ergo si nos non percipiamus motum corpo-  
rum celestium propter consuetudinem audiendi. cum 3<sup>o</sup>  
Pictagoricos tales soni sunt maximi. a fortiori  
non deberemus audire alios minores sonos. Dice-  
bant illi Pictagorici quod Pictagoras alias audi-  
erat istos sonos. tamen cum consuetus fuit eos audire  
si plus percipit. Dicebant etiam quod sicut canes percipi-  
unt multos odores quos homines non possunt per-  
cipere. ita unus homo potest homini sonos percipere  
et non alius. Illud tamen cum non potest stare pro-  
pter iam predicta. propterea hoc ipsum reprobat et  
philosophus. quia sicut intellectus est perceptus  
omnium intelligibilium. ita auditus omnium  
audibilium. ideo si esset aliquis auditus qui non  
esset perceptus cuiuslibet soni. oporteret huius  
modi sonum equivoce dici aut talem auditum  
potest tamen dici quod sensus unius animalis de-  
lectatur in uno sensibili in quo non delectatur  
aliud animal licet percipiat suo modo.

### Conclusio Responsiua

Neque astra neque orbis motibus suis causant  
quoscumque sonos. Probatur. quia ad hoc  
quod aliquod corpus motu suo causet sonum oportet  
ipsum facere plagam. hoc est motu suo diuisi-  
dere et frangere aliquod corpus et natum sit di-  
uidi et frangi. ita quod velocitas motus fuerit  
diuisionem medii. Oportet etiam quod corpus mo-  
tum percussat contra aliud corpus. oportet ergo  
corpus causans sonum moueri per medium diuisi-  
bile. id est dicitur 2<sup>o</sup> de anima. quod sonus fit in aere vel in  
aqua tanquam in proprio susceptiuo. orbis au-  
tem celestes sunt omnino indiuisibiles et impassibi-  
les cum sint incorruptibiles. neque etiam mouen-  
tur per medium diuisibile. Astra etiam non mo-  
uentur nisi motu suorum orbium. et ita non mo-  
uentur per suum orbem tanquam per aliquod  
medium diuisibile quod sit inter duos orbis.  
quia inter duos orbis non est medium. oportet  
enim illud medium esse de natura celi. et tunc  
esset infrangibile. vel de natura elementi tunc  
esset ibi perpetuo violente quod est impossibile.  
ergo neque astra neque orbis motibus suis causant  
quoscumque sonos.

### Ad rationes ante oppositum

Dicitur quod illa tria non sufficiunt ad hoc quod ali-  
qua corpora causent sonos. Sed cum habet requiritur quod mo-  
ueantur per medium frangibile. quod non dicitur orbibus  
neque astris. quia astra mouentur ad motum orbis  
sicut clauus ad motum rote. modo quoniam aliquod

corp<sup>o</sup> mouet ad motu<sup>o</sup> alteri<sup>o</sup> non facit sonum sicut nauis mota ad motu<sup>o</sup> fluuii nō facit sonu<sup>o</sup> in fluuiio. nisi forte faciat in aere q̄tū ad partem exsistentes in aere. Et sic p̄ q̄ nō causant armoniam qz armonia presupponit sonu<sup>o</sup>. r̄. Sequitur in textu. De ordine autem ipsorū r̄.

**Queritur quarto. Utrum**

Orbes superiores sup̄remo celo p̄p̄inquoiores veloci<sup>o</sup> moueant motu diurno & inferiores & distantiores. & ipsi inferiores veloci<sup>o</sup> moueant motu proprio qui est ab occidentē in orientem. Arguit primo q̄ nō quo ad primā partē. qz omnes orb̄es motu diurno in equali tempore cōplent suos circulos. g<sup>o</sup> motu diurno in equali velocitate mouent. Arguit. 2<sup>o</sup> p̄tra secundā partē. qz vt habz p̄b̄s in. 2<sup>o</sup> cap<sup>o</sup> hui<sup>o</sup> tractat<sup>o</sup>. quāto aliquod corp<sup>o</sup> maius est tanto velocius mouet motu proprio. sed orb̄es p̄p̄inquoiores sunt maiores qz magis distant a centro. g<sup>o</sup> debent velocius moueri motib<sup>o</sup> p̄p̄riis & distantiores. In oppo<sup>o</sup> ē. p. quo ad vtrāqz partē in quarto cap<sup>o</sup> huius tractat<sup>o</sup>. Pro responsione.

**Sciendum est primo q̄ post** q̄ p̄b̄s determinauit de natura & motu astrorū et stellarū. hic determinat de ordine & situ earū. & maxime de situ planetarū. qz de stellis fixis est manifestū q̄ sunt in octaua sphaera situate.

**Sciendum est secundo. q̄ De** ordine & positōe planetarū ad inuicē ostēdēdo. s. qui planete sunt superiores & etiā distantiores & q̄ inferiores & numero eorū dē p̄tinet ad astrologū. nec illa possunt sciri ex p̄ncipis naturalis p̄b̄ie qz oīa q̄ cōsiderat reducit ad motū. s. iquirere quare aliqui planete veloci<sup>o</sup> mouent alius vno motu & alio motu tardi<sup>o</sup> ad naturales p̄tinet. Verūtamē p̄pter doctrine bonitatē de numero & ordine orbū celestium & planetarū aliqua dicent in presenti questōe. Pro quo sit.

**Conclusio prima. propter septem** planetas. necesse ē ponere septē orb̄es distinctas inter se & a celo stellato. Probat qz sensu apparet planetas variari in p̄p̄inquitate & distantia ad inuicē & stellis fixis. & cū alibz sine planeta moueat motu proprio ab occidentē in orientē vt p̄batū est p̄i<sup>o</sup>. sequit<sup>o</sup> q̄ 03 ē septē orb̄es a se inuicem distinctos & ab orb̄e aliarū stellarū.

**Conclusio secunda. omnes** stelle fixe sunt in vno & eodē orb̄e. Probat. qz semper se h̄nt in eadem p̄p̄inquitate & distantia ad inuicē. g<sup>o</sup> sunt in vno & eodē orb̄e. tenet p̄na qz cū orb̄es diuersi n̄ possunt moueri equali velocitate secūdu<sup>o</sup> suos p̄p̄rios circulos eo q̄ superiores sunt maiores oportet q̄ stelle variarent in p̄p̄inquitate & distantia ad inuicē quod nunq̄ visum est. ergo sunt in eodē orb̄e quod dicit

firmamentū & a p̄b̄o ponit<sup>o</sup> celū p̄pter causas assignatas. & sit habent<sup>o</sup> octo orb̄es. s. celum stellatū & septem orb̄es septē planetarū. quorū planetarū numer<sup>o</sup> & ordo habetur in hoc versu.

Post sim sum sup̄ est vltima luna subest. Vn̄ p̄ primaz. s. intelligit saturnus. & per. J. Jupiter. et per. m. mars. per. alia. s. sol. per. v. venus. per. alia. am. m. mercuri<sup>o</sup>. Actoz tñ de sphaera posuit alud celū supra firmamentū. qz vidit ipsum moueri duobus motibus. Sed Ptholome<sup>o</sup> & Algafel & Albumasar quos insectus est Albertus posuerunt supra firmamentū duos alios orb̄es celestes.

Pro cuius p̄b̄atione supponunt celū stellatū moueri tribus motib<sup>o</sup>. s. diurno ab oriente in occidentem quo peragit suūz circulus in 24. horis. & motu accessus & recessus quo perficit. i. gradum in. 80. annis. & renissionis motu ab occidente in orientem super polis zodiaci. & hoc motu perficit in. 100. annis gradū vnūz. Et qz i toto zodiaco siue circulo none sphaere sunt duodecim signa. & quodlibet habet. 30. grad<sup>o</sup>. ideo h<sup>o</sup> motu complet suum circulum in. 30000. annoz.

Supponunt secūdo q̄ vnus corpori simplicis est tantū vn<sup>o</sup> mot<sup>o</sup> simplex secūdu<sup>o</sup> naturā 3<sup>o</sup> supponūt q̄ mot<sup>o</sup> p̄ueniēs alicui p̄ter naturā aut supra naturā necessario p̄uenit alicui p̄p̄riam naturā. 4<sup>o</sup> supponūt q̄ motus p̄ueniēs alicui corpori inferiori secūdu<sup>o</sup> naturā p̄p̄riam nō conuenit corpori superiori p̄ter naturā sed bene e contra. Supponūt. 5<sup>o</sup> q̄ in celestib<sup>o</sup> nichil est violentū aut p̄ter naturā qz sunt in corruptibilia. Ex istis suppositionibus sic argunt.

Firmamentū mouet trib<sup>o</sup> motib<sup>o</sup> vt p̄ p̄ experiētiā. g<sup>o</sup> 03 q̄ duo illoz cōueniāt sibi p̄ter naturā aut contra naturā per secūdas suppositionē sed nō cōueniūt ei p̄tra naturā qz ip̄ sibi cōueniunt. modo nullū violentū est p̄p̄riū. g<sup>o</sup> p̄ueniūt ei supra naturā. g<sup>o</sup> 03 q̄ p̄ueniāt alius duobus orb̄ib<sup>o</sup> s<sup>o</sup> naturāz p̄ terciā suppositionē. & cū nō cōueniāt corpib<sup>o</sup> inferiorib<sup>o</sup> vt p̄ p̄ quartā suppositionē. 03 q̄ superiorib<sup>o</sup> p̄ueniāt. & per p̄is supra celū sūt duo orb̄es. & sic sūt decē orb̄es celestes. & hec opinio p̄ter tenet. Vn̄ p̄im<sup>o</sup> mot<sup>o</sup> s. diurnū est causa vniformitatis & p̄manētis rez in cel<sup>o</sup> mot<sup>o</sup> aut accessus & recessus ē secūda<sup>o</sup> & applicat eē ad materiaz & mot<sup>o</sup> firmamētū tertius est causa diuersitatis rez inferiorū i sp̄eb<sup>o</sup>. motus aut planetarū sūt causa diuersarū p̄plexionū in materia s<sup>o</sup> diuersas naturas ipsorū planetarū. Et sic p̄z aliquāliter de numero & positione & ordine planetarū & orbū celestium.

**Conclusio Responsiua. Ad** q̄sitū. Quanto orb̄es sunt sup̄remo p̄p̄inquoiores tanto motu diurno velocius mouentur & motu proprio tardi<sup>o</sup>. Prima pars patet. qz p̄p̄inquoiores primo celo in equali tempore ad modum p̄mi mobilis describunt maiores circulos. ergo velocius mouentur. Secunda p̄

3. mot<sup>o</sup>  
celi



## De Celo et mundo.

pater quia vt dictum est celum stellatum motu proprio soluz facit vnaz reuolutionē in .36000. annis. saturnus in .30. annis. iupiter in .12. mars in duobus. sol venus mercurius fere consimiliter in vno anno. Luna vero in mense. Causam vero vtriusq; partis consequenter assignat philosophus. quia quāto aliquis orbis est propinquior supremo tanto supremum magis preualz ipsū. et ita quāto velocius mouet illū motu diurno tanto tardius motu proprio. quia motus diurnus est ab oriente in occidentem. motus vero propius planetarum est ab occidente in orientem et quodammodo contrariū primo motui.

Et si quis obiiciat quia secundum philosophum sol immediate ponitur supra lunam. et tamen motu proprio aliquantulus tardius mouetur q̄ venus et mercurius qui sunt superiores. Respondetur q̄ quamuis secundum ordinem situs sol sit inferior q̄ venus et mercurius secundum opinionem philosophi. tamen secundum ordinem perfectionis sol est superior. In hoc tamē communiter non tenetur philosophus. ymo astrologi moderni tenent q̄ sol est supra mercurium et venerem et supra lunam. Nec valet si obiiciatur. quia tunc venus et mercurius deberent eclipsare solem sicut luna. Dicendum non valet. Et causa est quia corpus minus non potest eclipsare maius nisi ad illud tantum quod potest cadere in piramidem vmbrosam corporis minoris. quamuis ergo venus et mercurius quandoq; sint inter aspectum nostrum et solem. quia tamen sunt multo minores planete q̄ luna. ideo vmbra eorum non potest pertingere ad nos. id non eclipsant nobis solem. Et quamuis luna octies octoaginta sit minor sole. tamen quia ē prope nos ideo q̄ vmbra eius attingit ad nos. ideo nobis eclipsat solem. Vel diceretur aliter et forte melius. q̄ venus et mercurius sunt planete transparentes et non grossi sicut luna. ideo non faciunt solem eclipsari impediendo lumen eius ne pertingat ad nos quemadmodum luna. Sed poterit aliquis obiicere contra causam conclusionis assignatam a philosopho. quia et verbis philosophus videtur innuere q̄ a primo iteratur violentia orbibus inferioribus. quod non potest dici. cum semper moueantur motu diurno. Obmissis variis modis dicendi plurimum philosophorum. Respondetur secundum opinionem Doctoris Sancti q̄ in vniuerso est duplex naturaz considerare. scilicet naturaz sempiternę permanentię et vniuersitatis que est spūalis et illa est maxime in substantiis separatis. Alia ē generabilis et corruptibilis q̄ reperitur in illis inferioribus. Corpora autem celestia sunt media inter naturaz spūalem et corruptibiles. ideo aliis qualiter participant vtranz naturaz secundum duos motus. Nam primus motus. scilicet diurnus ē

causa sempiternę durationis et vniuersitatis in rebus. sed motus qui est sub circulo obliquo est causa generationis et corruptionis corporum inferiorum. Primus ergo motus tanq̄ aliquid nobilissime nature et propinquissimum substantiis separatis habet solum primum motum qui pertinet ad naturam vniuersitatis rerum. Alia vero corpora celestia in quantum recedunt a substantiis spūalibus applicando se formis generabilibus et corruptibilibus aliquid participat de motu qui pertinet ad naturam difformitatis. et quanto corpus est nobilius et superius tāto plus habet de illo motu. et ita superior planeta qui ē saturnus plus habet de primo motu et minus de secundo inter alios planetas. Sed luna propter propinquitatem sue nature ad corpora generabilia et corruptibilia plurimum participat de secundo motu. scilicet proprio. et velocissime mouetur. et minus habet de primo. scilicet diurno. Medii autem planete medio modo se habent secundum propinquitatem et distantiam ad vtranz naturam. Nec oportet q̄ sit proportio velocitatis et tarditatis secundum proportionem distantie ad substantias immobiles et incorruptibiles.

Cuius ratio est. quia motus celestes non sunt omnino naturales. sed sunt voluntarii propter finem desideratum. ideo in quantum sunt naturales hec proportio velocitatis et tarditatis inuenitur in eis. sed in quantum motus eorum sunt voluntarii propter finem variatur proportio motus eorum non secundum proportionem distantie sed secundum aliquod finis talis motus.

Et quia venus et mercurius deseruiunt planete solis vt sibi colligati ad sui effectus productionē. id q̄ vniuersimouentur cum motu solis. Illis sic premissis. Respondetur ad obiectionē quā philosophus dicit q̄ supra sphaera marie preualet in orbem propinquius et minus in remotis. hoc nō est intelligendum s̄ aliq̄ coactionem altius violentiam. quia nihil a superioribus receptum in inferioribus est contra naturā inferiorum. s̄ intelligendū ē q̄ plus preualet s̄ naturalis impressionē in quibus. scilicet naturā et motū superioris orbis magis participat propinquiora corpora q̄ distantiora. et s̄ hoc salua principiū philosophi in quo dicebat plus. q̄ maius corpus velocius mouet q̄ minus. scilicet n. planete insit vterque motus. scilicet propius et diurnus. tñ motus diurnus ē naturalis planete s̄ id q̄ est dignius in planeta. sicut i bove ē anima intellectiua et sensitua. et quanto plus habet est dignior tāto plus habet de motu digniore nature. scilicet intellectiue et minus de sensitua. et per hoc soluit rō an̄ opposit.

**Ad rationes ante opposituz**  
dicit q̄ quis omnes sphaere in equali tpe cōpleat motū diurnū. tñ maiores in equali tēpore maiores faciūt circulus. quia velocius mouentur. Sequitur in textu. figuraz aut vniuersiuisq; .

**Queritur decimo quinto.**

Utum astra sint sperice figure. Arguitur q non. quia figura queritur propter motus. s; nul lum astrum habet proprium motum vt probas batum est prius. ergo nullum astrum habet fi guram propriam. Secundo sic. pars circuli non est circulus. ergo etiam cum astra sint par tes corporum spericorum vel orbium ideo n̄ erunt sperica. Tertio sic. Astrum est eiusdem na ture cum suo orbe. ergo sequitur q non est diuis sum a suo orbe. et per consequens non est figura tum. tenet consequentia vltima. quia nichil est figuratum nisi terminatum. In oppo<sup>o</sup> est pb̄us in 5<sup>o</sup> cap<sup>o</sup> huius tractatus.

**Sciendum est primo. q post**

q philosophus determinauit de natura motus positione et differentia velocitatis et tarditatis motus astrorum quantum spectat ad philoso phum naturalem. consequenter agit de figura ipso rum. q; figura facit ad modum motus.

**Sciendum est secundo. quod**

philosophus non intendit probare figuram de quarta specie qualitatis inesse astris. que sci licet est terminatio superficialium vel linearum de genere quantitatis. sed intendit probare figu ram inesse astris secundum aliquas virtutes et ali quas qualitates.

**Conclusio Responsiua ad**

questum. Rationabile est existimare figuram vniuscuiusq; astri esse spericam. Probatur duabus rationibus. Prima ratio. Natura nichil irrationabiliter nec frustra facit. ergo cum astra non sint nata moueri motu progressiuo vt dictu est. sequit<sup>r</sup> q natura dedit eis figuram tale que maxime est apta ad motum spericum. sed fi gura sperica maxime apta est ad talem motum quia figura sperica nullam secum patitur distin ctionem organorum. que tamen organa necessa rio requiruntur ad motum progressiuum. ergo naturam necesse est dedisse astris figuram spericam. Sed obiiceret aliquis quia prius. P. probauit astra q; sperica non moueri motu pro gressiuo. Dic vero ostendit astra esse sperica per hoc q non sunt nata moueri motu progressiuo. ergo videtur in suis rationibus facere circulari onem. Ad hoc respondet Alexander q pri us philosophus probauit astra non moueri mo tu progressiuo n̄ solum per illud medium q; essent sperica. sed pluribus aliis mediis. Si militer hic probat astra esse sperica non solum per hoc q non mouentur motu progressiuo. sed etiam pluribus aliis mediis. et ideo non est cir culus. Sed huic responsioni opponit Sim plicius quia non impeditur ratio demonstratio

nis circularis per hoc q vtraq; conclusio pluri bus mediis ostenditur. et ita videtur q; demon stratio philosophi sit circularis. Dicendum est ergo q quamuis per hoc q vtraq; conclusio pluribus mediis demonstratur non impediatur ratio demonstrationis circularis. reinouetur ta men inconueniens propter quod impugnatur demonstratio circularis. vt scilicet idem su matur tanquam notius et ignotius eodem mo do. si enim pluribus mediis ostensa fuerit vna conclusio poterit fieri notior vno illoz mediis; per se sumpto. ita poterit alia conclusio accipi ad ampliozem nocionem illius medii. et illo mo do possibile est vti circulo i demonstrationib<sup>9</sup> vt di ctum est primo posteriorum. sic est in proposito.

Secundo probatur conclusio. astra sunt vni us nature. ergo similiter se habent ad figuram omnia astra. sed ex hiis que sensu apparent ma nifestum est vnum astrorum esse spericum scilicet lunam. ergo alia sunt sperica. Minor patet du plici signo. Primo. quia luna crescit et decrescit se cundum arcuales portiones. ergo luna est sper ica. Antecedens patet. quia cum luna directe co iungitur soli totum emispermium superius a sole illuminatur et totum inferius remanet obscuru sed cum incedit recedere a sole pars que primo a sole distat incipit obscurari. et inferius in tan ta quantitate ex opposita parte incipit illustrari quousq; veniat ad quartam partem circuli. ad quam cum peruenerit media pars superioris emispe ri est clara et alia obscura. et ita est de aliis et tunc luna dicitur Dyathomos sine Dytoma. a dya quod est duo. et thomos quod est diuisio. quia vtrunq; eius emispermium in duo media est diuisum per clarum et obscurum. Deinde cum lu na magis recedit a sole maior pars inferiori emi spereni illustratur versus nos. et maior pars su periori obscuratur quousq; ad medietatem circuli peruenerit. ad quam cum peruenit totaliter est opposita soli. et tunc dicitur ambitricos secundum aliam litteram. et tunc dicitur plena lumie versus nos. quia inferius emispermium est luci du et totum superius obscurum. Et deinde cum per alterum semicirculum incipit moueri iterum ac cedendo ad solē. et tunc inferiori emisperni incipit ob scurari et superius illuminari. et secundum easdem portiones secundum quas illustratur inferius etiam obscuratur superius recedendo. et dicit<sup>r</sup> in accessu ad solem ambitricos et dyathomos in recessu. Hoc autem nō posset contingere q. si lu na cresceret et decresceret araaliter nisi esset spei ca. ergo luna est sperica. Secundum signū ē quia eclipses solis fiunt secundum figuram ar cualem. ergo cum fiant per interpositionem lu ne inter nostrum aspectum et solem. ergo luna est sperica. quia proprium est corporum spericorum seinuicem arcualiter interfecare. Sed tūc arca

assumptum istius secunde rationis in quo dicebatur q̄ alia sunt vnus nature.

### Dubatur primo. an ita sit

Respondet Auerrois q̄ alia sunt vnus nature secundum speciem. et non differunt nisi numero. Sed si Auerrois intelligat solum de astris fixis cum dicit q̄ sunt partes vnus orbis scilicet firmamenti dictum suum poterit sustineri. Si vero intelligat de astris fixis et planetis dictum suum non potest stare in veritate. Primo quia ea que sunt eiusdem speciei habent easdem operationes secundum speciem et eosdem effectus ut patet in rebus naturalibus. sed non omnia alia habent easdem operationes. ergo et cetera.

Secundo. Motus corporum celestium sunt naturales. ergo si omnia alia essent eiusdem speciei deberent habere eosdem motus et vniformes. quod patet esse falsum tam de planetis comparatis inter se q̄ de stellis fixis comparatis ad invicem. Tertio. multitudo individuum

contentorum sub vna specie non est nisi propter aliquam imperfectionem. utpote q̄ species non poterit perpetuari in vno individuo. id sub vna specie reperitur multitudo individuum vel successio ut perpetuetur in illis. Arguitur etiam q̄ in vno individuo tali non potest recipi perfecte operatio illius speciei. sicut vnus homo non potest acquirere perfecte omnem scientiam. constat autem q̄ quilibet orbis perpetuus est et incorruptibilis. et etiam ad suos motus non indiget aliquo alio quantum est ex parte sui. et ita quilibet orbis est perfectus. et per consequens perfectioni repugnat multitudo sub vna specie.

Item multitudo specierum cuius sit formalis est perfectior q̄ multitudo que est materialis. ergo cum corpora celestia sint perfectissima conuenienter est ipsa differere specie q̄ numero. et ita cum orbis celestes sint specie differentes. ergo alia que in ipsis sunt sicut planete non solum differunt numero sed etiam specie. Nec valet ratio quam adducit Auerrois sic arguens. Si diuersa corpora celestia essent diuersae species contentae sub genere oporteret materiam esse sub ipsis.

Ad hoc enim dicendum est q̄ non est inconueniens ponere materiam in celo. vno necesse est cum celum continue moueatur. Dicebatur enim secundo metaphisice. q̄ in eo quod mouet necesse est materiam esse. Sed bene verum est q̄ materia celi non est eiusdem rationis cum materia horum inferiorum. Argumentum enim istius Auerrois est magis contra ipsum q̄ pro ipso. quia si corpora celestia solum differrent numero. et quia cum multitudo specierum sub vna specie non sit nisi per rationem materie. multo magis in ipsis esset materia quam si differrent specie et conuenirent genere. genus enim reperitur in re

bus specialibus in quibus non est materia.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur q̄ oportet alia habere figuram sphericam secundum qualitatem de secunda et tertia speciebus. non tamen habent figuram actu diuisam et separatam a figura totius. sic q̄ alium sit vnus corpus distinctum figura a suo orbe. sed ibi est diuisio secundum qualitatem et ideo non oportet q̄ alia habeant motum proprium secundum actum distinctum a motu sui orbis. et hoc intelligendo de motu completo circa centrum mundi quo circueunt terram. quia planete in suis orbibus et circulis deferentibus habent circulos epiciclos in deferentibus ut alias dictum est. Ad secundam dicitur q̄ in plano pars circuli non est circulus diuidendo ipsum per circumferentiam circuli. sed tamen intra maiorem circulum potest describi minor circulus qui dicitur pars alterius. ideo similiter pars orbis celestis si diuidatur orbis per circumferentiam non est orbis siue sphaera. tamen quia quilibet orbis habet magnam similitudinem inter superficiem concuam et conuexam. ideo in illa portione possunt describi multe partes spherice modo declarato.

Ad tertiam dicitur q̄ non est intelligendum ut dictum est alium esse terminatum termino quantitatis sed modo declarato. et cetera.

Sequitur in textu. Duabus autem dubitationibus entibus etc.

### Queritur de cōserto. Utrum

Motus orbium celestium debeat multiplicari secundum proportionem distantie vnus cuiusq̄ orbis ad supremum orbem. Ita q̄ supremus orbis mouetur vno motu et secundus duobus et tertius tribus. et quartus quatuor. et quintus quinque. et sic deinceps recedendo a primo. Arguitur sic. quia sicut est in quatuor primis orbibus ita videtur esse in aliis. sed in primis quatuor motus multiplicatur secundum proportionem distantiarum ad supremum orbem. ergo debent multiplicari in aliis. Secundo quanto aliquid est perfectius tanto paucioribus indiget. sed ordo in motibus attenditur secundum proportionem ad primum. ergo quanto aliquid est propinquius primo tanto paucioribus motibus debet moueri. et quanto remotior tanto paucioribus. igitur motus multiplicatur secundum proportionem distantie. Ad oppositum est philosophus in sexto et septimo capitulis huius tractatus. in quibus duobus capitulis philosophus mouet duas dubitationes quas reputat difficilimas. Prima est titulus questionis.

Secunda mouebitur in fine questionis.

Pro responsione.

**Sciendum est primo qd vt** supponitur et dictis decem sunt orbes celestes. quorum decimus mouetur vnico motu scilicet motu diurno. et sexibus duobus motibus scilicet motu accessus et recessus et diurno. et octauus qui dicitur firmamentum mouetur tribus motibus. quia cum predictis mouetur ab oriente in occidentem. sed mouetur preter istos motu proprio ab occidente in orientem super polis. 30 diebus a ci. Quartus vero orbis qui est saturni. et quintus scilicet iouis. et sextus scilicet martis quantum ad astra illorum orbium mouentur quatuor motibus. scilicet motu diurno ab oriente in occidentem. motu proprio ab occidente in orientem. et motu eccentrici. et epicicli. Sed septimus scilicet solis mouetur tribus motibus. scilicet motu diurno. motu proprio. et motu eccentrici quoniam vt dictum est non mouetur motu epicicli. Venus autem et mercurius inferiores sole mouentur quatuor motibus sicut planete superiores. Sed luna que est in infimo orbe cum illis quatuor motibus habet alium motum quo circumgyrat in suo epiciclo. Patet ergo qd non multiplicatur motus secundum proportiones distantie ad supremum. Et qd istud sic accidat oportet aduertere qd corpora celestia non mouentur pure naturaliter sed mouentur a motore intelligente et volente propter determinatum finem.

Quibus notatis sit.

**Conclusio Responsiua Ad**

Primam questionem. Non oportet motus orbium celestium multiplicari secundum proportionem distantie ad supremum vt dicebatur in titulo questionis. Probatur conclusio. quia orbes celestes non mouentur solo impetu nature. sed mouentur ab aliquo cognoscente et volente propter aliquem finem. oportet ergo qd non habundent nec deficient in motibus secundum exigentiam finium quos attingunt per suos motus. cum ergo ordinentur ad diuersos fines 05 quosdam inferiores moueri paucioribus. et superiores pluribus et hoc propter diuersitatem finium. Aduertendum tamen cum philosopho. qd sicut est in quodam genere entium scilicet animalium: ita est in celestibus. sed sic est qd in genere animalium sunt quedam que a toto genere ordinantur ad sanitatem que est perfectum bonum animalis. etiam inter animalia quedam sunt que habent sanitates absque mala immutatioe et motu. et hec animalia sunt in perfectissimo gradu. Alia animalia sunt que consequuntur sanitatem vnica actione vel motu. et hec sunt in secundo gradu. Alia vero que pluribus actionibus et motibus. puta. ambulatione: euacuatione: alteratione et cetera. et sunt in tertio gradu. Alia ve-

ro que nullo modo consequuntur perfectam sanitatem sed aliquam meliorem dispositionem ad sanitatem et hoc paucioribus motibus. et hec sunt in quarto gradu. Ita gradus encium inueniunt in animalibus. nam perfectissimus bonus quod est prima causa habet in se bonum perse sine motu et mutatione. Alia vero participant bonum perfectum vnico motu seu actione sicut sunt in corporalia. Alia vero consequuntur pluribus actionibus sicut corporalia per continuam generationem et corruptionem. In tertio ponuntur planetes superiores qui pluribus motibus attingunt esse perpetuum. in quarto gradu ponitur sol et planete inferiores qui suis motibus non attingunt esse perpetuum. sed aliquid ordinatum in ipsum scilicet generationem et corruptionem. Et quamuis quilibet planeta cum sole ordinatur ad generationem et corruptionem. tamen sol est primus planeta attingens huiusmodi esse. et quod paucioribus motibus mouetur quam inferiores. id magis habundat in lumine. sicut etiam celum stellatum habundat in lumine et deficit in motu.

Et sic patet qd pluralitas vel paucitas motuum non attingit perfectionem aut imperfectiorem. nisi duntaxat in his que ordinantur ad vnum finem. ideo licet sol pluribus motibus moueatur quam superiores speres. non est tamen eis perfectior. licet bene inferioribus. quia ad eundem finem commune cum eis ordinatur. ideo sol hec inferioria attingit paucioribus motibus secundum principia Aristotelis. Ordo tamen dignitatis et perfectionis in celestibus debet attendi secundum ordinem situs ipsorum. eo qd inferiori spera continetur a superiori. continens aut nobilior est contento. vt supra dictum est in primo. et dicitur infra capitulo de figura terre. Et sic patet solutio ad primam questionem. Secunda questio difficilis est quam mouet Aristoteles. Quare in octauo orbe que a philosopho vocatur primum celum est tanta multitudo astrorum. cum in vnoquoque orbium inferiorum est tantum vnum astrum. Ad hanc questionem ponit philosophus tres solutiones. Prima est excellentia primi celi quod est propinquius primo motori et alios orbes mouet et renouit motu velocissimo et simplicissimo. ideo primum celum est excellentissimum et nobilissimum. Et quia stella est excellentior pars sui celi. ratio comenti eius est qd in primo celo propter eius perfectionem

## De Celo et mundo.

sunt maxima astra. Secunda solutio est. quia sicut primum celum alios excedit in astris ita alii excedunt ipsum in motibus. ideo ad eodē natura ordinauit q̄ sicut in primo celo plura astra mouentur vno motu. ita in aliis vnum astrum moueatur pluribus motibus. Et si obiiciatur contra hanc solutionem q̄ quis secundum rationem philosophi celum stellatum sit primum et moueatur vno motu. tamen secundum opinionem astrologorum non est primum celum et mouetur pluribus motibus. ergo hec solutio non est sufficiens. Dicitur q̄ si forte moueatur pluribus motibus. minus tamen habet de secundo motu qui est ab occidente in orientem q̄ alii celi inferiores. q̄ illo motu tardius mouetur scilicet in. 100. annis gradu vno ideo hec solutio per aliquid procedit. tamē alio principio scilicet principio philosophi. Tertia solutio est. primum celum quodammodo mouet omnes inferiores orbis. et quia omne mouens debet excedere in virtute et perfectione mobile suum. ideo conueniens est q̄ in primo celo sint plurima astra. et in orbibus inferioribus sit vnum astrum propter nobilitatem primi supra alios orbis. et per hoc soluitur secunda questio difficilis.

### Ad rationes ante opposituz

Patet solutio ex dictis. Procedunt enim supponendo q̄ illi orbis ordinantur ad finem proprium. quod est falsum. quia quidam ordinantur ad permanentiam. alii ad conseruationem. alii ad diuersitatem figuraruz. ideo non oportet q̄ adequentur in motibus. et tantum de questione.

Sequitur in textu.

Reliquum autem de terra dicere vbi exstat. et cetera.

### Queritur decimo septimo.

Utruz terra naturaliter quiescat in medio mundi. Arguitur q̄ non. q̄ terra non est in medio mundi. ergo ibidem non quiescit. Antecedens patet quia nobiliori debetur nobilior locus. sed ignis inter elementa est nobilior et similiter locus medius est nobilior. ergo ignis est in medio mundi. q̄ autem locus medius sit nobilior patet per simile in animalibus. in quibus nobilius membrum scilicet cor ponitur in medio tanquam in nobiliori loco. Item ille locus est nobilior in vniuerso in quo concurrunt et vniuntur virtutes vniuersi. sic est de medio mundi quia equaliter ab vtraq̄ sui parte circum datum est ab omnibus partibus vniuersi. ergo locus medius est nobilior. Deinde arguitur contra questum. Omne corpus naturale natu-

raliter est mobile. sed terra est corpus naturale ergo terra est naturaliter mobilis. et per consequens aliquando mouetur et non quiescit perpetuo in medio mundi. Nec potest etiam dici q̄ moueatur motu alterationis et non motu locali. quia motus localis est primus et supponitur ab omnibus aliis motibus. In oppositum est philosophus in fine vltimi tractatus huius secundi.

### Sciendum est primo. q̄ post

q̄ philosophus determinauit de corpore celesti et de accidentibus ipsius celi et partium eiusdem. Consequenter determinat de terra circa quam celum mouetur circulariter. nec intendit philosophus in isto tractatu tractare de terra. secundum quod est vnum de quatuor elementis. quia secundum hoc determinatur in tertio et quarto libris sequentibus. sed determinat de terra secundum quod est centrum sere celestis. et secundum hoc tractant astrologi. Et determinando de terra philosophus tria facit. Nam primo determinat de situ et positione terre. Secundo de eius quiete. Tertio de figura ipsius. Et determinando de istis tribus prius ponit opiniones antiquorum circa hec tria et motiua ipsorum. et post ea improbat illas opiniones et ipsa motiua. 3<sup>o</sup> ponit opinionem propriam. De omnibus istis et de opinione antiquorum et etiam philosophi videbitur in presenti questione. Et primo de opinionibus antiquorum.

### Sciendum est secundo. quod

quantum ad situm terre ponentes mundum infinitum non habuerunt ponere terram in medio mundi eo q̄ in infinito non est medium neq̄ extremum. Sed inter illos qui posuerunt mundum finitum quidam qui vocantur Pythagorici qui circa talia dubitauerunt ponunt ignem in medio mundi propter rationem factam ante oppositum. quia posuerunt terram moueri circa medium. et motu suo causare diem et noctem. Et non solum dixerunt hanc terram in qua habitamus sic moueri. sed etiam posuerunt vnam aliam terram quam vocauerunt Antistionam. ab antiquo q̄ est contra. et isto stas quasi semper stans contra nostram terram. et ideo secundum eos per terram nostram que semper mouetur sicut et alia impeditur ne possimus videre aliam terram. Et ad ponendum pluralitatem terrarum mouebatur propter hoc q̄ eclipses lune causatur per interpositionem terre inter solem et lunam. eclipses autem solis fit per interpositionem lune inter nos et solem cum igitur sint plures eclipses lune q̄ solis et sepius fiant q̄ solis. oportet q̄ istarum eclipsium sint plures cause. et illud non potest saluari vt ipsi dicunt conuenienter. nisi ponendo plures terras. Sed hec opinio falsa est. Primo q̄ ut

*du. mediu.*

ad hoc q̄ isti pictagorici posuerunt ignes in medio. in hoc enim fuerunt decepti ex equiuocatione. duplex enī ē mediū scilicet magnitudinis et virtutis. n̄ tamen q̄ mediū magnitudinis sit perfectius quia tale mediū circumdatur et continetur ab aliis. modo continens est perfectius contento. sed mediū virtutis est perfectius. et ideo in tali medio debet poni perfectius corpus ideo ignis debet poni in medio secundū virtutem. locus enim ignis est finis corporum.

Ad rationem autem Pictag. potest dici q̄ animalis non est in medio magnitudinis. ymo vmbilicus est in medio magnitudinis. sed cor ē in medio virtutis. Ad aliud motuum de pluralitate terre dicitur q̄ pluralitas eclipsium lune non est propter pluralitatez terre. sed quia luna pluries dyametraliter respicit terras. cum maneat inter ipsam et solem. sol autem non eclipsat nisi a luna minore ipso sole.

Alii autē philosophi dixerunt terram in centro mundi. et dixerunt moueri ipsam circa medium eius. Sed hec opinio quantum ad hoc q̄ ponit terram esse in medio mundi vera est. sed quantum ad hoc q̄ ponit terram moueri in illo medio falsa est vt postea probabitur. Alii autem dixerunt terram esse in medio mundi et ibi quiescere. et secundū hoc verum dixerunt. Sed de causa quietis terre in medio mundi diuersificati sunt in quinque opiniones. quidam enim dixerunt terram quiescere in medio mundi propter eius profunditatem in medio quam non contingit pertransire. et huius opinionis fuerunt xenophales et zenopolis. Sed hanc opinionem destruit Aristote. tanquam irrationabilem. Alia fuit opinio Thalio Mille sui qui posuit terram supra aquam natam sicut lignum. et hec opinio admittit similem difficultatem de aqua quid subiret ipsam.

Item aqua est leuior terra. leuiora autem semper superferuntur. Item sicut est de partibus terre ita est de tota terra. sed quelibet pars terre posita in aqua tendit in fundum et descendit. ergo et tota terra. Tertia fuit opinio ponens terram esse late figure et propter hoc non posse diuidere aerem subtus exilentem. qui aer sic compressus et non habens locum in quem cedat sustinet ipsam terram. et huius opinionis fuerunt Anaximenes et Anaxagoras et Democritus et dabant exemplum de quiete ad confirmationem sue opinionis. Sed hec opinio falsa est. qz infra probatur terram esse sphericam. Quarta opinio fuit Empedoclis ponentis q̄ terra sic permanet in medio vndiqz depulsa et delecta propter velocitatem circumrotationis corporis celestis. sicut videmus q̄ vas repletum aqua habens foramen si velociter circumferatur retinet aquam et non cadit aqua. quia velocitas circum-

rotationis preuenit motum aque deorsum.

Sed hec opinio improbat. quia si ita esset terra detineretur in illo loco violente. quod autem detinetur in aliquo loco violente naturaliter est mobile ab illo loco. et ita terra naturaliter esset mobilis in medio quod falsum est.

Alie multe rationes ponuntur in textu contra illam opinionem que causa breuitatis relinquuntur.

Quinta opinio fuit q̄ terra permanet immobilis in medio eo q̄ vndiqz equaliter distat a circumferentia celi. et ideo oportet vt q̄ non moueatur vel q̄ simul moueatur ad diuersas partes quod est impossibile. quia qua ratione moueretur ad vnam eadem ratione ad aliam. Et hec opinio fuit Anaximandri que falsa est. qz tunc si ignis poneretur in medio mundi pari ratione quiesceret. Est etiam irrationabilis quia non assignat causam motus terre ad medium. cum videamus q̄ vnaqueqz pars terre tendat ad medium. Et quia eadem est causa motus ad aliquem locum et quietis in eodem. Idcirco philosophus dicit q̄ mirabile fuit illos inquirere de causa quietis terre et non de causa motus ad medium. Et ille sunt opiniones de quiete terre. Et istis patet quid isti antiqui senserunt et dixerunt de situ terre. de quibus omnibus restat videre veritatem secundū opinionem phi. Et circa hoc sit.

**Conclusio Responsiua.**

Comprehendens situm et quietem terre. Necessesse est terram in medio mundi quiescere. Nec conclusio probatur. quia idem est motus totius et partium. sed vnaqueqz pars terre naturaliter fertur ad medium vt docet experientia. ergo tota terra naturaliter mobilis est ad medium. Sed vnum quodqz corpus quiescit naturaliter in loco ad quem fertur. ergo terra in medio mundi naturaliter quiescit. Secundo si terra moueretur naturaliter in medio mundi oporteret terram moueri circulariter. quia non posset recte moueri nisi recedendo a medio. et ita naturaliter ascenderet. ergo oportet q̄ moueatur circulariter si moueatur a medio. et hoc est impossibile. quia vnum quodqz corpus circulariter motum mouetur pluribus motibus dempto primo mobili. ergo oporteret terram moueri pluribus motibus. et ita si per motum terre saluaretur apparentia in motibus planetarum pari ratione similis diuersitas deberet apparere in motibus astrorum.

Tertia Ratio. Pro qua supponitur primo. q̄ idem est motus naturalis totius et partium. Secundo supponitur q̄ vnaqueqz pars terre naturaliter fertur ad medium. Et quo sequitur q̄ terra naturaliter in medio quiescit. Item probatur per signum. quia si aliquid terre sursum periciatur per quodcumqz tempus ibi permanet

## De Celo et mundo.

vel si in superficie proiciatur accidet illud reuertitur in eundem locum terre a quo recessit. s; hoc contingere non posset si terra moueretur in medio mundi ergo et cetera. Item nos videmus ad sensum q; nulla pars terre auferatur a medio nisi per violentiam. ergo neq; terra tota. s; vnũ quodq; naturaliter quiescit in loco a quo per violentiam auferatur. g<sup>o</sup> 24.

### Dubitatur primo. Utrum

Sit idem medium mundi et terre. Respondetur q; duplex est medium terre scilicet gravitatis terre. et magnitudinis. Dicendum ergo q; idem est medium mundi et gravitatis terre sed nõ est idẽ mediũ magnitudinis mñdi et terre. Unde mo<sup>o</sup> p magnitudis grauitatis a medio mñdi e a medio grauitatis et si a medio magnitudinis nisi forte p accidens in quantum accidit idem esse medium magnitudinis terre et gravitatis eiusdem.

### Dubitatur Secundo. Que

Sit causa gravitatis terre in medio mundi. Respondetur q; propria natura terre. neq; est querenda alia causa extrinseca nisi prima causa. ergo 24.

### Dubitatur tertio. Utrum

Tota terra sit mobilis ad medium. Dicitur q; sic. et si per violentiam poneretur extra locum suum naturaliter moueretur ad ipsum.

Rationes facte ante oppositum soluntur ex dictis. Sequitur in tertium figuram autem habere sphericam necessarium est ipsam. 24.

### Queritur Decimo octauo.

Utrum terra sit sphericæ figure. Arguitur q; nõ est quia nullus corpus sphericum interfecat solem orientem vel occidentem secundum lineam rectam ergo non est sphericæ figure. Arguitur secundum do. figura sphericæ est maxime mobilis quia solum tangit superficiem in puncto. sed terra nõ est maxime mobilis cum non moueatur neq; in suo loco nec ad alium locum. ergo cum natura nihil faciat frustra. sequitur q; non dedit sibi figuram sphericam. Arguitur tertio. Omne corpus sphericum secundum omnem partem superficie equaliter distat a centro eius. strarius p de montibus qui magis elongantur a centro terre q; alie partes superficie. ergo terra non est sphericæ. In oppositum e. p.

Sciendum est primo. q; post q; philosophus ostendit veritatem de situ et quibus

ete terre. Consequenter determinat de figura et quantitate per rationes naturales. et per signa sumpta secundum sensum ostendit illam esse sphericæ figure. et ex illis signis ostendit terram esse modice quantitatis in ordine ad totum celum et in hoc repugnat opinionibus antiquorum qui dicebant terram nõ esse sphericæ figure.

### Sciendum est Secundo.

Q; terra potest dupliciter considerari. Uno modo secundum propriam naturam. et hoc modo omnes partes eius debent esse equaliter graues et equaliter tendere ad medium. ideo si esset disposita secundum suam aptitudinem sue nature particularis deberet esse sphericæ figure.

Alio modo potest considerari in quantum est alterata per actionem caloris naturalis. et sic ea sunt montes et valles que intenduntur natura vniuersali propter bonum et utilitatem terrenascentium et viuentium. sed ista conueniunt terre quoddammodo violente et preter naturam particularem eius licet sit secundum naturam vniuersalem. Et quia vnumquodq; magis debet dici quale quod est secundum naturam vniuersalem et propriam q; quale quod est preter naturam particularem siue per accidens. ideo terra magis est dicenda sphericæ figure q; alterius figure. et quia montes et concauitates terre non sunt magne in ordine ad totam terram. ideo non impediunt quin possit dici sphericæ in ordine ad celum.

Conclusio prima. Terra est sphericæ figure secundum aptitudinem nature sue particularis. Primum probat philosophus duabus rationibus et tribus signis.

Prima ratio est vnaqueq; pars terre habet gravitatem per quam tendit ad medium. et semper maior pars pellit minorem quousq; equalis ter sint in illo medio. ita q; equalis grauitas ex vtraq; parte centri relinquatur. Et sic omnes partes terre equaliter recedunt a circumferentia celi et accedunt ad medium ipsum. Sed omne tale corpus est sphericum. ergo et cetera. Et hoc posset argui per dictum antiquorum ponentium terram esse in medio per circumgrationem motus celi vndiq; depellentis ad medium. ergo secundum eos oportet terram esse sphericam. Verumtamen est conuenientius dicere terram esse situatam in medio mundi et habere figuram sphericam secundum naturam propriam ipsius terre quia est corpus grauissimum q; propter aliam quam violentiam. Et si dicatur contra istam rationem q; ista bene concludit supposito q; omnes partes equales ex vna parte medii sunt ex alia. Sed hoc non supposito non videtur concludere. Respondet philosophus q; siue hoc supponatur siue non semper tenet veritas. Ideo

## Liber Secundus.

si supponatur tenet p̄ntia. si vero non adhuc tenet p̄ntia. quia ut dictum est prius partes grauiiores versus vnam partem exiitentes depellunt alias quousq; occupent medium vt tanta velocitas grauis sit ex vna parte sicut ex alia. Neq; iterum valet dicere q̄ terra est ingenta et incorruptibilis ergo non oportet omnes partes concurrere equaliter ad medium. quia si terra esset ingenta oporteret q̄ esset naturaliter disposita. et si esset naturaliter disposita esset quodammodo ordinata ac si fuisset genita per actionem nature. Secunda ratio est que sumitur ex figura motus partium terre. Quia omnia corpora grauia ex qua que parte celi descendunt feruntur ad terram secundum angulos equales scilicet rectos que causantur ex linea recta per quam est motus. et linea existente in superficie terre. quia corpus graue non firmius stat supra terram nisi secundum lineam perpendiculari arcum. ergo terra est spherica. Tenet consequentia quia si terra esset naturaliter lata in sua superficie non fieret motus corporum grauium ad terram ab ipso celo vndiq; secundum angulos rectos.

Secundo modo patet Conclusio per signum q̄ Eclipsis lune et decisiones penes clarum et obscurum in Eclipsi fiunt per lineam circula rem. sed tales Eclipses causantur per vmbriam terre cadentem inter solem et lunam. ergo illa vmbra est rotunda. sed solum corpus sphericum est natum facere vmbriam rotundam. ergo et cetera.

Secundum signum est ex apparētia astrorum. quia procedendo modicum a septentrione ad meridiem vel e contra variantur astra que sunt supra caput nostrum. quia alte et alie stelle sunt apparentes in egipto versus meridiem que non videntur versus polum arcticum. Et e contra. Multe apparent versus septentrionem que nō apparent exiitibus versus austrum. Similiter procedendo ab oriente in occidentem vel e contra contingit magna varietas in ortu et occasu astrorum. sed hoc non est nisi propter rotunditatem terre. ergo terra est rotunda.

Tertium signum est q̄ Mathematici mensurauerunt quantitatem terre per habitudinem circuli eius ad circulum celi. sed hoc non potuissent facere nisi terra esset rotunda. Ipsi enim primo inuenerunt quantitatem circuli qui supponitur vni gradui celi. et deinde in equali proportionem attribuendo cuiuslibet gradui celi tantum spatium inuenerunt quantum est circuli terre.

Ex illis signis patet q̄ terra est modice quantitatis in ordine ad celum. Patet primo. quia si esset magne quantitatis non ita cito fieret apparētia astrorum procedenti a septentrione versus austrum et e contra. vel ab oriente in occidentem. et cum hoc contingat sequitur

q̄ terra est modice quantitatis in ordine ad celum. Secundo. q̄ Aliqui voluerunt adaptare locum qui est inter columnas Herculeas in occidentem loco qui est circa indiam id est in orientem et q̄ nō est nisi vnus mare inter ista duo loca. Quod probat p̄ntis q̄ in vtroq; illorum nascuntur Elephantes quod videtur propter propinquitatem illorum locorum. Sed hoc nō esset nisi terra esset p̄ntis et titat. 3<sup>o</sup> q̄ mathematici. terram mensurantes extendunt rotunditatem eius ad quadraginta milia stadiorum. i. quadragies decem milia q̄ valent quatuorcentis milia stadiorum. et cuius stadii sit octaua pars miliaris. et octaua pars illius numeri sit. 50000. ideo secundum istos ambitus terre p̄ntet. 50000. miliaria. et cuius duo miliaria faciunt leucam sequitur q̄ continet. 25000. leucas. sed secundum modernos astrologos ambitus terre ponitur minoris quantitatis. q̄ ponitur continere octenta et. 52000. stadiorum que valent. 15. milia. et septuaginta et. 50. leucas quod potest inueniri facilius quod vni gradui celi supponitur. 700. stadia q̄ habent 46. leucas cuius. 12. stadii. et applicando tot leucas cuius gradui celi inuenitur p̄ntis numerus.

### Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicit q̄ s<sup>o</sup> rei veritate terra intersecat solem s<sup>o</sup> lineam circularē. s<sup>o</sup> aut apparētiā videtur interfecare s<sup>o</sup> lineam rectā. et hoc contingit propter elongationem solis a terra et magnitudinem rotunditatis terre rōe quare vna pars circuli terre includitur in angulo visuati. 5<sup>o</sup> videtur solem admodum magne partis circuli visē a longe videnti recte linee esse. et si hoc nobis apparet in illis circulis maxime erit circa rotunditatem terre q̄ s<sup>o</sup> sit minima respectu celi. est t̄n maria respectu corporum mixtorum et aiatorum. Ad secundam dicit q̄ terra est spherice figure propter equalitatem motus suam prius ad centum. et q̄ ille motus nō sibi conuenit frustra. ideo nec illa figura. Ad tertiam p̄ntis latio. Et hec de. 2<sup>o</sup> de celo et mundo.

Super. 3<sup>o</sup> libro Jobānes veroris nullas fecit glossulas s<sup>o</sup> morez scole parisiensis. 5<sup>o</sup>

### Sequitur Quartus liber De graui autem et leui. et celi



**Irea incium quar  
ti Libri de celo et  
mundo Queritur  
primo Utrum.**

Sit aliquod corp<sup>9</sup> simpliciter graue. et aliquod simpliciter leue. et aliquod graue et aliquod leue ad alterum siue in respectu. Arguitur primo quo ad primam partem q̄ non. quia illud est graue aut leue simpliciter. quo existere aut graui aut leui nihil est grauius aut leuius. Sed quo cuiq; corpore graui dato aut leui adhuc est dare grauius aut leuius. ergo nullum est graue aut leue simpliciter. Minor potest. quia dato quo cuiq; corpore graui potest sibi addi aliquid graue et sic erit grauius. Secundo arguitur quo ad secundam partem negatiue. quia si esset aliquod corpus graue vel leue in respectu tale esset aqua vel aer. sed hoc non. quia illud dicitur graue aut leue in respectu cuius grauitati est leuitas admixta. vel cuius leuitati est grauitas admixta. sed grauitati aque non est leuitas admixta. neq; leuitati aeris est grauitas admixta. quia forma substantialis aque et aeris sunt forme simplices. oportet ergo virtute consequentis huiusmodi formas esse simplices. ergo et cetera. In oppositum est probum in primo capitulo h<sup>9</sup> quarti libri.

**Sciendum est primo. q̄ post**

Philosophus determinauit de corporibus simplicibus mobilibus motu recto. scilicet de elementis secundum opinionem antiquorum. consequenter determinat de eisdem secundum q̄ sunt mobilia motu recto secundum opinionem propriam. ostendendo quid sit corpus graue. et quid corpus leue. et quas proprietates habeant corpora grauia et leuia secundum q̄ sunt mobilia motu recto.

**Sciendum est Secundo.**

q̄ quadrupliciter potest intelligi aliquod corpus esse graue simpliciter. Uno modo ut aliquid dicatur graue simpliciter quo existente graui nihil est ipso grauius. Et hoc modo parua gleba terre non esset grauis simpliciter. quia tota terra est grauior ea. Secundo modo dicitur graue simpliciter quod nihil leuitatis habet admixtum. et isto modo quodlibet corpus graue simplex diceretur graue simpliciter. Tertio modo dicitur graue simpliciter. ut simpliciter idem est quod sine addito. ut dicatur graue simpliciter hoc est sine addito. et illi modi non sunt ad propositum. Quarto modo dicitur graue simpliciter quod natum est descendere in om-

nibus elementis preterquam in vno. et illo modo parua gleba terre. dicitur graue quoddam simpliciter. Et similiter posset fieri distinctio de leui simpliciter.

**Sciendum est Tertio. q̄ ali**

quid dicitur graue ad alterum siue in respectu dupliciter. Uno modo dicitur graue in respectu quod habet aliquid leuitatis admixtum. et sic nullum corpus simpliciter potest dici graue in respectu. et sic non capitur in proposito. Alio modo dicitur aliquid graue in respectu quod in vno elemento est natum ascendere et in aliis duobus descendere. Et hoc modo aqua dicitur quoddam graue in respectu. quia ascendit per aquam et descendit per aerem et ignem. et simili distinctio potest fieri de leui in respectu.

**Conclusio prima:**

**Ali** quod est graue simpliciter. et aliquod est leue simpliciter. Probatur quia est aliquod corpus natum moueri simpliciter deorsum et ad medium mundi. et aliquod corpus simpliciter ferri sursum et ad extremum vniuersi. ergo est aliquod corpus graue simpliciter. et aliquod leue simpliciter. consequentia tenet a diffinitione ad diffinitum.

Uel aliter arguitur. Est aliquod corpus simplex natum descendere per tria elementa. scilicet per ignem aerem et aquam. et illud est terra. Et est aliquod corpus simplex natum ascendere per tria elementa. scilicet per terram aquam et aerem. ergo est aliquod corpus graue simpliciter. et aliquod leue simpliciter.

**Conclusio secunda.**

**Est** Aliquod corpus graue ad alterum et aliquod corpus leue in respectu. Patet. quia est aliquod corpus natum descendere per duo elementa. et ascendere per vnum scilicet aqua. Est etiam aliquid quod natum descendere per vnum elementum et ascendere per duo. et illud est aer. ergo est aliquid quod corpus graue in respectu. et aliquod leue in respectu. Consequentia patet. per diffinitiones grauis et leuis in respectu siue ad alterum. et hoc graue aut leue communiter vocatur graue aut leue secundum quid.

**Dubitatur primo. An gra**

uitas et leuitas sint forme substantiales grauius et leuius. Respondetur q̄ nō. nam grauitas et leuitas sunt qualitates motiue ipsorum elementorum consequentes esse substantiale completum ipsorum eorum. Dantur virtutum operationes siue actus secundum quos carēt nobis propriis ut habet textus. Si tñ si liceret fingere nosa possem<sup>9</sup> dicere ut Albert<sup>9</sup> q̄ act<sup>9</sup> ipsi<sup>9</sup> grauitatē ē grauire. s. moueri deorsum. Et leuitatis est leuire scilicet moueri sursum.

**Dubitatur Secundo. vtrum**

Aliquod elementum in suo loco naturali sit leue aut graue. Videtur q̄ sic. quia in suo loco naturali retinet suam formam substantialem. ergo retinet grauitatem vel leuitatem que sunt qualitates motiue consequentes formas elementorum. Ad oppositum tamen videtur esse experientia. quia aliquis existens in aqua nō percipit grauitatem aque existentem supra se ipsius. similiter situle posite in aqua et plene aqua leuatur sursum violentia. hoc autem non esset si aqua esset grauis in suo loco. ergo et cetera.

Ad dubium respondetur q̄ aliquid dicitur graue aut leue dupliciter. Uno modo habitu aliter hoc est in actu primo. quod scilicet habet grauitatem aut leuitatem per quam tenderet in locum suum si esset extra locum. quamuis non moueatur a loco suo naturaliter. Alio modo aliquid dicitur graue aut leue actualiter hoc est in actu secundo. quod scilicet tendit ad suum locum actu. quia habet motum consequentē grauitatem vel leuitatem. Elementum ergo in suo loco naturali existens bene est graue aut leue primo modo. sed non 2<sup>o</sup> mō. Et p̄ b? solum rationes facte hinc et inde.

**Dubitatur tertio. Vtrum**

quodlibet corpus quod est alio grauius in aere sit grauius in aqua. Respondetur q̄ non et hoc satis docet experientia. nam magnum lignum est grauius in aere paruo plumbo. et tamen paruum plumbum in aqua est grauius q̄ magnum lignum. nam lignum in aqua supernatat et plumbum submergitur. Et hoc contingit. quia in ligno est plus de aere porositate et de aqua. sed in plumbo est plus de terra q̄ de aere. hoc ergo est propter diuersam mixtionem elementorum in mixto. Ex precedentibus ergo patet. quid sit graue simpliciter. et quid leue simpliciter. quid graue in respectu. et quid leue in respectu.

**Ad rationes patet solutio**

ex dictis. et sequitur alia questio.

Sequitur in textu. Alteram causam putant et dicunt quidā et c.

**Queritur Secundo. Vtrum**

Vacuum et plenum sint causa grauis et leuis.

Arguitur q̄ sic auctoritate omnium philosophorum antiquorum fere concorditer conuenientium in hoc. ergo et cetera. Secundo arguitur. Vacuum et plenum sunt causa raritatis et densitatis. sed raris est leue et densum est graue. et

go vacuum et plenum sunt cause grauitatis et leuitatis. In oppo<sup>o</sup> est. p. in textu.

**Sciendum est primo q̄ post**

q̄ philosophus determinauit quid sit graue simpliciter et quid leue simpliciter. et quid graue in respectu. et quid leue in respectu. Consequenter agit de causis grauium et leuium. Et ponit primo opiniones antiquorum et eas improbat. Et de illis videbitur in presenti questione. Secundo determinat veritates. et de hoc videbitur in sequentibus questionibus.

**Sciendum est Secundo q̄**

Plato posuit corpora componi sex superficiesibus et in superficies resoluuntur ut alias dictum est. Et quia trigonus est prima figura inter figuras rectilineas. ideo posuit corpora constitui ex trigonis. Et consequenter posuit illud corpus esse grauius quod consistit ex pluribus trigonis. et illud leuius quod ex paucioribus consistit. Sed in hoc defectus et errauit Plato. quia nichil tractauit de causis grauis et leuis simpliciter. sed solum determinauit de graui et leui in respectu. ostendendo solum quid sit corpus grauius et quid leuius. Defecit etiam determinando de grauius et leuis in respectu. quia in hoc fallum dicit dicendo q̄ illud sit grauius quod constat ex pluribus trigonis. et leuius quod ex paucioribus. quia si ita esset sequeretur q̄ paruus ignis esset leuior et citius ascenderet q̄ magnus ignis. Consequens est falsum. Patet tamen consequentia. quia secundum opinionem platonis paruus ignis constat ex paucioribus trigonis q̄ magnus ignis. et sic secundum diffinitionem leuioris dataz a Platone paruus ignis esset leuior q̄ magnus. quod est falsum. Sequeretur etiam si sic esset q̄ magnus ignis esset grauior q̄ parua terra. Consequens est falsum. Patet tamen consequentia. quia magnus ignis constat ex pluribus trigonis q̄ parua terra. Et sic patet qd̄ Platonis opinio de grauitate et leuitate stare non potest in veritate. Unde opinio Platonis magis videtur intelligi de corpore de genere quantitatis q̄ de genere substantie. Alia fuit opinio antiquorum philosophorum dicentium quosdam vacuitates esse causas leuitatis. et etiā dixerunt partes plenas esse causas grauitatis. et ita sicut illos vacuos esse causas leuis et plenos esse causas grauis. Et isti tripartiti sunt quod quidā posuerunt illud corpus esse leuius qd̄ constat ex maioribus suis habeat plures partes plenas sine pauciores sine equales q̄ corpus leue. Alii dixerunt illud corpus esse leuius quod constat ex maiore vacuo et minore pleno q̄ illud quod econtra. et

nota q̄ dupliciter aliquid dicitur graue aut leue habitu aliter et actualiter.

vacuum et plenum sunt causa raritatis et densitatis. sed raris est leue et densum est graue. et

## De Celo et mundo.

Sed alii dixerunt illud corpus esse leuius cuius proportio sui vacui ad suum plenum est maior & proportio alterius leuis ad suum plenum. Et isti omnes nichil tractauerunt de graui & leui simpliciter. sed solum de grauiori & leuiori nec illi de opinione prima. Isti tamen contemniunt in hoc & ponunt vacuum impellere corpora sursum sine monere sursum. & plenum deorsum. Philosophus tamen reprobat ista in textu tanquam falsa. Quapropter contra hanc opinionem nec sit.

**Conclusio prima:** Illud non est leuius in quo est plus de vacuo. Probatum sic. quia sic magnus aurum esset leuius modico igne. Patet consequentia. quia secundum istos in magno auro est plus de vacuo & in modico igne. Contra secundas opiniones sit.

**Conclusio secunda.** Illud non est leuius alio quod constat ex maiori vacuo & minori pleno. Patet quia si sic sequeretur & magnus ignis esset leuior aliqua parte terre. & non est concedendum quia terra non est leuis. Patet consequentia. quia magnus ignis secundum eos constaret ex maiori vacuo & minori pleno & alia pars terre.

**Conclusio tertia.** Contra tertiam opinionem. Aliquid non dicitur leuius aliis quia proportio sui vacui ad suum plenum maior sit & proportio alterius. Patet quia si sic sequeretur & minor ignis eque cito moueretur sursum sicut magnus. Patet consequentia quia in paruo igne est equalis proportio sui vacui ad suum plenum. & similiter sequeretur & parua terra eque cito descenderet sicut magna pars terre.

**Conclusio quarta.** vacuitas non est causa mouens corpora sursum. neque plenitudo deorsum. Patet quia cum vacuum secundum istos sit corporibus inhibitorium & sit distensum secundum tres dimensiones. sequeretur & vacuum moueretur ad motum corporis. in quo infunditur & imbibitur. & ita argueretur de plenitudine. Si ergo vacuitas moueret sursum & plenitudo deorsum sequeretur & idem esset motus & mouens seipsius quod improbat in 7. philosophis corporum. Item improbatum est in 4. philosophis corporum. & vacuum non potest esse in natura. & quod ponentes vacuum propter motum destruit omnino motum. Item cum illud quod est simpliciter leue sit in terris leuitatis nichil habens de permutatione contrarii. sequeretur & isti non poterant dare corpus aliquod simpliciter leue. quia non dixerunt aliquod corpus componi solum ex vacuitatibus & similiter argueretur & secundum eos nullum

esset corpus simpliciter graue. quia non posset rari aliquod corpus componi ex plenitudine tantum. Sic ergo patet & isti non sufficienter tractauerunt de causa grauis & leuis.

### Conclusio Responsiua:

Vacuum non est causa leuitatis. nec plenum causa grauitatis. Patet quia tunc nulla res esset simpliciter grauis aut leuis quod patet ex precedentibus. Si queratur ergo que sit causa grauitatis & leuitatis in corporibus grauibus & leuibus. Dicatur ad hoc quod ipsa forma & materia grauium & leuium corporum est natura grauitatis & leuitatis eorum. grauitas autem & leuitas sunt qualitates naturaliter consequentes & per se naturas substantiales corporum grauium et leuium. nec est querenda alia causa intrinseca & natura grauis et leuis.

### Ad rationes ante oppositum

Ad primam dicitur. quod antiqui non sunt tenendi nec auctoritandi in hoc. Ad secundam negatur & vacuum & plenum sunt causa raritatis & densitatis. ymo natura propria rarorum et densorum sunt eorum causa. ergo & cessat.

Sequitur in textu. Nos autem dicimus primum determinantes de quo

### Queritur tertio. Utrum

Ex parte qualitatum motuarum sufficienter concludi possit numerus quaternarius elementorum. Arguitur & non. quia in elementis non sunt nisi due qualitates motiue scilicet grauitas & leuitas. ergo non erunt nisi duo elementa

Secundo arguitur. si illo modo posset concludi numerus elementorum quaternarius hoc probaretur sic arguendo. Est aliquod corpus leue simpliciter quod natura est ferri sursum simpliciter. & est aliquod graue simpliciter quod natura est ferri deorsum simpliciter. sed hec duo sunt grauia simpliciter quia sunt extrema alicuius grauitatis simpliciter. sed inter quatuor duo extrema simpliciter que sunt extrema unius grauitatis necesse est esse duo media quorum unum magis accedat ad unum extremum & aliud ad reliquum ergo sequitur quod quatuor erunt corpora grauia & leuia scilicet duo media & duo extrema. Tunc contra hoc arguitur. Inter duo extrema grauia possunt plura esse media duobus. ut in coloribus & odoribus in quibus possunt esse plura media duobus. ergo non sequitur si sit aliquod graue simpliciter & aliud leue simpliciter quod non sunt nisi duo media. & quod non sunt nisi quatuor corpora grauia & leuia. 3. arguitur in 2. de generatione sufficienter probatur numerus quaternarius eorum. ergo superfluum est hoc probare bic. In oppositum est probatum in textu. Pro Resolutione.

**Sciendum est primo.** q̄ post q̄ philosophus improbauit opiniones antiquorum de graui & leui. & ostendit q̄ non est querenda alia causa grauitatis & leuitatis preter naturas corporis grauis & leuis. p̄n̄ in hac parte intendit determinare ex parte illarū qualitatum. s. grauitatis & leuitatis numerū quaternarium ipsorū elementorū.

**Sciendum est Secundo.** q̄ inter corpora vniuersi & maxime inter easq̄ sunt per se & principales partes vniuersi & maxime sicut sunt quatuor elementa continens semper est dignius contento. & se habet ad ipsum sicut forma ad materiam. Et quo patet q̄ aqua se habet ad terram sicut forma ad materiam & actus ad potentiam. Et similiter dicendum est de aere respectu aque. & de igne respectu aeris. Ex quo sequitur q̄ terra inter cetera elementa est materialius & potentialius eorū. q̄ continet & non continet. Et propter hoc etiam est minimē actiuitatis q̄ actiuitas oritur a forma. Et maxime resistentie q̄ resistentia oritur a materia. E conuerso aut dicitur de igne. ignis enim est inter omnia elementa formalius & actualius elementum. & ob hoc est magis actiuus. q̄ habet plus de forma. & minus passiuus. ḡ minus resistentius. q̄ minus habet de materia. Media autem elementa actualia sunt & potentialia sed respectu diuersorū. q̄ continent & continentur.

**Sciendum est tertio q̄ cum**

Elementa sint distincta specie & sint corpora simplicia simplices formas & naturas habentia oportet q̄ motus eorū sint distincti secundum speciem. & q̄ motus eorū sint simplices. Et sic oportet q̄ sint quatuor motus recti simplices specie specialissima distincti. & q̄ sint quatuor localia specie & natura distincta.

**Sciendum est quarto.** q̄ aliter in secundo de generatione probatur numerus quaternarius quatuor elementorum. & aliter in hoc libro. q̄ in secundo de generatione probatur ex combinatione quatuor qualitatum primarū simpliciter. in quibus non potest reperiri nisi quadruplex conueniens combinatio & possibilis. S; in illo libro probatur numerus elementorum ex parte locorum naturalium ad que mouentur naturaliter ipsa elementa. & ex parte motuum elementorum & etiam virtutum motuarum eorū & ideo ratio probatiua huius numeri quaternarii elementorum in hoc libro est numerus locorū in libro vero de generatione est motus ad formam. Et ideo quamuis probetur numerus elementorum ex parte illorum trium. hoc. s. locorū motuum & virtutum motuarum. tamen ex illis

tribus sumitur vna ratio. quia virtutes motiue distinguuntur secundum speciem ex parte motuum. & motus distinguuntur specie ex parte locorū.

**Conclusio Responsiua**

Ex parte qualitatum primarū sufficienter probari potest numerus quatuor elementorum s; q̄ sunt corpora simplicia mobilia ad vbi.

Probatur conclusio per rationem recitatam in secunda ratione ante oppositum. que sufficienter probat numerū quatuor elementorum quaternarium. Item probat. omne corpus simplex mobile motu recto aut est graue aut leue.

Si graue hoc est dupliciter. aut est graue simpliciter s; secundum naturam & semper natum est moueri deorsum simpliciter. s. per tria elementa & sic est terra. aut est graue secundum quid in respectu & sic est aqua. Si sit leue hoc est dupliciter aut est leue simpliciter & sic est ignis. aut est leue secundum quid & sic est aer.

**Dubitatur primo. Utrum**

Leuitas ignis & leuitas aeris differant specie. et similiter grauitas terre & grauitas aque. Arguitur q̄ non. quia caliditas ignis & aeris non differunt specie. similiter frigiditas terre & aque non differunt specie. ergo nec leuitas ignis & aeris specie differunt. nec grauitas terre & aque. Tenet consequentia. quia leuitas videtur causari a caliditate. & grauitas a frigiditate.

Oppositum arguitur. quia vni⁹ corporis simplicis est tantum vnus motus simplex sibi conueniens secundum naturam propriam. Sed natura propria ignis differt specie a natura propria aeris. ḡ & motus ignis specie differt a motu aeris. & per consequens proximū principū motus ignis quod est leuitas ignis specie differt a virtute motiua aeris que est leuitas aeris. Et similiter argueretur de grauitate terre et aque.

Dicitur ad dubium. q̄ ille qualitates motiue differunt specie & conueniunt ḡne vt probatur ē

Et posset sic probari ex parte locorum. quia loca naturalia. ad que mouentur elementa differunt specie. & motus elementorum specie differunt. ḡ p̄ consequens virtutes que sunt principia huiusmodi motuum differunt specie. quia positione distinguuntur secundum speciem per suas operationes. Ad rationem dubii negat consequentia. nec valet probatio. quia leuitas ignis non solum causatur a caliditate. sed etiam a siccitate ignis. & sic ab illis duabus. Et similiter leuitas aeris a calore & humiditate aerea. & similiter diceretur de grauitate aliorum elementorum suo modo. Unde grauitas & leuitas sunt qualitates priores via perfectionis. posteriores tamē secundum generationem. post enim grauitatem & leuitatem sequitur motus localis immediate qui est perfectissimus. generatione tamen

## De Celo et mundo.

ultimus.

### Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicitur q̄ virtutes motiue elementorum non sunt nisi due in genere. sunt tamen quatuor specie.

Ad secundam dicitur q̄ illa pbatio n̄ est sufficiens s̄ est probatio insufficiens. quia hoc assumptum. s̄ q̄ inter duo extrema contraria possunt esse plura graua duobus habet solum veritatē in contrariis extremis inter que sunt media per participationem extremorum. sicut est in coloribus. et saporibus. aer autem aqua neq̄ ea que sunt aeris aut aque nō sunt media per participationem extremorum. s̄ sunt formaliora altero extremorum. Nec dicitur leuias in respectu eo q̄ aliquid grauitatis immixtum habeat. sed sic nominatur propter penuriam nominum. et sic dicitur per similitudinem ad grauitatem proprie dictam. et similiter dicitur de grauitate. Ad tertiam patet solutio ex dictis. Sequitur in textu.

Quoniam autem locus est continentis terminus. r̄.

### Queritur quarto. vtrum

Loca naturalia grauium et leuium simplicium sint cause suorum motuum. Arguitur q̄ nō quia vel essent extrinsece vel intrinsece. Non intrinsece. quia intrinsece non separantur ab eo cuius sunt. modo locus est diuisus a loco. Neq̄ sunt cause extrinsece. quia vel essent efficientes vel finales. non efficientes. quia omne mouens effectiue est cuius mobilis quod mouetur ad locum. neq̄ etiam sunt cause finales quia finis et forma coincidunt vt dicitur secundo phisico et forma cum ergo non sint cause formales neq̄ essent cause finales. Secundo arguitur q̄ nō sint cause finales. quia finis nō mouet motu reali immediate. ergo sequitur q̄ loca non possunt esse cause finales motuum grauium et leuium.

In oppositum est philosophus in textu.

Pro responsione.

### Scienduz est primo. q̄ post

q̄ phis̄ remouit opiniones antiquorum de causis grauis et leuis. grauium et leuium. p̄r ostendit secundum opinionem propriam que sunt cause grauium et leuium.

### Sciendum est Secundo.

q̄ omnis motus naturalis est per se inter terminos contrarios et non solum per accidens. Et hoc potest probari inducendo in omnibus motibus et mutationibus. Potest etiam ostendi ratione quia nisi sic motus naturalis non esset de determinato termino in determinatum terminum. s̄

esset inter terminos diferentes. et quodlibet fieret ex quolibet quod est inconueniens. Dimis ergo motus localis est per se inter terminos contrarios. et per consequens inter determinatos terminos. Cum igitur cuiuslibet potentie passive cor respondeat determinata potentia actiua a qua speciem habet. oportet dicere q̄ quodlibet mobile motu recto habeat potentiam motiua mouētem ipsum ab vno determinato loco in vnuz de terminatum locum. et tale mouens actiuum in grauibz et leuibz est generans vt probatum est et hic dicitur. Nunc ergo restat dicere quā habitudinem habeant loca naturalia grauium et leuium ad ipsa graua et leuia.

### Sciendum est tertio: q̄ loca

Grauium et leuium simplicium in ordine ad ipsa non possunt habere rationem cause effectiue quia oportet mouēs simul esse cum moto. Nec potest dici q̄ loca moueāt attrahēdo sicut magis attrahit ferum. quia quanto corpus ē grauius tanto tardius deberet moueri deorsum. Nec potest dici loca naturalia habere rationem cause materialis nec formalis. quia sunt extrinseca locatis. et scilicet cuius mobilia actu mouentur ad loca. Quibus notatis sit.

### Conclusio Responsiua.

Loca naturalia grauium et leuium simplicium sunt cause suorum motuum in genere cause finalis. Probat̄. quia sicut se habent sanabile et sanationis motus ad sanitatem. et augmentatio et augmentabile ad quantitatem. ita se habet mobile localiter et suus motus ad vbi et ad locum sed sanabile et sanatio ordinantur ad sanitatem etiam augmentabile et augmentatio ad quantitatem vt ad finem ordinatur. ergo mobile localiter et motus eius se habent ad locum vt ad finem. Item illud ad quod mobile mouetur est finis mobilis et motus intenti a motore. sed graua et leuia simplicia mouentur ad sua loca naturalia a generante aut per se intendente. ergo loca sūt cause motuum. Item vnūquod q̄ naturaliter appetit se esse perfici et conseruari tanquam finem desiderando illa per que perficitur et conseruatur in esse. sed mediantibus locis naturalibus in quibus sunt virtutes generatiue et conseruatiue corporum grauium et leuium generantur et conseruantur graua et leuia. ergo sequitur q̄ loca grauium et leuium naturaliter appetuntur a grauibz et leuibz. Unde in ipsis locis corporum grauium et leuium sunt inflexe quedam virtutes a primo locante ipsorum grauium et leuium secundum determinatas differentias ipsorum locorum ad primum locans et ad primum locum. ideo ratio quare est illa ratio sita in loco terre et in loco aque est certa distantia que habet vnusquisq̄ loc⁹ ad primum locans

et non alius. Pro ergo quod loca naturalia sunt fines grauius et leuius et motuum eorumdem.

**Ad rationes ante opposituz**

ratione motus dicatur generatiuus. et alia ra-  
tione dicatur et corruptiuus. Alium sensum  
potest habere titulus q̄ dicitur talem. Utrum ad  
vnus compositi substantialis corruptionem  
sequitur generatio alterius et e contra. et istum  
sensem capit aristoteles.

### Sciendum est secundo quod

Materia simul et semel non potest habere plu-  
res formas substantiales. alias vnum ens eēt  
plura entia. quia cū quelibet forma substan-  
tialis dat esse simpliciter sicut posset habere du-  
as formas substantiales. pari ratione posset  
habere tres vel quatuor etiā in infinitum. et ita  
vnum ens posset esse infinita entia. Item  
actus actiuorum sunt in patiente predisposito  
secūdo de anima. modo alia et alia forma sub-  
stantialis aliam et aliam dispositionem in ma-  
teria requirit. ergo si due forme substantia-  
les simul essent in vna materia sequeretur q̄ in  
vna materia possent simul esse dispositiones  
contrarie.

### Et si obiciatur de formis

substantialibus eiusdem speciei que requirunt  
eādē dispositionē ergo videtur q̄ simul plures  
possunt esse in eadem materia. Responde-  
tur q̄ cum in habentibus materiam ipsa sit  
principium indiuiduationis: impossibile est  
duas formas substantiales vel etiam acciden-  
tales esse simul in eadem materia adequata.

### Sciendum est tertio Quod

Materia per nullum instans potest esse nuda  
et separata ab omni forma. quia materia se-  
cundum se non est ens s̄ ē in potentia ad ens  
solum. et efficitur ens actu per formam. si ergo  
separaretur actu ab omni forma sequeretur q̄  
simul esset et non esset quod implicat contra-  
dictionem. Hoc etiam potest ostendi ex or-  
dine agentium. nam semper agens posterius  
plura presupponit in actione q̄ agens prius si  
cut artifex plura presupponit q̄ natura. et na-  
tura quam agens primum. cum ergo agens

ma nō pot ee  
muda si for.

agens posterius plura  
presupponit in actione.  
93 agens prius //

Epilogus

primum possit agere nullo subiecto presupposito sequitur q̄ agens naturale in sua actione presupponit materiam. Et cum agens naturale non agat nisi per motum et transmutationem cuius subiectum oportet esse actu. sequitur q̄ omne agens in sua actione presupponit materiam actu existentem. et cum non sit in actu nisi per formam substantialem. sequitur q̄ materia sine forma permanere non potest nec sustinere transmutationem agentis naturalis ad formam.

**Conclusio responsiua.** generatio vnius est corruptio alterius et contra id est ad vnius compositi substantialis corruptionem semper sequitur generatio alterius et contra. ita q̄ in predicta propositione non sit predicatio per se et essentialis seu ydenticā sed sit predicatio per concomitantiam. Probatur conclusio. quia corruptio compositi substantialis nihil aliud est q̄ abiectio forme illius compositi a materia. vel ergo illa forma abiecta inducitur noua forma vel non. si sic sequitur q̄ ad corruptionem vnius sequitur generatio alterius. si vero illa forma abiecta non inducatur noua sequitur q̄ materia manebit nuda quod est impossibile. Eodem modo posset probari q̄ ad generationem vnius sequitur corruptio alterius. quia cui generatur aliquod compositum substantiale acquiritur noua forma in materia. et cum materia prius non esset nuda sequitur q̄ erat sub aliqua forma. vel ergo illa abiicitur adueniente alia vel non. si abiicitur sequitur q̄ ad generationem vnius sequitur corruptio alterius si vero non abiicitur sequitur q̄ due forme substantiales erunt in eadem materia quod prius probatum est esse impossibile. ergo relinquatur conclusio vera.

Ex quo inferitur q̄ cum materia sit ingenerabilis et in corruptibilis secundum suam substantiam et eius appetitus faciri non possit per vnā formam. et tamen non potest simul habere plures formas substantiales. nec potest manere nuda ab omni forma. sequitur q̄ materia est causa proprietatis generationis et corruptionis.

**Dubitatur An generatio** secundum quid semper presupponat corruptionem quemadmodum generatio substantialis. Respondetur q̄ accidentia sunt duplicia quedam enim habent contrarium. et q̄

dam non habentia enim contrarium duplicia sunt. quia quedam sunt que se habent ad inuicem q̄ ambo separari possunt a materia sicut dulce et amarum. alia vero sic se habent q̄ vnum semper inest materie. vt sunt contraria immediata. Dicendum ergo primo ad dubium q̄ in accidentibus non habentibus contrarium sed tantum p̄inationem oppositā generatio vnius non est proprie corruptio alterius de quibus arguebat tertia ratio ante oppositum sicut est generatio luminis in medio que non est alicuius corruptio. Dicendum secundo q̄ in contrariis que possunt ambo separari a materia non oportet in generatione vnius presupponere corruptionem alterius. illius scilicet quod potest separari a materia cuius alio contrario. Quis sit verum dicere q̄ semper ad generationem vnius contrarii sequitur alterius corruptio contrarii medio vel extremo. Dicitur tertio q̄ in contrariis immediatis generatio vnius semper est corruptio alterius.

**Ad rationes prima soluta** est in primo notabili. Ad secundam dicitur q̄ impertinens est vtrum ad corruptionem vnius sequatur generatio vnius vel plurium. Ad tertiam dicitur q̄ in nutritione non acquiritur noua forma simpliciter neq̄ nouum esse et ita non est ibi generatio simpliciter sed tantum est ibi partialis generatio pro q̄to acquiritur forma ipsius nutrimenti in materia ipsius nutriti. et ita sicut non est ibi generatio simpliciter ita nec corruptio simpliciter. Ad quartam patet solutio ex solutione dubii. 24. Sequitur i textu. De generatione autem et alteratione. 24.

**Queritur. vii. vtrum generatio** differat ab alteratione Arguitur q̄ non. quia alteratio est mutatio qua aliquis aliter et aliter se habet. sed ita est de generatione. quia secundum ipsam aliquid aliter et aliter se habet ergo generatio est alteratio. Secundo sic forma substantialis que per generationem introducitur est quedam qualitas vt dicitur. s. metaphis. cum ergo omnis mutatio ad qualitatem sit alteratio. sequitur q̄ generatio erit alteratio. Tertio sic in omni motu aliquid abiicitur et aliquid acquiritur. ergo in omni motu erit generatio et corruptio. et per consequens generatio et corruptio non differunt ab aliis motibus.

accidentia s̄ duplicia

## De generatione et corruptione.

In oppositum est pbūs in <sup>primo</sup> ultimo capitulo secundi tractatus huius libri.

### Sciendum est primo. quod

Postq̄ philosophus in precedenti tractatu de terminauit de generatione consequenter determinat in hoc secundo tractatu de augmentatio ne et alteratione. et prius de alteratione q̄ de augmentatione. quia alteratio est via ad qualitatem et etiam forma substantialis qualitas quedam dici potest vt aut ostendat in quo differunt generatio et alteratio.

### Sciendum est secundo quod

In qualibet re transmutabili duo oportet considerare scilicet accidentia inherencia et ip̄m subiectum et secundum vtraq̄ p̄t̄ fieri transmutatio. differēter tñ. q̄ qñ ip̄o subiecto sensibili manente eodē secundum substantiam fit mutatio in passionibus et passibilibus qualitatibus

Alteratio.

ip̄is sine sint contrarie siue medie tunc dicitur esse alteratio. et hoc est diffinitio alterationis. sed cum totum subiectum mutatur in aliud. nullo sensibili manente eodē tunc dicitur esse ḡnatio. Vñ hec est diffinitio ḡnatiois. ḡnatio ē mutatio totius in hoc totum nullo sensibili manente eodē. et ita generatio est maxime sensibilis et apparens quando ex insensibili fit sensibile hoc est quando ex paruo sensibili fit multum et magnum sicut cum ex aere fit aqua. et ita corruptio est maxime apparens quando aliquid multum sensibile corrumpitur in paruum sensibile sicut cum aqua corrumpitur. Sed quereret aliquis an sit contra rationem generationis quod in genito remanet eadem qualitas que erat in corrupto: Ad hoc respondet pbūs. q̄ in huius corruptibilibus q̄ aduincē trāsmutāt qñq̄ manet aliqua passio eadem in genito et corrupto. sicut patet quando ex aere fit aqua quia ambo sunt dyaphana. non oportet tñ q̄ huiusmodi permanentes sc̄z dyaphanū aere vel aque que trāsmutātur sunt passionēs alioquin ipsa talis transmutatio esset alteratio quia quando cumq̄ illud q̄ trāsmutatur est passio permanens est alteratio. sed tantū est generatio quando illud q̄ trāsmutatur non est passio permanens. et hoc manifestat pbūs per exemplum. nam homo musicus corrumpitur quando amittit habitum musicę. et tunc homo immusicus generatur eo q̄ musica non est passio hominis musica cum sit de ratione eius si multer musica est de ratione hominis immusicus. ideo homo musicus non manet sed ta-

men homo manet idē numero. si ergo musica et immusica n̄ essent passiones. sed essent de rōe eius tunc per trāsmutationem musicę et immusice fieret generatio vnus. sed quia musica et immusica sunt passionēs hominis. ideo quādo fit de homine immusicus fit alteratio hoīs q̄uis sit generatio musicę ex immusico. Aduertendum tamen q̄ non vult dicere pbūs q̄ manet eadem qualitas in numero in genito et corrupto sed bene manet eadē secundum speciem et genus.

quandū transmutationē id quod est mutatur non est de ratione eius quod transmutat. aliquid non generat sed alteratur.

### Conclusio prima. generatio

differat ab alteratione. Probatur. quia in generatione est mutatio huius totius in hoc totum nullo sensibili manente eodem. sed in alteratione manet idem subiectum secundum substantiam et fit solum mutatio in passionibus et passibilibus qualitatibus eius igitur conclusio vera.

### Conclusio secunda. ḡnatio

etiam differat ab aliis motibus. Patet quia generatio est ad formam substantialem. alii vero ad formas accidentales. vt alteratio ad qualitatem et augmentatio ad quantitatem. et loci mutatio ad vbi. Item proprium et inuicem diuina subiectum generationis estyle. hoc est materia prima. sed immediatū subiectum aliorum motuum est materia existēs in actu substantiali. scilicet ip̄m compositum substantiale ergo generatio differat ab aliis motibus. Sic ergo patet q̄ generatio differat ab aliis motibus ex parte terminorum et subiectorum. Alię etiā differentie multę solent assignari inter generationem et alterationem. nam subiectum generationis non generatur sed subiectum alterationis alteratur. Alia differentia est quia per generationem acquiritur aliquid nobilius. hoc non autem per alterationem. Alia differentia est quia generatio est successiua sic quod est inter formas intensibiles et remissibiles non autem alteratio. Alia differentia est q̄ semel generatum et idem in numero nō potest naturaliter amplius in idē generari. sed quod semel alteratū est iterum bene alterabitur.

### Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicitur q̄ aliter sicut et alterum dupliciter solet capi. Uno modo vt dicit diuersitatem accidentalem tātuz. et sic in generatione n̄ reperit aliter et aliter. sed aliud et aliud. Alio modo p̄t̄ capi large vt dicit q̄ cumq̄ diuersitatē siue subalē siue accidentalē et hoc modo est eodē ad

Ad dicitur ḡnatio ab aliis motibus.

ḡnatio.

generatione; et ad alterationē. Ad secundā dicitur q̄ forma substantialis non est qualitas secundū se sed tamen bene habet modū qualitatis. Ad ultimam dicitur q̄ in omni motu ad formam bene est generatio et corruptio secundum quid sed in omni tali est generatio simpliciter de qua hic intenditur et hec de questione. Sequitur in textu. De gñatiōe aut̄ 21.

**Queritur septimo. Utrum**

In corruptione substantiali ex parte formarum substantialium necesse sit resolutionem fieri vsq; ad materiam nudam. Arguitur q̄ non prius est vna forma abici quam alia; introduci. ergo si abiciantur omnes forme substantiales in illo priori materia manet nuda quod est contra prius dictum. Secundo sic nihil corrumpitur nisi a suo contrario. sed forma corporeitatis nulli forme contrariatur cum sit communis omnibus generabilibus et corruptibilibus. ergo semper manet in materia et per consequens nō fit resolutio vsq; ad materiam nudam. Tertio sic secundū philo<sup>9</sup> embuo prius viuit vita plante quam vita animalis. et vita animalis quam vita rationali. vel ergo adueniente sensitua abicitur vegetatiua vel non. si non habetur intentus. nō potest dici etiam q̄ abiciatur quia anima vegetatiua non contrariatur sensitue neq; sensitua rationali. ergo vna adueniente nō abicitur alia. Quarto sic cum ex viuo fit cadauer manet forma ossis. ergo non omnes forme abiciuntur a materia. Ultimo cum generatur mixtum ex elementis forme elementorum remanent in mixto. quia vt habetur capitulo de mixtione non corrumpitur vnum elementū neq; ambo. sed manet virtus eorum. ergo nō fit resolutio vsq; ad materiam primam. In oppositum videtur esse aristoteles ponens differentiam inter generationem et alios motus per hoc quod yle est propriū subiectum generationis. yle autem est materia nuda.

**Sciendum est primo. quod**

Si in eodem composito possent esse plures forme substantiales non oporteret in corruptione substantiali resolutionem fieri vsq; ad materiam. sed si in vno composito sit tantus vna forma substantialis necesse est in corruptione substantiali resolutionē fieri vsq; ad materiam.

**Sciendum ē secundo. quod**

est quedam opinio ponens elementa formas liter in mixto sub ipsis formis substantialibus sub esse tamen ligato. et de hac opinione postea videbitur. Alia ē opinio q̄ in homine sūt plures anime distincte secundum rem. et prior est anima vegetatiua. et postea aduenit sensitua sine abiectioe vegetatiue. et inde aduenit anima rationalis. Tertia fuit opinio auicembron ponentis in quolibet composito substantiali tot formas substantiales quot predicata essentialiter distincta possūt predicari de illo composito. Quarta fuit opinio aberti et auicenne ponentium formas corporeitatis perpetuam et manentē sub vtroq; transformationis naturalis. termino. Quinta opinio ponit q̄ in quolibet viuente sunt forme plures partiales substantiales. ita q̄ alia est forma carnis. et alia ossis. et alia sanguis. sed est vna totius que dicitur aīa. Sic ergo omēs iste opiniones conueniunt i hoc quod yle est subiectum generationis simpliciter. et q̄ in corruptione substantiali nō fit resolutio vsq; ad materiam primam. Et de omnibus istis opinionibus satis visum est in aliis libris.

**Conclusio prima pformans**

ad ea que dicta sunt in aliis libris. In composito substantiali non est nisi vna forma substantialis simplex in essentia. licet in aliquibus sit multiplex in virtute. hec conclusio satis probata est in pluribus locis. nam si essent plures forme substantiales in composito illud compositum non esset simpliciter vnum sed plura entia. generatio etiam non esset nisi alteratio. quia que libet forma substantialis dat esse simpliciter. ergo et cetera.

**Conclusio responsiua.**

In corruptione substantiali ex parte formarum substantialium necesse ē resolutionem fieri vsq; ad materiam primam. Patet ex conclusione precedenti. et cetera.

**Dubitatur primo: Utrum**

eadem qualitas vel etiam quantitas maneat in genito que prius fuit in corrupto. Videtur q̄ sic. quia nisi sic non esset facilior transitus in elementis habentibus symbolum q̄ in non habentibus. consequens est cōtra philosophū in secundo huius. patet tamen consequentia q̄ in habentibus symbolum tot qualitates conseruentur quot conseruentur in non habentibus. nec facilior

*ratio de hāc dicitur.*

*J*

*dm*

*400*

De generatione et corruptione.

transitus attendetur penes hoc quod est pau-  
ciora corrumpti. Item eadem cicatrix manet  
ret in genito que prius fuit in corrupto. et idē  
color et eadē figura manet in genito q̄ prius erat  
in corrupto. et ita de multis aliis accidentalibus.

In oppositum tamen arguitur per diffinitio-  
nem generationis a phō datam. generatio est  
mutatio huius totius in hoc totum nullo sensu  
sibili manente eodem. Ad illud dubium  
respondendū est aliter secundum eos qui ponunt  
inchoationem formarum. et aliter secundum  
eos qui negant. Non ponentes inchoationē for-  
marum dicunt q̄ accidentium quedam sunt in  
subiecto ratione forme generice et alia ratione  
forme specificice. Dicunt ergo q̄ accidentia que  
insunt subiecto ratione forme specificice non ma-  
nent eadem in generato et corrupto. quia in cor-  
ruptione substantiali abicitur forma specifica.  
et remota causa remouetur effectus. Sed  
accidentia que insunt subiecto ratione forme  
generice cuiusmodi est forma coporis bene ma-  
nent eadem secundum essentiā que prius fue-  
rant in subiecto. quia causa manente eadem  
manet effectus idem. sed non manent eadem  
secundum esse. quia licet forma generalis ma-  
neat eadem secundum essentiā non tamen secundum  
esse. Sed illi qui ponunt tantū vnā formā  
substantialem in vno composito et negant in-  
choationem formarum Respondēt q̄ accidēs  
manet bene idem secundum substantiam in  
genito quod prius fuit in corrupto. nullum tamen  
met idem secundum numerum. et accidēs  
numeratur per suum subiectum. cū ergo genitum  
et corruptum sint subiecta numero distincta. se-  
quitur q̄ accidentia vnus erunt numero dis-  
tincta ab accidētibus alterius. ideo dicit q̄ im-  
possibile est accidēs migrare de subiecto in sub-  
iectum. Et secundum hoc respondetur ad rōes  
ante oppositum dubii. Ad primam dicitur  
q̄ facultas transitus in elementis habentibus  
symbolum attendit penes hoc quod est pau-  
ciora accidentia corrumpti. Unde in habentibus  
symbolum corrumptur tantū vnā qualitas  
per se et alia ex consequenti. sed in nō habentibus  
symbolum due qualitates per se corrumpuntur  
et de hoc videbitur in. 2. Ad aliam dicitur  
q̄ bene probat q̄ eadem accidentia manent secun-  
tum species in genito que fuerūt in corrupto  
sed non probat q̄ manent eadem secundum  
numerum. accidens enim non est ens sed est entis  
compositio. transmutato ergo aliquo subiecto  
substantiali quod erat in eo dicitur transmu-  
tari et corrumpti. et si maneret eadem qualitas  
post corruptionem illa non maneret vt est cor-

rupti sed vt est geniti. et ita manēt alia secundum  
numerum. sicut etiā manet eadē materia secundum  
essentiā in genito et corrupto nihilominus  
dicitur q̄ in generatione substantiali est mutas-  
tio totius in totum. quia materia non manet  
in genito vt est in corrupto sed vt est geniti.

**Dubatur secundo. Utrum**  
a plurium agentium quolibet possit idē effectus  
numero produci. Respondetur q̄ duplicia  
sunt agentia quedam enim sunt essentialiter  
subordinata. et sic idem effectus ab omnibus  
istis numero produciatur et quodlibet illorum  
suo modo. Alia sunt agentia non per se sub-  
ordinata sed per accidēs. et hoc dupliciter. qz  
vel sunt agentia per accidens et de istis non ē  
ad propositum. quia non influunt formam in  
effectum ymo idem effectus potest esse ab in-  
finitis causis. secundum q̄ infinita possunt ac-  
cidentia accidere alicui agentis. Alia sunt  
agentia per se que tamen non sunt subordinata  
sicut agentia particularia. et loquendo de istis  
agentibus dicendum est q̄ a plurimum agentium  
quolibet nō potest idē effectus produci. qui a idē  
numero bis produceretur. quod ē inconueniēs.

**Dubatur tertio. Utrum ab**  
eodem agente plurium instantium possit idem  
effectus numero produci. Respondetur q̄  
non si tale agens producat suum effectum per  
motum et mutationem. quia ad preteritū nulla  
est potentia. et ita nulla potentia q̄ preterita ē  
potest redire. et sic non potest redire idē effectus  
numero. nō ad identitatem numeralē motus  
requiritur identitas temporum et forme siue ter-  
mini. ideo non possunt idem effectus numero  
produci in diuersis temporibus. aut diuersis  
instantibus. neqz ē aliquis effectus contingens ex eo  
potest produci instantibus diuersis. sed qz  
potest produci et non potest produci. Sed ab a-  
gente cuius actio subiacet nec tempori neqz  
motui idem effectus numero productus potest  
produci et hoc tenet articulus resurrectionis.  
Et si arguatur. quia simili ratione potest pro-  
ducere effectum existentē in actu sicut potest pro-  
ducere effectum prius corruptum. Respondetur  
consequētia. quia reproductio presupponit nō  
esse illius quod reproductur.

**Ad rationes ante oppositum**  
Ad primam dicitur q̄ ex parte materie recipiē-  
tis oportet formam preexistētem prius abici-  
quam sequentem introduci. sed e conuerso est  
ex parte agentis. non est tamen ibi prioritas tē-  
porum sed solū nature. Unde primam nō

Dū

agentia sūt du-  
plicia. //

1072

Dū

ponentes magis  
abicitur forma

aliqui nō  
est //

eodem sententia essentialis et secundum q̄ talis forma est nō tamen est eadem sententia esse qz nō est eadem  
talis numerum

esse forme preexistentis est primum esse forme sequentis. et ista materia nunquam est per aliquod in stans sine forma. Ad secundam patet solutio et alias dicitur. nam forma corporeitatis et consequenti abicitur pro quanto continetur sub forma specifica. qua remota remouentur omnia que virtualiter continet. Ad tertiam patet etiam solutio in libro de anima. Et cum arguitur de contrarietate. Respondetur quod ibi est contrarietas large accepta que est imperfecti ad perfectum.

Ad quartam dicitur quod cum ex viuo fit cadauer non manet caro nec os nisi equiuoce. nec est eiusdem speciei sicut prius. Ad ultimam solutio patebit in fine huius primi. Dicitur enim ibidem quod forme substantiales elementorum non manent formaliter in mixto sed in existente pro quanto forma mixti simplex est in essentia. et multiplex in existente. continet enim perfectiones omnium formarum elementalium sicut anima rationalis continet virtualiter vegetatiuam et sensitiuam. etc. Sequitur in textu. De augmenta tione autem etc.

**Queritur octauo: Utrum**

Augmentatio et diminutio sint motus distincti ab aliis motibus. Arguitur quod non quia tunc ignis augetur per appositionem noui ignis et albedo per appositionem noue albedinis. sed non aduenit ignis nouus nec noua albedo nisi per generationem. ergo augmentatio non differt a generatione. Secundo sic arguitur in augmenta tione necessaria est corruptio nutrimenti sed corruptio unius est generatio alterius. ergo in augmenta tione est generatio et per consequens non differt a generatione. Tertio arguitur augmentatio est conuersio nutrimenti in substantiam aliam. ergo augmentatio est motus ad substantiam et per consequens est generatio. Et similiter arguetur quod diminutio sit corruptio. quia diminutio fit per egressum alicuius intrinseci suba lis. ergo est corruptio etc. 4. sic in augmenta tione nutrimentum prius existens dissimile efficitur simile. hoc autem fieri non potest nisi per alterationem. ergo augmentatio est alteratio.

5. sic augmentatio est motus nutrimenti distinguens partes uiuentis generatio non differt a motu locali. Item illius quod augetur partes ex crescunt in maiorem locum et illius quod diminuitur decrescunt in maiorem. ergo augmenta tione et diminutio sunt motus locales. In oppositum est probatum in 2. capitulo huius secundi tractatus. Pro responsione.

**Sciendum est primo: quod**  
Postquam probatum determinauit de generatione et

corruptione et alteratione. et ostendit qualiter adinuicem et ab aliis motibus distinguantur. consequenter determinat de augmenta tione et diminutione ostendens primo qualiter differunt ab aliis motibus. et deinde circa quid et in quibus et qualibus habent fieri. Pro deca ratione primi de quo est questio presens.

**Sciendum est secundo. quod**

Augmentatio solet accipi tripliciter in modo pro quacumque maioratione alicuius rei. cuius cumque nature sit siue substantia siue accidens siue substantia corporalis et materialis siue spiritalis. siue fiat talis maioratio per appositionem noue materie siue acquisitionem quantitatis absque additione noue materie. siue fiat per intentionem aliquam siue complexionis.

Secundo solet accipi magis stricte pro maioratione alicuius siue discreti siue continui qualitercumque fiat. Tertio accipitur proprie pro maioratione alicuius quantitatis alicuius uiuentis finita per ingressum extrinseci conuersi in substantiam uiuentis per actionem caloris naturalis.

**Sciendum est tertio. Quod**

in quolibet uiuente calor naturalis agit in nutrimentum uiuentis aliquid consumendo de humido radicali id uiuens semper indiget nutrimento per quod restauretur deperditum. et cum plus restauratur quam deperditum sit. tunc augetur uiuens. sed cum equaliter tunc nec augetur nec diminuitur. sed nutritur tantum.

Et istis potest assignari quid est augmenta tione proprie dicta. Unde augmentatio est conuersio nutrimenti in substantiam aliam plus quam deperditum sit per actionem caloris naturalis facta ab anima. ut uiuens suam debitam quantitatem attingat. Per hoc enim quod dicitur conuersio quodammodo tangitur causa formalis. et per hoc quod ponitur nutrimenti tangitur causa materialis et cum adiungitur plus quam deperditum sit denotatur differentia augmenta tione a nutritione. et cum dicitur per calorem naturalem tangitur causa efficiens principalis. cum vero subiungitur ut uiuens etc. tangitur causa finalis. Patet ergo quod hec differentia est causalis. patet etiam quod in augmenta tione quasi omnes motus sunt. nam si in augmenta tione inueniatur corruptio scilicet nutrimenti et etiam generatio partialis efficitur sub forma uiuentis: adnectatur sibi etiam altera tione qua nutrimentum prius dissimile existens efficitur simile nutrimento. adnectitur etiam ei quodammodo motus localis quo atrahitur nutrimentum ad singula membra uiuentis. etiam illius quod augetur partes crescunt in maiorem locum et sic augmenta tione quodammodo adnectuntur omnes motus et per hoc soluitur argumeta ante opposita.

*de similitudine*

### De generatione et corruptione.

#### Conclusio responsiua. Licet

augmentatōni quodāmodo adnectuntur oēs alij motus tamen augmentatō secundū se est vnus motus ab alijs distinctus secundum rez et rationem et simili modo dicēdum est de diminutione. prima p3 in notabilibus. secundā partē declarat aristotiles dupliciter. Primo qz alteratio est ad qualitātē. generatio et corruptio ad substantiam. loci mutatio ad vbi. augmentatō et diminutio p se sūt ad q̄ritatē. cū illi termini sunt realiter distincti et motus eiusdez esse cum termino ad quē: sequit̄ q̄ augmentatō secundū se eēt motus ab alijs secundum rem distinctus. 2º pbat aristotiles differētiā ex modo trāsmutationis. qz non est necesse illud quod alterat̄ neqz etiā illud quod generatur trāsmutari secundū locum. nec secundū totū. nec secundū partem. sed illud quod augetur et etiā illud quod diminiuit̄ trāsmutat locum. quia in augmentatōne partes occupant maiorē locum et in diminutiōe minorē. Aduertens tamen q̄ illius quod augmentatur vel diminiuit̄ partes mutant locum. Aliter tamen q̄ id quod mouet̄ motu recto. Nā illiº quod mouetur motu recto partes mutant locum totaliter. Sed illius quod et aliter mouetur partes mutant locum toto semper remanēte in loco sic autē non contingit de illo quod augetur et diminiuitur. Patet ergo ex modo trāsmutatis q̄ augmentatō et diminiuitō differant ab alijs motibus. possēt etiam assignari differētia ex parte materie siue obiecti. nam nutrimentum pōt cōsiderari vt est in potentia ad formā vniuersitatis et sic est materia siue obiectū nutrimentis. Potest etiaz cōsiderari vt est potentia talis et sic est materia alterationis. Potest etiā cōsiderari vt est potentia q̄ritum et sic est obiectū augmentatōnis. Et si querat̄ qualiter differt augmentatō a rarefactiōe de hoc factis habitū est. 4º pbi. nam rarefactio per se terminat̄ ad qualitātē. augmentatō vero per se terminat̄ ad quantitātē. et itez in rarefactiōe non aduenit noua materia sed solum materia exilens sub parua quāritate efficiat̄ sub maiori. ideo in rarefactione non est augmentatō nisi primoº aut secūdoº dicta. Sed in augmentatōne proprie dicta aduenit noua materia et noua q̄ritas que quidem noua materia per calorem vniuersitatis conuertit̄ in substantiam eius. Rationes facte solute sunt in corpe q̄stōis. Sequitur in textu. Circa quid aut. 2d.

#### Queritur nono. vtruz illud

quod augetur sit solum in potentia quantum nullam penitus habens quāritatē. Arguit̄ q̄ sic quia augmentatō est motus ad quāritatē

tem sed omnis motus est actus entis in potentia sed ad terminū motus. ergo augmentatō ē ex quanto in potentia et nō in actu. Arguit̄ secundo augmentatō est ad q̄ritatē in actu ergo non est ex quanto in actu alias augmentatō esset ab eodem in idem. Tertio arguit̄. idē est subiectum augmentatōnis et generatōnis vt dicitur in textu. sed subiectū generatōnis non est actu quāritum ergo neqz subiectum augmentatōnis. igitur 2d. In oppositum est aristotiles in textu.

**Sciendum est primo:** Quod postq̄ phis ostēdit qualiter augmentatō differt ab alijs motibus cōsequēter ostēdit circa q̄ qualiter et per que habeat fieri augmentatō.

**Sciendum est secundo** Quod idē ē subiectum radicale et primum generatōnis et aliorum motuū. ideo aristotiles inquirens an subiectū augmentatōnis sit separatū oīno a corporeitate et magnitudine illud primo inquiret de subiecto generatōnis. Et dicit q̄ dupliciter potest ipm esse separatū a magnitudine. vno modo secundū esse et secundum locum. Alio modo secundum esse et nō secundū locū. sed sit in aliquo loco sicut vinū in dolio

*scilicet p̄ se materia p̄ ad quantitatē sub̄stantiā p̄ se ad eūdem adiecti hanc mutatio*

**Conclusio prima.** subiectuz generatōnis non est separatū secundum esse et secundum locum ab omni corporeitate et magnitudine. quia si sic tale corpus non haberet nisi vt punctus vel vacuum id est corpus insensatum que secundum antiquos idē sunt. Sed si vt punctus tunc locus esset vacuum. Punctus enī nō est in loco eo q̄ locus est diuisibilis et mensurat̄ p̄ se. si vero vt corpus insensatum esset vacuum quod est in cōueniēs quia vacuum non est vt. 4. pbi. ergo 2d.

**Secunda conclusio** Subiectum generatōnis non est separatū secundum esse ab omni corporeitate et magnitudine exilens tamē in aliquo corpore non sicut pars eius sed quasi locatum in loco sicut vinum in dolio. Probatur primo conclusio ducendo ad tria inconuenientia. primū est. Quia si sic sequeretur q̄ ex aqua fieret aer aqua non trāsmutata. patet quia si aer sit in aqua et sit separatū secundum esse ab aqua tunc aer potest separari ab aqua non trāsmutata sicut vinum trahit̄ a dolio vino non trāsmutato. Sequeret̄ item q̄ in aliquo corpore puta in aqua possent esse infinite materie. patet cōsequētia. qz cum materia sit seclusa ab omni corporeitate et magnitudine sequeretur q̄ non occupat locū et ita possunt simul esse infinite materie et per consequens infinita simul ex vno generari.

3º ad idem p̄ augmentatōnis affir  
 1º est q̄ i. quod auget̄ q̄libz pars auget̄  
 2º augmentatō fit adueniens alij q̄tiferō  
 3º est q̄ id qd auget̄ alij mōte id s̄b̄to ut p̄us  
 4º dicitur in textu  
 3º p̄ dicitur in textu  
 1º in eo quod auget̄ nō ē p̄one uacuo  
 2º in augmentatōne nō fit penetratō dimensio  
 3º augmentatō nō fit adueniens alij in corrupto

Item sequeret q̄ gñatio non esset nisi exitis a materialitate. i. extractio vnus ab alio ip̄o ñ mutato. 2º pbat̄ cõclusio ista on̄sue sic. subiectũ gñatiõis nõ est indiuisibile ergo o3 q̄ sit q̄ et diuisibile. añs p3. q2 indiuisibile est teriº alicuº diuisibilis. sed materia nõ est terminº yº e terminata ergo nõ e indiuisibilis

**Conclusio. iiii.** Idem est subiectum generationis naturalis et augmentationis. Patet quia generatio naturalis terminatur ad corº naturale et augmentatio ad corº q̄tũ. sed eadẽ est materia corporis naturalis et corporis quanti. ergo idẽ e subm gñatiõis et augmẽtationis. et cũ subm gñatiõis ñ sit sepatum a magnitudie vt ostensuz e. sequit̄ etiã q̄ subm augmẽtatiõis nõ est actu sepatũ a magnitudine. Aduertẽdũ est q̄ quũ subm augmẽtatiõis sit actu quãtũ tñ augmentatio non e ex eo secũdũ q̄ est actu q̄ s3 2º q̄ e ipotẽtia ad maiorem q̄tũtate et hoc bene pbat̄ ratiões ante oº. Unde in q̄tũtate cõsiderata 2º suaz simplicez formã nõ est cõtrarietas neq3 morº. vt3. s. pbi. sed in q̄tũtate cõsiderata vt e terminº corporis naturalis imposiº a forma naturali determinate sibi maximũ et minimũ in q̄tũtate hoc e in q̄tũtate cõtrarietas ñ qdẽ 2º diuersas rõnes q̄tũtatis. sed in eadẽ spẽ s3 rõnes perfecti et impfecti et ita augmẽtatio est ex q̄to impfecto ad q̄tũtate pfectũ. ideo q2 q̄tũ impfectũ est in potẽtia ad q̄tũ pfectũ. ideo augmẽtatio est ex q̄to i actu et q̄to in potẽtia p se tñ e ex q̄to secũdũ q̄ e in potentia ad maiore q̄tũtatem.

Aduertẽdũ etiã q̄ licz sit idẽ subm p1º. et radicale gñatiõis. et augmẽtiõis. tñ aliud et aliud est ppiũ et primũ vtriusq3. Quis enĩ materia sit sub aliquo actu subali et sub aliqua q̄tũtate tñ vt sic nõ est p se subm gñatiõis simpliciter. s3 solum p accidẽs yº ipa cõsiderata vt est in potentia ad actũ subalẽ est p se ppiũ subm gñatiõis. sed ppiũ et p se subm augmẽtatiõis est materia existẽs in actu subali et sub q̄tũtate pfecta. secũdũ q̄ est in potẽtia ad pfectã q̄tũtate sed ipa materia existẽs in actu subali et sub q̄tũtate pfecta s3 q̄ est in potẽtia ad minorem q̄tũtate est p se subm diminiõis. S3 hic oritur vnũ dubium quod mouet aristotiles in textu.

**Dubitatur** Utrum in augmentatiõe illud quod adueit puta cibus augeat̄ vel illud cui adueiat puta mẽbrum vel vtrũq3. Pro solutiõe dubii premitit tres cõditiões augmẽtationis. Prima est q̄ illiº quod augeat̄ que libet ps augeat̄. et illiº quod diminiuit̄ quel3 ps diminiuit̄. Secũda est q̄ augmẽtatiõ sit adueniẽte aliqº extrinseco. Tertia e q̄ illd q̄ augeat̄ manet idẽ numero post et añ. Sed cõtra secũdã cõditiõẽ obicit̄. q2 illud extrinsecũ vel

esset corporeũ. vel incorporeũ. nõ incorporeũ. quia tale nõ augeat̄. nec corporeũ. quia esset penetratio dimensionuz in re augmẽtata et ppter hanc rõem dicit̄ sic obiciẽtes augmẽtationem fieri per rarefactiõem sicut cũ aqua fit aer e augmẽtatio et cũ ex aere fit aqua est diminiõ.

Sed cõtra hoc arguit̄ pbius. q2 qñ ex aqua fit aer si ibi esset augmentatio vel aqua augeat̄. vel aer. vel aliquid cõe ambobº. vel aliquid tale. Nõ aqua q2 corũpit̄. nec aer. q2 incipit̄ e de nouo in fine trãsmutatiõis. modo augmẽtatio rei sequit̄ in ceptionẽ rei. nec aliquid cõe ambobº. q2 oportet illud quod augeat̄ manere idẽ añ augmẽtationẽ et post 2º esse et rõem cũ ea forma sit e et ratio rei. et cũ ex aqua fit aer variet̄ forma sequit̄ q̄ nõ est aliquid cõe ibi manẽs idẽ secũdũ rõẽ. Oportet ergo dicere q̄ augmẽtatio fiat adueniente aliquo extrinseco quod est primo dissimile et efficit̄ simile p alteratiõem et cõuertit̄ in formã illiº cui aduenit. nec ibi est penetratio dimensionum. quia illud quod aduenit augeat̄ illud cui adueit et crecit̄ in maiore locũ et etiã restituit̄ depdituz. Unã illud extrinsecũ cõuertit̄ in subam illius cui adueit et fit vnũ cũ ip̄o quod pbat̄ pbius. q2 nisi fieret vnũ cũ ip̄o p se existeret et sic non esset augmẽtatio. sed gñatio. Ex quo p3 solutio dubii sc3 q̄ illud cui nutrimentũ adueit e illud quod augeat̄. p3 q2 illud quod augeat̄ manere o3 idẽ añ augmẽtationẽ et post. sed sic est de corpore vel mẽbro cui adueit nutrimentũ et non de nutrimento ergo rã. Item sicut est in alteratiõem ita est in augmẽtatiõem. sed in alteratiõem illd quod maet̄ vnũ et idẽ dicit̄ alterari sc3 ip̄ subm et nõ qualitas adueniẽs. ergo similt̄ in augmẽtatiõem corpus vel mẽbrum quod maet̄ vnũ et idẽ dicit̄ augeri. et nõ sibi adueiens. Unã in augmentatiõem aia est primuz pncipiũ augmentã et alterã non alteratuz vel augmẽtatũ. s3 alterã alteratũ e ip̄m corpus vel mẽbruz quod in se h3 virtutẽ augmẽtatiã et alteratiã et cõuertendi illud in sui naturam sed cibus vel nutrimentũ nõ augeat̄ effectiue. sed vt materia augmẽti. Rões sunt solute in corpe quelidõis. rã. Sequit̄ in textu.

**Queritur decimo** vtruz tres cõditiões augmẽtatiõis sint sufficĩter poite In quaz p̄ia dicit̄ q̄ illiº quod augeat̄ q3 ps augeat̄ et illius quod diminiuit̄ quel3 ps diminiuit̄. Secũda e q̄ illiº quod augeat̄ añ augmẽtatiõem et post manet vnũ et idẽ. Tertia est q̄ augmẽtatio sit adueniente aliquo extrinseco. Arguit̄. 1º cõtra primã ptem. quia si sit aliqua pars corporis infirma et alie sane. ptes sane possunt augeri pte infirma nõ aucta

tres conditiões  
augmẽtatiõis /



## De generatione et corruptione.

Secundo arguitur. si ita esset oporteret nutrimentum transire ad singulas partes illius quod augetur. et cum tales sint infinite oporteret nutrimentum dividi in infinitum quod est impossibile. Tertio sic contra secundam partem. partes illius quod augetur continue fluunt et defluunt. ergo non manent idem. 4. sic contra tertiam partem. quod quedam animalia vivunt et augetur sine adventu alicuius nutrimenti extrinseci. sicut patet de multis avibus. ergo etc. Item si adveniret aliquod extrinsecum vel illud esset corporeum vel incorporeum. si incorporeum. quod incorporeum illud non est quantum in actu et ita per sui appositionem non faceret maius secundum quantitatem. si vero esset corporeum sequitur quod duo corpora erunt in eodem loco scilicet corpus quod augetur et corpus quod additum auget. hoc autem est impossibile. igitur etc.

In oppositum est probatum in textu.

### Sciendum est primo quod

Postquam probatum ostendit circa quid habeat fieri augmentatio consequenter manifestat quaedam conditiones augmentatiōis quae sunt sex. scilicet tres affirmative de quibus titulus praesentis questionis est formatus. et tres sunt negative. quarum prima est quod in illo quod augetur non oportet ponere vacuum ut augmentatio fiat. Secunda est quod augmentatio non fit adveniēte aliquo incorporeo. Tertia est quod in augmentatiōe non est penetratio dimensionum. Et ex tribus primis conditionibus declaratis relinquit aristoteles alias tres conditiones negativas manifestas.

### Sciendum est secundo quod

In vivente corpora dissimilium partium augetur per hoc quod partes similitium partium augetur. sicut manus que componitur ex carne osse nervo et musculo et sic de aliis augetur cum quolibet illarum partium augetur.

### Sciendum est tertio. quod

Quaedam sunt partes secundum formam et speciem que dicuntur formales et quaedam sunt secundum materiam que dicuntur materiales. eadem vero pars dicitur secundum speciem et secundum materiam. sicut caro vel os. scilicet dicitur secundum speciem et secundum materiam alia et alia ratione. nam caro dicitur pars formalis et secundum speciem put in ea consideratur id quod pertinet ad speciem carnis. scilicet dicitur secundum materiam put in ea consideratur id quod est materiale. ideo dicitur pars quod si accipiatur secundum speciem illius quod augetur quolibet pars augetur. in quolibet enim parte secundum speciem considerata addit aliquid tanquam permanenti. sed pars materialis non augetur quod illud quod augetur oportet permanere idem. non autem permanet eadem quolibet pars considerata secundum materiam sed solum secundum speciem et formam sicut dicitur philosophi. species separata a materia sicut conti-

nens ad contentum et mensura ad mensuratum. sic ergo oportet intelligere de carne secundum speciem et materiam sicut de mensura et mensurato sive de continente et contento. Si quis ei aquam mensurat ita quod sit semper alia et alia aqua puta si ex vase pleno guttatim effluat et guttatim supinfundatur datur erit tamen semper eadem considerata mensura aquae. non autem erit eadem considerata materia aquae. Similiter oportet intelligere quod species et forma carnis in vivente semper manent eadem tanquam quaedam mensura. non tamen semper manet eadem materia in qua suscipitur species et forma carnis. Et similiter de fluvio qui semper manet idem quantum ad speciem fluviu et tamen materiale aquae semper est alia et alia. Similiter est etiam in igne cuius species et forma manent idem in fornace inferni ligna in quibus materialiter ignis ardet consumatur et iterum alia apponantur. Idem etiam apparet in populo civitatis qui semper manet idem secundum id quod est speciei. Quis homines ex quibus materialiter constitutus est populus quidam moriatur et alii succedant. Sic igitur semper manet in vivente illud quod pertinet ad speciem carnis vel ossis vel alterius partis licet materia in qua est talis species vel forma fundatur paulatim et consumatur per actionem carnis et alia de novo adveniat per nutrimentum. Sic ergo quando aliquod corpus augetur augetur materia carnis quia plus generatur per nutrimentum quam perditur sit per actionem carnis.

### Sciendum est quarto quod

Non oportet augmentatiōem fieri adveniēte aliquo incorporeo. neque tamen propter hoc sequitur duo esse simul. neque corpus quod augetur esse vacuum. quia plus fluit illud quod restituitur per nutrimentum. quam illud quod perditur fuit per carnem. virtus eius naturalis quae pertinet ad speciem extendit illud quod est generatum ex alimento in maiorem quantitatem secundum dimensionem. et ita occupat maiorem locum quam ante. Illis visis sit.

### Conclusio prima. augmentatio

Debet fieri secundum partes formales et non materiales. patet quod pars materialis non manet eadem sed quedam defluit consumpta per carnem et quedam evenit restituta scilicet per nutrimentum. partes autem secundum speciem manent. et quia ipse sole in virtute formae habent virtutem convertendi nutrimentum in sui substantiam. ergo conclusio vera.

### Conclusio secunda. Illius

Quod augetur quolibet pars formalis augetur et illius quod diminuitur quolibet pars formalis diminuitur licet non quolibet pars materialis. quia pars formalis manet et habet virtutem convertendi nutrimentum in sui naturam non autem pars materialis ut dictum est. Hanc etiam conclusionem probat philosophus per signum. quia manifestum est

b. i.

Nō q̄ porci dicitur q̄dam frumina parva p̄ q̄  
est suavis repleta subtili sanguine & subtili  
sua q̄ facit pot. reddere adveniet alij cor.  
alto

utur nalis. /

¶ partes dissimiliū partium augentur per hoc  
 ¶ partes similium partium augentur vt dictū est  
 prius. sed cū caro augetur non ita manifestū est  
 ¶ quolibz pars eius sanguinea augetur sicut  
 cū manus augetur manifestū est ¶ quolibet ps  
 manus augetur. et ita inter partes materiales  
 quedā sunt manifeste ille scz que habēt opatio  
 nes extrinsecus opantes sicut partes organice  
 vt manus et oculus. Sed alie sunt ptes orga  
 nice occulte ille scz q̄ non hnt opationes ap  
 parentes sicut est caro. et inde est q̄ de carne  
 mortua dicim<sup>9</sup> q̄ est caro quasi videat se ha  
 bere in mortuo sicut se habebat in viuēte. ita  
 ac si n̄ haberet aliquā opationē in viuēte. sed  
 oculus extract<sup>9</sup> a corpore in viuēte nō dicitur  
 oculus nisi equiuoce. qz oculus in viuente ha  
 bebat opationē manifestā

**Conclusio.iii.** Illud quod  
 augetur semper manet vnū. et idē secundū nu  
 merū. Patet. qz licet ptes materiales con  
 tinue fluāt et resuuant tñ ptes formales secūdu  
 quas fit augmentatio semp manēt eadē. ergo  
 augmentatio semp manet idē secūdu numerū.

**Conclusio quarta.** Augmen  
 tatio fit adueniente aliquo corporeo. p3 quia  
 augmentatio fit secūdu ptes formales p actio  
 nem virtutis naturalis q̄ est in ipis et exten  
 dit secūdu omnē dimensionē p actionē ipius  
 virtutis naturalis. hoc autē fieri non potest sine  
 noua materia adueniente q̄ non est sine quali  
 tate que p hmo i actionē conuertit in substātiā  
 iparū ptiū formalium ingrediendo eas et  
 extendendo eas. ergo p̄ vera.

**Conclusio responsiua scilicet**  
 ¶ tres conditiones augmentationis sunt suf  
 ficenter assignate. patz p ea que dicta sunt. Sz  
 circa predictā oriuntur dubia.

**Dubitatur primo An ad**  
 saluandum augmentationem conueniens sit  
 ponere poros. Respondet q̄ cū augmenta  
 tio fiat per transmutationē nutrimenti quod ē  
 corporeū ad singulas partes viuētis oportet  
 ¶ in viuente sint pori in singulis partib<sup>9</sup> ad  
 recipiendū nutrimentū vt auertatur in substā  
 recipientis.

**Dubitatur secundo Utrum**  
 calor naturalis continue in humidū radicale  
 agat. Respondet ad dubiū q̄ per humidum  
 radicale intelligit<sup>r</sup> omis ps viuētis q̄ corrupta  
 restaurari nō potest per naturā sicut manus v<sup>l</sup>  
 oculus. sed per humidū cibale intelligitur nu  
 trimentū dispositū ad cōuersionē i viuētis  
 substātiā sicut est sanguis vel aliquid aliud.

**Dicitur ergo ad dubiū q̄ q̄ diu calor natu**  
 ralis inuenit humidū cibale sp̄ agit in ipm. et  
 quādo non inuenit humidū cibale agit in hu  
 midum radicale.

**Dubitatur tertio An nutri**  
 mentū sit simile v<sup>l</sup> dissimile ei q̄ nutrit. Ad  
 hoc respōdetur q̄ in principio est dissimile et in  
 fine alterationis est simile cū scz conuertitur in  
 substātiā mēbrū. nō tñ adeo efficit simile quin  
 retineat naturā illius a quo sumptū est. sic san  
 guis factus ex lactuca est frigidus. de hoc autē  
 latius in primo dubio sequentis questionis  
 determinandū est.

**Dubitatur quarto Qualiter**

Differūt nutritio et augmentatio a gñatione.  
 Respōdet q̄ differunt ex parte obiectorum  
 formaliter distinctoz vt dicit<sup>r</sup> in libro de aīa.  
 quia genitū accipit formā educatā de materia  
 que est suba generatiōis et ē ipm subiectū p se  
 subsistēs. sed in nutritione et augmētatiōe nu  
 trimentū accipit formā mēbrū nō manens p se  
 sed vnitū secūdu substātiā cū membro.

**Dubitatur quinto Utrum**

Augmentatio sit q̄m aut quale. Respō  
 det q̄ sicut omnis mot<sup>9</sup> et mutatio est ad sin  
 gulare p se et ex psequēti est ad vniuersale. ita  
 dicendū est de augmentatiōe.

**Dubitatur sexto An motus**

nutrimēti quod trāsmitit<sup>r</sup> ad singulas ptes vi  
 uētis sit naturalis. Respondet q̄ si cōside  
 retur natura nutrimentū nō est naturalis. sed si  
 cōsideret<sup>r</sup> motus aīe qui est in nutrimentō que  
 quidē aīa habet mouere sz omne differentia  
 positiōis talis motus est naturalis.

**Ad rationes añ oppositum**

Ad primā dicit<sup>r</sup> q̄ cū dicitur q̄ illius q̄ au  
 getur quibet ps augetur intelligendum est si ptes  
 sint bene disposite et sane. Ad secūda dicit<sup>r</sup>  
 q̄ sicut ptes viuētis sunt finite secūdu actū  
 ita nutrimentū. nec sunt diuisibiles ptes mēbrū  
 in infinitū cōsiderata forma substātiāli q̄m  
 considerata sola q̄titate sint diuisibiles in in  
 finitū. Ad tertiā dicit<sup>r</sup> est q̄ ptes mate  
 riales fluunt et resuunt sed nō ptes formales.

Ad aliam dicit<sup>r</sup> q̄ sunt quedāz aīalia ha  
 bētia calore debile. nō p longū tēpus calor eoz  
 debilis pōt pseruari circa nutrimentū assumptū  
 vt nō de nouo sumat extrinsecū nutrimentū.

Ad vltimā rñdet<sup>r</sup> ex dictis. qd. Sequit<sup>r</sup> in  
 textu Queret aut aliquis quale oz ēē. r. q.

**Queritur vndecimo Utrum**

Augmentatio sit vnus motus et continuus.

## De generatione et corruptione.

6. sic mixtū mouet̄ naturaliter secū dū naturā elemēti p̄dñantis i eo vt h̄z. p. in p̄ de celo ergo o3 elemēta manere i mixto formaliter alias vnū elemētu non p̄dñaret̄ alteri. In o. arguit p̄ si elemēta manerēt formaliter i mixto cum ip̄a specie differūt sequeret̄ q̄ ip̄m mixtū eēt diuersarū speciez et eēt pl̄ra entia subalia. 2. sic si elemēta manerēt formaliter i mixto vt iuxta se inuicē ponerētur et tūc non q̄l̄z p̄ mixti eēt mixta quod ē cōtra naturā mixtiōis. vt siml̄ i qualibz pte materie adequate eēt forme quatuor eoz. Hoc aut̄ videt̄ impossibile. p̄ qz in eadem materia eēt pl̄res forme subales. et sic essent pl̄res actō subales et pl̄ra eē. Itē videret̄ ibi eē penetratio diuisionū. qz q̄l̄z forma subalis requirit deterioratā q̄tūtatē in materia. Itē si elemēta manerēt i mixto tūc manerēt actu i mixto et p̄ o3 non essent. Pro respōsione

**Sciendum est primo q̄ Auer-** rois dicit formas eoz eē inēnsibiles et remissibiles. dicit et̄ q̄ duplices sūt forme subales q̄ dā enī sūt p̄fecte q̄ simpliciter teriant materias cuiusmōi sūt forme mixtoz. ita q̄ materia recipēs formā mixti nō sit in potētia ad vltiorē formā subalē. s̄ forme eoz nō actuant materiā in terio s̄ magis sūt q̄dā dispositiōes et eleuatiōes materie ad maiores p̄fectiōes forme recipiēde. id elemēta dicunt̄ quasi eleuata. Et ex hoc dicit q̄ ela. pprie nō sunt spēs qz non sunt gradus deteriorati et s̄xi entibz s̄ magis sunt vis in spēs. Et s̄ hoc dicit Auerrois q̄ forme substāciales eoz sūt quasi medie iter formas substāciales p̄fectas et formas accidētales. et ita nihil p̄hibz formas subales eoz eē itēnsibiles et remissibiles. nā s̄ eū nō videt̄ qualiter possint manere ela et qualr diuersimode i diuersis mixtis. manerēt nisi forme ip̄oz eoz possēt itē di edremitti. Et ita s̄ Auerroim forme eoz remanētes i mixto i diuersis mixtis diuersimode remittunt̄. nā in vno mixto magis remittit vnū elemētu q̄ aliud. i alio at̄ mixto stat o. ita vt secū dū diuersos gradō remissōis eoz fiāt diuersi gradus mixtoz. sed quando elemēta existunt in se ipsis separata forme elemētorum sunt ibi in esse extensō. Sed si Auerrois

for. ~~est~~ duphoro  
Auerro.



In  
lib  
emp

In  
lib  
emp

esse in contradietoria  
mediu

Qualitates prime que sunt in  
elemento pro illo eto

opinio alberti.  
de eto manetibus  
in mixto.

opinio egidij

intellegerit q forme substantiales elementorum  
pro qto sunt de genere substantie sunt intensibi  
les et remissibiles hoc est impossibile. qz esse sub  
stantiale cu sit primu in analogia i indivisibili  
consistit. si eni ibi esset intensio et remissio opor  
teret q inter cotractoria esset mediu scz in  
ter esse et non esse. cu forma substantialis dat ee  
simpliciter. S; si Averis. intelligat q forme sub  
stantiales elementoz accepte secundu esse pblicu  
et naturale prout scz sunt activa et passiva sunt  
intensibiles et remissibiles sic veru dicit. quia  
qualitates prime que sunt principia substantia  
lia elementoz pro illo elemento p qo sunt actia et  
passiva sunt intensibiles et remissibiles sicut ei  
de ratione hominis albi est albedo. ita etiā de rō  
ne et substantia elementoz acceptoz sub attūe  
et passione sunt qualitates prime. Alius est  
modus secundu Albertu respondendi ad qstioez  
predictā. dicit eni q elementa habent duplex esse  
scz esse substantiale et primu. et esse accidentale  
et secundu. Iterum esse substantiale est duplex  
quoddā est integrū et perfectū siue liberum. et  
tale esse habet quodlibet elementū in se ipso. Aliud  
est esse substantiale quodāmodo ligatū et diminu  
tum siue fractū et tale habet elementū alteratū  
ab alio et cū eo mixtū. Dicit ergo Albertus q  
elementa manēt in mixto qtum ad esse substa  
ntiale ligatū et fractū et etiā qtum ad ee accide  
ntale. Sed nō manent in mixto qtum ad esse li  
berum et integrū. Et hāc materiā tractat Alber  
tus diffuse in 3o. de celo insequēdo Avicennā.

Alius est modus respondēdi Egidij de roma  
insequent doctorem sanctū in hac parte. dicit  
eni q vna forma potest virtualiter et eminēter  
contineri in alia. forma eni imperfecta continet  
in forma perfecta eminenter et virtualiter sicut  
vegetatiuum in sensitivo. et sensitivum in ra  
tionali. et quia sensitivū potest quicquid pot  
vegetatiuū et cū hoc plus iō vegetatiuum est  
eminenter in sensitivo. sed nō actualiter et in p  
pria forma. alias ibi essent due forme substan  
tiales. sed vegetatiuū est in sensitivo sicut trago  
nū in tetragono et tetragonus in pentagono vt  
dicit phis in 2o de aia.

**Conclusio Responsiva Ad**  
quesitū. forme elementoz cōtinētur in forma  
mixti virtualiter et eminenter. sed non manent  
in mixto formaliter et actualiter. ita q sint due  
forme et diverse a forma mixti ymo forma mix  
ti continet virtualiter formas elementoz et est  
simplex in sua essentia et indivisibilis. Patet  
prima pars qz forme elementoz ordinantur in  
formā mixti. ergo in eo virtualiter manent. nā  
forme et species rerum se habent sicut numeri.  
vt habet phis octavo methaphisice. vñ sicut  
minor numerus cōtinetur in maiori ita forma

imperfecta in perfectioni. et secundū hoc mix  
tum est substantialiter mixtum. quoniam in  
eo non solum manent elementa virtualiter.  
vt quidam dicunt qui male intellexerūt aristo  
telem ymo manent qtum ad formas substantia  
les quia reservāt substantialiter et eminenter in  
forma mixti. et secundum hoc possent solui rati  
ones ante oppositū facte. etiā accidētales for  
me elementoz in mixto non manent secundum  
actum proprium sed manent in quadam for  
ma seu qualitate complexionali que se habet  
vt medium inter qualitates primas elementoz  
et huiusmodi qualitas complexionalis ē propria  
dispositio materie ad mixti formam. Sic ergo  
patet q forme elementoz manēt in mixto vir  
tualiter vt probant rationes ante oppositū. s;  
nō manent formaliter et actualiter in mixto vt  
probant rationes post oppositū et videtur  
via ista esse probabilis. Albertus autem in 3o  
de celo non videtur loqui secundum opinionē  
propriam sed ibi exponit opinionem Avicēne  
siue tamen loquatur secundum opinionē siue  
non posito sua est probabilis et subtilis s; hec  
ultima videtur esse probabilior.

**Ad rationes ante oppositū**

Ad primaz et ad omnes alias dicitur q bene  
probant q elementa virtualiter manēt in mixto  
secundum formam mixti que continet eminen  
ter omnes perfectiones substantiales et accide  
ntales elementorum que ad ipam ordinantur.  
et per hoc dicitur aliquid formaliter mixtum.  
sed non remanēt formaliter in esse substantiali.  
ergo. et c.

**Sequitur liber secundus.**

**De mixtione quidez igitur  
et tactu et de facere et pati dic  
tuz est quomodo erunt in  
rebz transmutantibus secun  
dum naturam.**

forme sūt sic numeri  
i. s. matha.

Nō q ad quāt mixto oīa electa uenientia ad mixtionē corrumpūt. Ex qhitate electa quāt quip  
quāt qhitas media q dī mixta qhitas. Ex qhitate nō differt in spē a qhitate qhitate ad  
pōho sit dīa sū magis et mixta sū alios nō sū differt. Ex qhitate media est qhitas mixta  
q se hā ad qhitate electa sū coloris medij ad extremos q q. medij ut ita dīa mixta  
quāt electa manet in mixto quāt ad qhitate suas et nō sū sū. Ex sū bene saluat mixto  
nāq. Ex est ueritas.

**C**irca initium secundi  
libri de generatione.  
et corruptione queri-  
tur primo.

Utrum materia prima sit principium materiale  
quatuor elementorum. et quatuor qualitates prime  
sunt principia formalia eorum. Arguitur. 1<sup>o</sup> contra  
primam partem. quia si materia que est tantum ens in po-  
tentia sit principium materiale eorum. aut est separa-  
bilis ab ipsis elementis et qualitatibus eorum aut  
non. non secundum. quia tunc illa non essent corruptibili-  
lia. nec primum cum sit tantum ens in potentia. 2<sup>o</sup> non  
est principium materiale eorum. 3<sup>o</sup> sic contra se-  
cundam partem quia accidentis non potest esse principium  
formale substantie. sed qualitates prime sunt  
accidentia. ergo non possunt esse principia formalia  
elementorum que sunt substantie. 4<sup>o</sup> sic quod vni est  
accidens nulli est substantia. scilicet qualitates prime  
respectu mixti sunt accidentia. 5<sup>o</sup> respectu eorum  
non sunt substantie. et per consequens non sunt principia for-  
malia eorum. In oppositum est probatum in 1<sup>o</sup> et 2<sup>o</sup>  
capitulis huius secundi libri.

**Sciendum est primo. quod**

Postquam probatum in primo libro deteriorat de genera-  
tione et corruptione. augmentatio et diminutio. et  
de alteratione. et de his que habent motum de ser-  
uatis scilicet de actio et passione et mixtione. prout  
secundo deteriorat de natura generationis et corruptionis  
Et quia per naturam eorum inest essentia naturaliter ge-  
neratio et corruptio. quia qualitates prime actus et  
passive sine quibus non fit transmutatio ad formam  
per se per inest essentia et per illa elementatis. et propter  
hoc in isto libro in quo per intendit de natura genera-  
tionis corruptionis in quadam unitate per materia lib-  
erum dignum est ut prius consideret de generatione et  
corruptione eorum. Et quia generationis et corruptionis sunt transmu-  
tationes naturales. et in omni naturali transmuta-  
tione oportet aliquam naturam esse subiectam. et esse etiam  
aliqua principia contraria ad inuicem. id probatum in  
quirit in primis naturas eorum ante que determinet de  
generatione et corruptione et transmutatione eorum.  
Circa quod.

**Sciendum est secundo quia**

ut sepe dictum est antiqui determinantes de prin-  
cipis rerum naturalium prout sunt. nam aliqui posue-  
runt plura principia materialia et inter illos aliqui  
posuerunt finita et aliqui infinita. Alii vero unum  
materiale. scilicet unum elementum puta ignem vel aerem  
vel aquam vel aliquod medium inter aerem et ignem.  
et istud medium dicebant esse separatam a contrariis.  
Sed quia iste opinioes improbate sunt. nam opinio  
ponens plura impobata existit in primo philosophorum.  
cum dicebat. quod omnium transmutabilium ad inuicem

materia est una. Cum etiam dicebat quod isti non sal-  
uabant generationes et corruptiones cum habeant po-  
nere illa plura principia esse intransmutabilia et  
quodlibet eorum est ens in actu. Etiam quodammodo  
fuit impobata opinio ponentium unum materiale  
principium. quia cum poneret ipsum in actu non poterat  
saluare distinctionem generationis et corruptionis  
ab alteratione. Ideo pro nunc probatum eas non rep-  
bat sed supponit probatum quod sunt quatuor que vo-  
cantur illa que sunt prima in genere corporum et sunt prin-  
cipia corporum mixtorum. tamen ista resoluntur in unum  
materiale principium primum respectu cuius sunt  
principiata et illud primum materiale sibi vendi-  
cat nomen elementum. ideo cum loquitur probatum de illis  
corporibus primo non dicit ea illa sed vocata elemē-  
ta. quia nomen elementum prout dicitur materie que est pri-  
mum principium in compositione et etiam vltimum in  
resolutione. et secundo prout dicitur quatuor primis  
corporibus que dicuntur illa in ordine ad alia corpora.

**Conclusio Responsiva Ad**

primam partem quesiti. Materia prima que est tantum ens  
in potentia est principium materiale eorum. Probat  
illa sunt corpora ut patet ad sensum. et non sunt simpli-  
cia cum sint passibilia. nec sunt potentie pure cum  
sint actia. 5<sup>o</sup> oportet quod sint opposita et actu et poten-  
tia. et cum sint prima in genere corporum ut supponit  
non resoluntur in priora corpora. 6<sup>o</sup> oportet quod eorum resolu-  
tio sit in actu et essentia et in potentia per essentiam.  
et per consequens principium materiale eorum est materia  
prima que est tantum ens in potentia que quidem materia  
non est separabilis a quolibet eorum nec a contrariis. sed  
semper et continue stat sub aliqua forma et sub  
aliqua contrarietate et susceptio. tamen separabilis est  
a quolibet eorum et a qualibet contrarietate ut alias dictum  
est. Pro responsio ad secundam partem quesiti dicitur  
aduertendum quod illa prout dupliciter considerari. vno  
modo scilicet suum esse substantiale absolute sumptum. Alio  
modo prout ad esse materiale et physicum. prout sunt  
actia et passiva ad inuicem. Et istis ponit.

**Conclusio Responsiva Ad**

secundam partem quesiti. scilicet qualitates prime non sunt  
principia essentialia eorum consideratis ipsis in esse  
substantiale absolute sumpto. tamen sunt principia  
formalia eorum consideratis eis scilicet quod sunt actia  
et passiva ad inuicem prout habent esse naturale. Prout  
patet per primas duas rationes factas ante. Secun-  
da patet per quod illa constituntur in esse naturali per illas  
formas per quas efficiuntur prout actia et passiva  
ergo. Et per consequens sequitur quod sunt quatuor qualita-  
tes prime non sunt de ratione eorum scilicet quod de ipsis agit  
in libro de celo vbi consideratur secundum quod  
sunt mobilia ad vbi licet etiam non sint de ra-  
tione eorum prout consideratur a metaphisico  
qui abstrahit a motu et a materia sensibili. tamen  
sunt de ratione eorum. prout considerantur in hoc libro. quia  
in libro isto considerantur illa. prout sunt generabilia et

Prout dicitur elementa resoluntur in unum prin-  
cipiale primum respectu cuius sunt principiata  
et illud primum materiale sibi vendit  
nomen elementum

per prout et postquam dicitur hoc unum  
elementum de materia per se per prout  
in hoc

corruptibilia. actia et passiva. hoc autem dicitur eis per qualitates primas. Unum non est inveniens aliquid esse de ratione aliquid rei uno? accepte quod non est de ratione eius alio modo accepte. et sic per se ad quod situm. Res solvuntur et dicitur. Sequitur in textu. Sed non minus et ut corpora qualia.

Sup. C. 2

**Queritur secundo. Utrum**

Tantum sunt quatuor qualitates prime. Arguitur quod sint pauciores. quia quod per superabundantiam dicitur uni soli dicitur. sed per superabundantiam dicitur cum sit suplativi gradus. ergo tantum est una prima qualitas. 2o sic calidum et frigidum sunt active. humidum sunt et siccum passive. sed agens prius est patiente. ergo sequitur quod tantum sunt due qualitates prime. scilicet calidum et frigidum. 3o sic frigiditas est privatio caliditatis ut habetur 2o de celo ergo non est qualitas. contra tenet quia privatio est posterior suo habitu. 4o sic lumen est qualitas primi corporis scilicet celi. et est causa omnium qualitatuum elementorum. ergo tantum est una qualitas prima scilicet lumen. vel si quatuor qualitates eorum sint prime erunt quatuor prime qualitates igitur. In 1o est probatum in textu.

**Sciendum est primo quod**

Postquam probatum ostendit quod qualitates prime sunt formalia principia eorum oppositorum in esse naturali et transmutabili. contra ostendit. per quod iter qualitates conveniunt corporibus generalibus et corruptibilibus ille sunt prime que primo continent ad sensum tactus et sunt quatuor tales nec plures nec pauciores. Sit igitur.


**Conclusio prima. Inter**

qualitates sensibiles corporibus generalibus et corruptibilibus convenientes in quantum habentur qualitates tangibiles sunt priores. quia sicut sensus tactus est fundamentum omnium sensuum et primum sine quo non potest esse alius sensus. ita omnes qualitates sensibiles sensus tactus sunt priores aliis qualitatibus per alios sensus. ergo alie qualitates sensibiles non possunt esse sine qualitatibus sensibilibus siue tangibilibus. contra tamen quia qualis est ordo in potentia talis debet esse in obiectis. Item generalia et corruptibilia sunt actia et passiva in quantum habentur. sed quoniam sunt activa ad invicem nata sunt se tangere. ergo qualitates prime sunt priores sine quibus non possunt esse alie qualitates. in corporibus corruptibilibus. Excludit se sequitur quod omnes qualitates per alios sensus causantur a qualitatibus tangibilibus primis. ut per quod per. in unoquoque genere est causa aliorum que sunt post in illo genere.

**Conclusio secunda. Inter**

qualitates tangibiles sunt tantum quatuor prime.

Due prime et tractatus qualitates tangibiles



Probat quod septem sunt varietates qualitatum tangibilium que sunt calidum frigidum humidum et siccum. grave leve durum molle lubricum aridum. aspidum lenegrossum et subtile. sed quia quatuor varietates reducuntur ad duas contrarietates primas. et due prime non reducuntur ad se invicem nec ad priores. ergo tantum sunt due prime varietates qualitatum tangibilium et quatuor qualitates prime tangibiles Minor declaratur et per quod ille sint tangibiles. quia ille sunt active et passive ad invicem. ergo sunt tangibiles. autem per quod calidum habet aggregare homogenea et disaggregare eterogenea. sed frigidum habet aggregare heterogenea cum etherogeneis. et ita ille sunt qualitates active. unum calidum calefaciendo elevat et evaporat id quod est subtile. et siccum coniungit subtile cum subuli et relinquit densum illud quod est grossum. et propter hoc calidum dicitur aggregare heterogenea et disaggregare eterogenea. sed frigidum habet contrarium coagulare et condensare. quia movet a circumferentia ad centrum. et calidum contrario et id frigidum aggregat subtile cum grossum. id aggregat eterogenea. humidum autem dicitur quod est bene terribile terio alieno et male terio proprio. et siccum est bene terribile terio proprio et male terio alieno. Teriarum autem cum terio proprio vel alieno sonat passivum. id humidum et siccum sunt qualitates passive. per ergo quod calidum et frigidum sunt qualitates active. et siccum et humidum qualitates passive. Unum aduertendum est quod calidum et frigidum non sunt sic qualitates active quin non sint passive. ymo sunt minoris resistentie. sed dicitur active quia sunt magis active quam humidum et siccum. et similiter humidum et siccum non dicitur passive sic quod non sint active. sed quia sunt minus active aliis. Quod autem alie qualitates tangibiles reducuntur ad istas quatuor per inductionem. nam gravitas reducitur ad frigiditatem. nam frigiditas est causa gravitatis et leve ad calidum reducitur. nam caliditas est causa levitatis calidum enim disaggregat et rarefacit. et ita in modica materia facit magnam quantitatem. et per contrarium raritatem. frigiditas autem condensat. id facit quod multum de materia est sub sua quantitate et per contrarium gravitatem. Sicut molle reducitur ad humidum. molle enim subtiliter cedit aliis sicut humidum. videmus etiam quod dura humectata mollescunt Durum autem ad siccum reducitur. nam quando aliquid desiccatur induratur ut patet de luto. Lubricum etiam reducitur ad humidum. nam lubricum habet humiditatem aqueam a siccitate passivam sicut leve quod habet humiditatem aeream. et ita nihil est lubricum nisi sit humidum. Aridum autem reducitur ad siccum. nam aridum id est quod perfecte siccum siue naturaliter siccum. id terra que naturaliter est sicca non cupit arida. Similiter aspidum reducitur ad siccum. et leve ad humidum. nam aspidum dicitur quod habet aliquas partes supereminentes aliis. quia non possunt fluere ad partes decliniores propter defectum humiditatis. quia sunt dure. et autem

Calidum et frigidum sunt qualitates active

Handwritten marginal notes on the right side of the page, including 'Hic' and 'in ista ratione'.

## De generatione et corruptione:

guste. et faciunt asperitatem. modo dictum est quod durum re-  
ducitur ad siccum naturale. lene enim dicitur cuius  
nulla pars supereminet alteri. et hoc est propter humi-  
ditatem eo quod humidum fluit ad partes decli-  
viores. et ita lene reducitur ad humidum. Similiter  
grossum reducitur ad siccum et subtile ad humidum.  
nam subtile est bene repletivum alterius corporis.  
ideo oportet quod sit humidum. et grossum est male  
terminabile termino alieno sicut siccum. Patet  
ergo quod alie quinque contrarietates qualitatum  
tangibilium reducuntur ad duas primas contrarietates.  
et ille due non reducuntur ad se invicem neque  
ad aliquas priores. his que conveniunt corpori-  
bus generalibus et corruptibilibus. quod dicitur  
propter lumen quod est qualitas primi corporis. et  
ita est bene causa qualitatum quatuor primarum  
ut dictum est. Ex quo patet.

**Conclusio responsiva Ad**  
quesitum. Tantum sunt quatuor qualitates pri-  
me scilicet calidum frigidum humidum et siccum. Nec  
conclusio satis patet ex dictis. Et est hic notandum  
quod ut habet in textu humidum dicitur dupliciter.  
vno modo dicitur humidum quod habet humiditatem  
naturalem. ut aqua vel aer. Alio modo dicitur hu-  
midum quod habet humiditatem extrinsecam. et hoc  
dupliciter. quia vel habet eam in profundis et tunc di-  
citur in fufum. vel habet eam in superficie solum et tunc  
dicitur humidum.

**Dubitatur an ille qualitates**  
prime possint convenire elementis existens in  
sua naturali dispositione. Respondetur quod ali-  
que possunt convenire elementis et alique non.  
ille enim que non requiritur mixtionem qualitatum  
primarum bene conveniunt elementis naturaliter dis-  
positis sicut grave et lene grossum et subtile.  
sed ille que causantur ex aliqua mixtionem qua-  
tuor qualitatum primarum non conveniunt elementis  
naturaliter dispositis sicut sunt lubricum et aridum.

Ex quo patet quod qualitates sensibiles per alios  
sensus a sensu tactus non conveniunt elementis  
naturaliter dispositis. sicut sunt colores odo-  
res et saporos. quia tales qualitates sequuntur  
mixtionem elementorum et determinatam proportionem  
qualitatum primarum factam per actionem et passionem  
earum ad invicem. Unde in terra vel in aqua pos-  
sit esse formale coloris. tamen si sint naturaliter disposi-  
ta non est ibi materiale coloris quod consistit in  
certa proportione qualitatum primarum ut dictum est. Et  
etiam aqua sit dulcis vel amara hoc tamen est per admix-  
tionem qualitatum aliquarum terrestrium aut  
aliarum humidum. Et sic patet responsio ad quesitum.

**Ad rationes ante oppositum**  
Ad primam dicitur quod si primum dicitur negative  
vel dicitur quod in quolibet ordine dicitur esse tantum unum  
primum. modo qualitates prime dicuntur prime in

quatuor ordinibus. Ad secundam dicitur quod si con-  
paretur caliditas et frigiditas ad invicem atten-  
dendo ordinem perfecti et imperfecti hoc modo caliditas  
esset prior frigiditate. sed si iterum ea attendatur ordo  
causae et effectus vna non est prior altera. modo ille qui dicitur  
prime dicuntur prime in ordine ad alias atten-  
dendo ordinem cause et effectus. Alie due ras-  
iones solvantur ex dictis. etc. Sequitur in textu  
Quoniam autem quatuor elementa sunt.

### Queritur. iii. Utrum tantum

sint quatuor elementa. Arguitur quod sint paucio-  
ra. elementum est ex quo fit aliquid primo in eadem  
indivisibili specie in alia specie. hec autem diffinitio  
soli materie convenit. ergo est tantum unum elementum  
quod est materia. 2<sup>o</sup> sic quod sunt plura que qua-  
tuor. quia sex sunt combinatioes qualitatum primarum  
ergo sunt sex elementa. tenet consequentia. quia nume-  
rus elementorum sumitur ex combinatione qualitatum  
primarum. ergo. 3<sup>o</sup> sic quinque sunt motus sim-  
plices. ergo sunt quinque corpora simplicia. sed  
omne corpus simplex est elementum. 4<sup>o</sup> quinque sunt ele-  
menta. 4<sup>o</sup> sic plura sunt mixta quam quatuor  
ergo videtur quod sint plura elementa que quatuor. tenet  
consequentia. quia mixtis correspondet simplicia. In  
oppositum est probatum in textu.

### Sciendum est primo Quod

Postquam probatum est quod tantum sunt quatuor qua-  
litates prime active et passive que sunt principia  
elementorum dicitur et numero humidum qualitatum p-  
bat numerum elementorum. Et quia ad transmutatio-  
nem ipsorum facit diversitas locorum. et etiam ordo  
diversus ad qualitates primas ideo consequenter  
de ipsis determinat.

### Sciendum est secundo quod

Docet non elementum potest accipi pluribus modis.  
vno modo propriissime ut elementum sit quod est in pro-  
positione primum et in resolutione ultimo simpliciter. et  
hoc modo materia dicitur elementum respectu corporum  
naturalium. et dicitur quidam quod in ista acceptioe  
diffinitio elementum. s. metaphis. ut recitat in para-  
rōe an o. quidam tamen dicunt quod ista diffinitio con-  
venit elementis. Alio modo potest capi minus proprie scilicet  
per se et intrinseco alicui rei. et hoc  
modo nomen elementum se extendit ad materiam et for-  
mam. Alio modo capit elementum in aliquo genere et non  
simpliciter sicut quatuor corpora simplicia in genere  
corporum dicitur elementa. quia sunt prima et simpli-  
cia et non resolvuntur in alia corpora. sed alia mixta re-  
solvuntur in ipsa. tamen non sunt elementa simpliciter.  
quia resolvuntur in materiam et formam ex quibus consti-  
tuuntur. et hoc modo captum diffinitio a philosopho. 3<sup>o</sup> celi ele-  
mentum est in quod omnia corpora resolvuntur in eis  
potentia vel actu. et sic capitur in proposito.  
Et quia ibi considerantur elementa ut sunt

Sup. c. 3.

Al. omnes elementum dicitur primum

Primum elementum dicitur primum

Elementum

ad invicem et non sunt transmutabilia nisi per quatuor qualitates primas. ideo cōueniēs est ex cōbinatiōe qualitātū assignare numerū elementōrū. huius visis ponitur 2<sup>o</sup>:

**Conclusio responsiua tantuz**

sunt quatuor elemēta nec plura nec pauciora capiēdo tertio mō elemētū. Patet. qz qualitates prime sunt p̄cipia formalia elementōrū. istarū autē qualitātū primarū sex sunt cōbinatiōes. Una calidi cū frigido. et alia calidi cū sicco. alia calidi cū humido. et alia frigidi cū humido. et hūidi cū sicco. sed harū due sūt inutilēs scz prima et vltia. qz vnū cōtrariōrū non est natū cōiungi et cōbinari cū alio. ergo tantum sunt quatuor cōbinatiōes vtilēs qualitatum primarū. Et cū ille qualitates cōstituat elemēta in eē p̄fisco et trāsmutabili. sequit̄ qz tāntuz erunt quatuor elemēta. Et hoc est p̄ueniēs huius que sensui apparēt. videm<sup>9</sup> enī qz ignis est calidus et siccus. aqua frigida et humida. aer humidus et calidus. terra frigida et sicca. Itē ad hoc adducit p̄būs testimoniū antiquorū. nā nullus eorū qui posuit elemēta esse corpa simplicia et p̄cipia excessu numerū quaternariū et quilibet posuit quatuor elemēta vt declarat in textu. Itē quodlibet elemētuz deteriat sibi vnā qualitatem in sup̄mo et cū sunt tāntuz quatuor qualitates. sequit̄ qz erūt tantū quatuor elemēta. nam ignis est maxie calidus. aer vero humid<sup>9</sup>. aqua vero frigida. et terra sicca.

**Dubitatur primo. Et quo**

quodlibz elemētuz deteriat sibi vnā qualitatem in sup̄mo. quare n̄ sufficit vna qualitas ad cōstitutionē elemēti. Potest dici qz elementa sūt corpa trāsmutabilia ad invicem. ideo oportet quodlibet elemētuz esse actiū et passiū. et ita i quolibz elemento ē vna qualitas per quā est actiū. et alia per quā est passiū.

**Dubitatur secundo de loco**

ipsorū elementōrū. Ad dubiū patet solutio ex libro de celo et mūdo. qz ignis est simpliciter sursum. et terra simpliciter deorsum. et aer ē sursum secūdū quid. et aqua est deorsum secūdū quid. Unde qz ignis sit sursum simpliciter sic potest ostēdi supponēdo qz mixtū mouet scd<sup>o</sup> naturam elementū p̄dominantis in eo. et qz quodlibz elemētū ē in suo loco naturali. et quod nullus motus naturalis est ad infinitū. sed sp̄ ad certū terminū. Tūc arguit̄. videm<sup>9</sup> in sensibili ignē et flāmā in qua dñatur ignis ascendere per aerem. et quia nō mouetur secūdum naturā terre vlt aque. quia tūc deberet descendere deorsum. neqz secūdū naturā aeris. qz tunc deberet quiescere in loco aeris. ergo mouetur secūdū naturā suā. et cū nullus mot<sup>9</sup> sit in infinitū

sequitur qz tendit ad aliquē certū locū. et existētem supra aerem.

**Dubitatur tertio An ignis**

et aqua magis cōtrariētur quā ignis et terra. Respōdet qz si cōsiderētur illa elemēta scz in q̄tum sunt graua et leuia et ad vbi mobilia sic magis cōtrariātur ignis et terra quā ignis et aqua. et ideo plus distāt ignis et terra qz ignis et aqua. sed si cōsiderent̄ vt sunt trāsmutabilia ad formā secūdū quā cōsiderātur in hoc libro. hoc modo plus contrariantur ignis et aqua qz ignis et terra:

**Ad rationes ante opposituz**


Ad primā pōt dici qz illa diffinitio conuenit quatuor elementis pro respectu materie prime quia materia nō est alicuius speciei. Ad secundā dicit̄ qz due cōbinatiōes quatuor qualitātū primarū sunt inutilēs ad cōstitutionem elementōrū. Ad tertiā dicit̄ qz non sunt nisi quatuor mot<sup>9</sup> simplices distincū secūdū sp̄s specialissimā p̄ueniēs corporib<sup>9</sup> corruptibili bus. Ultra dicitur qz celum nō intrat in cōstitutionē substātiālē gñabiliū et corruptibiliū secūdū suā substātiā sicut faciūt elemēta s̄ solū secūdū suā virtutem. et ideo non vocatur elemētū. Ad aliā dicitur qz sicut ex certo numero elemētōrū et deteriato p̄nt fieri dillicte diuisiones. ita ex certo numero elementōrū et pauco possūt fieri pl̄ra et infinita mixta saltem diuicta s̄<sup>o</sup> gradus mixti. et. Sequitur in textu.

**Queritur Quarto Utrum**

Quilibet elemētōrū conueiat primo vna qualitatum primarū. verbi gratia an terra sit primo sicca et aqua frigida et aer primo humidus et ignis primo calidus. Arguitur qz non de terra et aqua. nā quod magis distat a fonte caloris est maxie frigidū. sed terra maxie distat. ergo ipsa est maxime frigida et non aqua. Et cōfirmat̄. qz effectus frigiditatis qui sunt eē graue et densum et cōpactū magis conueniunt terre qz aque. 2<sup>o</sup> sic de aqua. illud maxime conuenit alicui quod ab eo magis de difficili remouetur. sed humiditas magis de difficili remouet̄ ab aqua quā frigiditas. qz frigiditate remota adhuc remanet humida. ergo 2<sup>o</sup>. Tertio sic de aere. humidus est humectare. ergo maxime humidus ē maxime humectare. s̄ aqua magis humectat qz aer. ergo aer nō est primo humidus sed aqua. Quarto sic de igne. caliditas exurit et desiccāt. ergo maxime caliditas maxime desiccāt et exurit. ergo si ignis sit maxie calidus erit maxie siccus. et per p̄ns nec abē qualitates p̄ueniēt sibi i sup̄mo vlt neutra. In oppositum est p̄būs in textu.

Qualitas p̄maxe sex  
est cōbinatiōes

Nullus motus nātū  
est ad infinitū





**Sciendum e primo qd pprop**  
 ter primu argumentu factu ante o. Albertu  
 dicit terrā primo esse frigidā. 7 dicit qd li primo  
 nō denotat ordinē elemētoꝝ sed qualitatum  
 vni elento conueniētiuz. ita qd non est intentio  
 pbi dicere qd aqua e primo frigida. i. frigidior  
 ceteris elemētis. sed est sensus qd aqua e primo  
 frigida. i. cū sit humida et frigida per prius sibi  
 cōuenit frigiditas qd humiditas. Et ita vult  
 Albertus et plures alii qd terra sit magis frigida  
 qd aqua. Et quia bec positio sit pbabilis tamē  
 arguit cōtra eaz secundū Egidium de roma.  
 Primo sic secundū aristotelē quatuor qualis  
 tates prime cōstituant numerū quaternarium  
 elentōꝝ. quod non esset nisi quodlz illoꝝ ele  
 mentoꝝ haberet vnā primo. sed quod tale est  
 est maxie tale. 7. methaphisice. sicut ignis  
 qui est primo calidus est maxie calidus. g.  
 aqua que est frigida primo erit omnibus aliis  
 frigidior. 7. sic nisi cuius elemento cōueni  
 ret primo et maxie vna istaz qualitatu prima  
 ruz et oibus aliis per ipsam non posset saluari  
 cōpleta mixtio ymo possz fieri mixtio absqz eo  
 qd cōcurreret quatuor elementa. Pz nōa quia  
 mixtū dicit picipare naturā cuius lz elemēti sp  
 secundū vnā qualitātē. sicut picipat naturaz  
 ignis qui est calidior ceteris. 7. sic si li pri  
 diceret ordinē qualitatu vni elemēto cōueniē  
 tiū sequerēt qd vna et eadē qualitas posset plu  
 ribus elementis inesse. pz qd si aer esset primo  
 humidus nō respectu alioꝝ elemētoꝝ sed res  
 spectu sui calorē nō esset cōueniēs qd aliquod  
 aliud elemētuz esset primo humidū respectu al  
 teri<sup>o</sup> qualitatis seqret g. qd nō posset assignari  
 numerus elentōꝝ secundū numerum quatuor  
 qualitatu primaz ymo possent eē plia qd quali  
 tates prime cū vna qualitas plurib<sup>o</sup> elemētis  
 posset cōuenire. o3 ergo dicere qd li primo dicit  
 excessum alioꝝ elemētoꝝ. et ita aqua est primo  
 frigida 7 maxie qd alia elementa. et terra primo  
 sicca. vt dicit pbūs in textu. Sed ad soluē  
 dum primū argumentū ante oppo<sup>o</sup>.

**Sciendum est secundo cum**

Egidio qd duplex est calor quidam est cele  
 stis alius est elementaris. calor elementaris de  
 siccit exurit et cōburit. sed celestis viuificat nu  
 trit generat et augmentat. Nō est tñ intellu  
 gendū qd sint duo calores distincti secundū rez  
 sed calor in qdum est caliditas ignis in virute  
 proprie habet et incinerare et cōsumere. sed idem  
 calor prout est instrumentum vniuersalis agē  
 tis scz celi et etiā agentis particularis mixti ge  
 nerare habet et cōfouere nutrire et augere. Et  
 similiter distingueret de frigiditate. Dicitur  
 ergo qd aqua frigiditate elementari e frigidior

terra cōsiderādo frigiditatē secundū qd est qua  
 litas ppria elemēti nōa naturā aque ppriam.  
 sed terra est frigidior aqua frigiditate celesti. qz  
 plus distat a fonte calorē scz a celo.

**Conclusio responsiua: Cuius**

elento cōuenit primo et maxie aliqua qualis  
 tatū primariū. ita qd ignis e primo calidus. aer  
 primo hūidus. terra p<sup>o</sup> sicca. aqua p<sup>o</sup> frigida.

Patet ergo qd ignis sit p<sup>o</sup> calidus. qz calis  
 ditas est nobilissima qualitatu qz e maxie acti  
 ua et viuificatiua. g. debet nobiliori elemēto.  
 tale aut est ignis quod signū est qz situat iuxta  
 corpus celeste. Item ignis e ppinquissimus  
 fonti calorē. g. est calidissim<sup>o</sup>. et p<sup>o</sup> nōa primo  
 calidus. qz quod est maxie tale e primo tale.

Ex quo sequit qd aer est pri<sup>o</sup> hūidus. pz qz  
 aer est calidus et humidus. et nō est p<sup>o</sup> calidus  
 qz cōpetit igni. ergo est p<sup>o</sup> humidus. Ex q<sup>o</sup>  
 sequit vltra qd aqua est primo frigida. pz quia  
 aqua e frigida et humida. et nō est p<sup>o</sup> hūida.  
 ergo est primo frigida. Ex quo sequitur qd  
 terra e primo sicca. pz terra est frigida et sicca lz  
 non est primo frigida. qz hoc cōuenit aque. g.  
 est primo sicca. et sic pz p<sup>o</sup> declarata.

**Dubitatur primo. An qlz**


elementū habeat duas qualitates in supremo

Arguit qd sic. simplici debet simplex qualis  
 tas modo si vnū haberz vnā qualitātē remif  
 sam talis nō esset simplex lz pmixta. Rñ det  
 qd quodlz elentū habet vnā qualitātē i supmo  
 et alia sibi debet in remisso vt scz sit dispositio  
 ad illā qualitātē. Notādū tñ est qd aliter cō  
 uenit igni qd sit calidus et aliter corpi mixto. nā  
 mixtū dicit esse calidū p mixtionē ignis et est  
 hūidus p picipationē primi hūidi quod e aer  
 et ita elentū nō hz calorē simplicē sed pmixtu  
 cū suo cōtrario. sed aer nō est sic calidus qd ibi  
 sit pmixtio frigidi qz nō hz calorē ab alio sed  
 a ppria natura. a qua hz talē calorē; tēpatū in  
 ordine ad talē qualitātē qd sibi cōuenit in sup  
 mo qz hūiditas et caliditas nō pnt siml esse. 7  
 ita caliditas aeris est dispositio quasi ad hūi  
 ditatē eius. et ita pportionaliter dicit de aliis.

**Dubitatur secundo. Utrum**

Calor ignis et aeris sunt eiusdē speciei et siml  
 queret de aliis. Uidet qd non. vnus forme  
 secundū spēm est vna operatio. sed humiditas  
 aeris nutrit. et humiditas aque corūpit cam.  
 similiter calor ignis vrit et incinerat. calor aut  
 aeris fouet et vegetat. g. differūt specie. In  
 oppo<sup>o</sup> arguitur. qz si differēt specie sequerēt qd  
 essent plres qualitates prime quam quatuor.  
 Rñ det breuiter qd sunt eiusdē spēi specialif  
 sime et similiter de hūiditate et siccitate alioꝝ  
 elentōꝝ. Ad rōes dubii dicit qd qualitates  
 c. i.

quod calor ignis & aeris  
 sunt eiusdē spēi.



prime sunt instrumenta formalia ipsorum elementorum. ideo nihil prohibet in igne calorem pro quo est instrumentum forme ignis habere aliam operationem quam habeat calor aeris pro quo agit in virtute forme aeris. quia forma subtilis aeris differt specie a forma ignis. et ita de aliis qualitatibus.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam per solutio ex dictis. et ad eius confirmationem dicitur quod in aqua calefacta bene remanet humiditas. quia ignis principaliter agit in aquam ratione caloris. quia est magis actiuus quam siccitas eius. ideo quando ignis corrumpit aquam prius tollit eius frigiditatem quam humiditatem. sed si aqua ab aliquo corpore corrumpere sicco puta a vento prius corrumpere per remotionem humiditatis. Dicitur ulterius quod frigiditas est qualitas magis actiua quam humiditas ideo frigiditas est minoris resistentie. ideo non sequitur quod frigiditas primo remoueat ab aqua quod aqua non sit primo frigida.

Nec potest aqua totaliter deperdere frigiditatem quia non potest esse in supremo calida cum hoc solum igni debeatur. Ad aliam dicitur quod aqua est magis compacta. quare magis construngit poros quam aer. ideo magis humectat. Dicitur ultra quod proprium est humidi fluere et faciliter diuisibile esse et male terminabile termino proprio et bene termino alieno. quod omnia magis competit aeri quam aque. Ad tertiam dicitur quod nulla forma agit in subiectum proprium in quantum huiusmodi. Dicitur ultra quod caliditas est instrumentum forme ignis. ideo agit secundum quod agit forma et non ignis. id non oportet quod sicut ignis est maxime calidus quod sit maxime siccus. ratio enim ex ymaginatione procedit. ymaginatur enim quod una qualitas est causa efficiens alterius quod non potest dici cum quatuor qualitates elementorum sint prime. ideo una non dependet ab alia effectiue.

Sequitur in textu. **Quoniam autem determinatum est. et c.**

Sup. c. 4

**Queritur quinto: Utrum ex quolibet elemento immediate generari possit quodlibet elementum.** Arguitur quod non. quia impossibile est aliquod totum elementum corrumpi. ergo impossibile est ex quolibet elemento fieri quodlibet. **2<sup>o</sup>** sic ignis existens in concavo lune non potest immediate conuertiri in aquam vel terram. quia oportet quod prius conuertatur in aerem aut saltem quod transeat per aerem eo quod de ratione eorum que transmutantur est quod ad inuicem se tangant. igitur. **3<sup>o</sup>** sic ex igne non potest generari aer. quod patet quod oportet

ret ignem remitti in calore. quod videtur impossibile. **4<sup>o</sup>** sic ex terra non potest generari ignis igitur. quod si sic oporteret forma ignis esse in densiori materia multo quam sit aer vel forma terre possit manere in materia rariori multo quam sit aqua vel aer. vtrumque autem videtur impossibile. In oppositum est probum in textu. Pro responsione.

**Sciendum est primo quod**

Postquam probum inuestigauit numerum elementorum ex numero qualitatum primarum et ostendit qualiter elementa ordinantur ad inuicem secundum situm et locum et qualiter se habeant ad qualitates primas. consequenter probum agit de transmutatione elementorum ad inuicem. Circa quod tria ostendit. Primo qualiter et quolibet elemento possit generari quodlibet. 2<sup>o</sup> declarat in quibus est facilior transitus. tertio ex quibus elementis potest fieri vnum tertium et ex quibus non. et de his tribus videbitur in presenti questione.

**Pro declaratione primi** supponitur quod probum hic agit de elementis consideratis secundum suum naturale scilicet put sunt considerata per qualitates primas. secundum quod inter ea sumitur ordo secundum ordinem qualitatum primarum. et ita in titulo questionis. si immediate debet capi ut medium negat qualitatum siue formarum substantiarum aliorum. non autem ut negat medium locum. ita quod si ex terra fiat ignis non oportet quod prius conuertatur in aquam et deinde in aerem et postmodum in ignem. sed immediate in terram potest fieri. quantum quando ex terra fit antequam fumus eleuatus ex terra in ignem conuertatur bene possit transire per loca intermedia. **Supponitur secundo** quod quodlibet elementum cuiuslibet elemento est contrarium. patet quia sunt qualitates prime conuenientes cuius elemento quarum una est vnius contrarietatis et alia est alterius. ergo suppositio vera. **Supponitur tertio** quod vnum elementum non potest totum corrumpi in aliud. quia fieret disordinatio in vniuerso. et ita cum dicitur quodlibet elementum posse transmutari in quodlibet. non debet si quodlibet capi collectiue et proprie ut sit sensus quodlibet elementum posse transmutari in aliud. sed debet capi distributiue prout scilicet distribuit pro singulis partibus cuiuslibet elementi. elementa autem non sunt transmutabilia ad inuicem nisi secundum partes. quia vnum totum non potest in reliquis totum transmutari. Ex hoc patet solutio prime rationis ante oppositum.

**Conclusio prima.** Ex quolibet elemento potest generari immediate quodlibet elementum.

## De generatione et corruptione:

Patet quia quodlibet comunicat in materia cum quolibet et habet contrarietatem ad ipsum in una qualitate vel duabus. ergo quodlibet elementum immediate est transmutabile in quodlibet. et sic patet primum punctum declaratum.

Pro secundo puncto ad videndum in quibus est facilior et in quibus difficilior transmutatio.

### Sciendum est secundo quod

elementa dicuntur simbolisare que in una qualitate conveniunt secundum speciem et contrariantur in alia. Unde dicitur symbolum a sim quod est con vel simul et bole quod est similitudo vel convenientia. Et ista elementa simbolisantia sunt que conveniunt in una qualitate. et hoc modo simbolisant quecumque elementa que sunt immediate in loco situata ut ignis et aer conveniunt in calido. et aer et aqua in humido. aqua et terra in frigido. et terra redeundo circulariter ad ignem comunicat in sicco cum igne. Sed quecumque duo elementa que non se habent immediate non simbolisant ut ignis et aqua contrariantur in duabus qualitatibus. et aer et terra. Supponitur ergo quod facilitas transitus attenditur penes hoc quod est pauciora per se et a suis contrariis corrumpti quia ubi pauciora corrumpuntur est minor resistentia et per consequens maior actio et facilior transitus. Dux suppositis ponitur.

### Conclusio secunda ad secundum punctum.

In elementis habentibus symbolum est facilior transitus unius ad alterum quam in non habentibus. Patet quia facilior est transire unum quam multa. sed habentia symbolum transmutantur ad invicem una sola qualitate corrupta. sed non habentia symbolum non transmutantur ad invicem nisi plures qualitates transmutentur. ergo conclusio vera.

Et si obiciatur quia ex hoc videtur sequi quod qualitas symbola manet eadem in genito que prius fuit in corrupto. Respondetur quod facilitas transitus non attenditur in proposito penes hoc quod est pauciora accidentia per se corrumpti a suis contrariis. modo qualitas symbola bene corrumptur ex consequenti ad sui subiecti corruptionem et non manet eadem secundum numerum in genito et corrupto licet bene secundum speciem. non tamen corrumptur a suo primo et per se. et secundum eam non fit resistentia patientis ad agens. ymo secundum eam patientis convenit cum agente. et ita iuvat actionem agentis. Et per hoc patet solutio alterius obiectionis que solet fieri contra conclusio-

tionem quod esset ita facilis transitus in non habentibus symbolum sicut sunt duo resistentia ex parte patientis. nam sunt duo agentia et in habentibus est unum agens et unum resiliens et ita est proportio unius ad unum. et duo: unum ad duo. dictum est enim quod qualitas symbola que est in patiente per quam patientis convenit cum agente iuvat actionem agentis et facit transitum faciliorē. ita quod minor est resistentia in simbolisantibus quam in non simbolisantibus. et ita patet secundum punctum determinatum. Pro tertio.

### Sciendum est tertio quod dupli-

citer potest intelligi ex duobus elementis generari unum tertium. vel potest intelligi quod in virtute propria scilicet per actionem duorum elementorum ad invicem generetur tertium. vel potest intelligi quod virtute alicuius tertii ex illis duobus transmutatis generetur tertium. Et secundum hoc sit.

### Conclusio tertia. Et quibus-

cumque elementis habentibus symbolum virtute propria potest generari tertium distinctum ab utroque. Patet. nam ex igne et aqua corrupta siccitate ignis caliditate eius remanente et corrupta frigiditate aque et remanente eius humiditate fit aer. vel corrupta caliditate ignis et remanente siccitate et corrupta humiditate aque remanente eius frigiditate fit terra. et similiter ex aere et terra posset fieri et aqua et ignis. Quod autem ex terra et aere fiat ignis adducit philosophus exemplum simile quia flamma nil aliud est quam fumus ardens. fumus autem generatur ex terra et aere eo quod fumus naturam terre et aeris participat.

### Conclusio responsiva: Et

duobus elementis habentibus symbolum virtute propria non potest generari tertium elementum distinctum ab utroque. Patet quia cum unum ageret in reliquum vel maneret sola qualitas symbola et alie due corrumperentur. vel corrumperetur symbola. et alie due manerent. sed neutro modo potest constitui elementum. quia nec una qualitas sola neque due contrarie possunt constituere elementum.

### Alia conclusio. et quibuscum-

que duobus elementis siue habentibus symbolum siue non virtute alicuius tertii transmutatis ipsa potest fieri unum elementum distinctum ab utroque. Patet quia ignis vel sol ex aqua vel terra que simbolisant corrumpendo ambas qualitates aque et terre potest generare ignem. et similiter sol vel ignis ex aere et terra que

non simbolisant corumpendo humiditatem  
aeris et frigiditatem terre potest generari ignis  
et similiter deducetur.

**Ad rationes ante opposituz**

Ad primam patet solutio ex dictis. quia dic-  
tum est quomodo debet capi immediate.

Ad aliam dicitur. q̄ cum ex igne efficitur aer  
qualitas ignis remittitur ex consequenti. quia  
aer agit in ignem per suam humiditatem cor-  
rumpendo siccitatem ignis. ideo ex consequen-  
ti remittit caliditate. Ultra dicit q̄ ignis ē  
minoris resistentie. et ita cito corrumpitur. et  
propter velocitatem eius corruptionis non per-  
cipitur eius remissio sensibiliter. licet in rei ve-  
ritate remittatur.

Ad aliam dicitur q̄ prop-  
ter imperfectionem formarum elementorum q̄  
terra in via corruptionis existente forma terre  
potest manere in rariori materia q̄ sit aqua sicut  
patet de exalatione in qua dominatur. sic  
cum terrestre quod rarius est aqua. et similiter  
forma ignis in principio generationis potest  
esse in materia densiori q̄ sit aer. r̄.

Sequitur in textu. **Sed tamē adhuc sic re-  
spiciemus de eius.**

c. 5. **Queritur sexto. Utrum in**

genere corporum quatuor elementa sint prima.

Arguitur q̄ non. quia celum est corpus et  
tamen est prius ipsis elementis. ergo. et cetera.

Secundo sic. quia quod per superabundan-  
tiam dicitur vni soli conuenit. sed primum di-  
citur per superabundantiam. ergo non est nisi  
vnu primum corpus. Tertio sic. vnum ele-  
mentum fit ex alio. ergo vnum est prius altero  
tenet consequentia. quia illud ex quo fit ali-  
quid est prius eo quod fit ex eo.

Quarto  
sic quodlibet elementum habet vnam qualita-  
tem in remisso. ergo participat eam ab elemen-  
to cui primo conuenit. et per consequens par-  
ticipat naturam illius elementi. sed participas-  
tius est prius participante. igitur. r̄. In op-  
positum est p̄b̄s in textu.

**Sciendum est primo: quod**

Postq̄ philosophus probauit elemēta esse trās-  
mutabilia ad inuicem. consequenter probat  
quatuor elementa esse prima corpora in gene-  
re corporum generabilium et corruptibilium.

**Sciendum est secundo. quod**

Ut sepe dictum est prius quidam antiquorum  
posuerunt vnum elementum esse principium

aliorum. Alii vero posuerunt plura elementa  
esse principia. vel duo vel tria vel quatuor.

Alii autem non posuerunt aliquod elemē-  
tum esse principium sed posuerunt aliquod me-  
dium inter elementa esse principium elemēto-  
rum et aliorum corporum. Et omnes isti po-  
nebant principium materiale esse principium  
omnium rerum et actu ens. Sic ergo patet  
q̄ secundum eos non quodlibet elementum  
est principium in genere corporum. sit igitur.

**Conclusio prima. Nullum**

elementum est prius aliis ymo omnia elemē-  
ta sunt equaliter prima. Patet q̄ si aliquod  
elementum esset prius aliis et principium aliorum  
cum principium primum oporteat manere se-  
cundum substantiam in generatione. et tale  
principium sit actu ens secundum antiquos.  
sequitur q̄ generatio non est nisi alteratio.

Secundo si ita esset sequeretur q̄ duo contras-  
ria simul essent in eodem. Patet quia ex tali  
elemento fieret aliud. Et cum omnis transmu-  
tatio fiat ratione alicuius contrarietatis. oportet  
teret ipsum contrariari alteri. Et tamen maner-  
et in eo. quia fit ex eo. igitur in elemento fac-  
to essent due qualitates contrarie scilicet qua-  
litas illius principii ex quo fieret et qualitas  
facti. Sed diceret aliquis q̄ qualitas ele-  
menti quod esset principium maneret prius in ipso  
elemento quod fit ex ipso. Contra hoc obi-  
cit philosophus. q̄ cum tale elementum esset  
transmutabile sequeretur q̄ nō esset transmutabile  
vt dictū est in primo libro. Item omnia ele-  
menta sunt ad inuicem transmutabilia cum  
sint contraria. ergo vnum non est prius altero.

Sed diceret aliquis q̄ extrema elemēta nō  
transmutantur ad inuicem sed solum proxima

Contra hoc arguit philosophus. quia aer  
transmutatur in ignem. ergo contrariatur illi.  
similiter transmutatur in aquam. ergo contra-  
riatur aque. et q̄ secundum eandem qualitatem  
non potest contrariari aque et igni. quia idem  
secundum idem non potest pluribus contraria-  
ri. sequitur q̄ ignis contrariatur aque et per cō-  
sequens erit transmutabilis in aquam. Et simi-  
liter posset ostendi q̄ aqua et ignis transmu-  
tantur in aquam et aerem. sed etiam transmu-  
tantur in ignem. et ita omnia elementa sunt  
transmutabilia ad inuicem. et per consequens  
vnum non est prius altero. Sed diceret ali-  
quis q̄ sunt infinita elementa secundum rectū  
et ita extrema non possunt ad inuicem trans-  
mutari. Contra hoc arguit philosophus

*factior transitio nō attendit penes h̄ q̄st  
pauciora corrūpi s̄ penes h̄ q̄st p̄ se sum  
aora corrūpi uel a sup̄ q̄st*

## De generatione et corruptione:

nam due sunt contrarietates qualitatum primarum continentis solum quatuor qualitates que non possunt constituere nisi quatuor elementa. et ita si poneretur quintum elementum distinctum ab aliis oporteret ponere novam qualitatem. tandem oporteret ipsum contrariari alii elementis. et per consequens oporteret qualitates esse contrarias in eodem elemento quod est impossibile.

**Conclusio secunda.** Non est ponendum aliquod materiale principium quod sit de se actu ens et corpus prius ipsis elementis. Patet quia tunc generatio elementorum ex illo materiali principio non esset nisi alteratio. Ex istis duabus conclusionibus sequitur.

**Conclusio responsiva quod** Quatuor elementa in genere transmutabilium sunt prima. Patet quia unum elementum non est prius alio ut dicit prima conclusio. neque reducuntur ipsa elementa in aliquod corpus commune quod sit prius ipsis quod sit principium ipsorum. ut dicit secunda conclusio. ergo sunt prima. Et ista non resolvuntur in corpora priora ipsis. sed bene resolvuntur in materiam primam que est pura potentia et in formam simpliciter actu et virtute. Et ista elementa non sunt simpliciter prima sed solum in genere corruptibilium et transmutabilium. ergo.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod elementa sunt prima in genere corporum corruptibilium. et per hoc non excluditur quin celum sit primum corpus. Ad secundam dicitur quod quodlibet elementum est primum corpus exponendo licet primo negative. Ad tertiam dicitur quod solum probat quod materia prima ex qua fit generatio est prior ipsis elementis. materia autem non est corpus. Ad quartam dicitur quod elementum habens unam qualitatem in remisso non participat eam ab alio ut contingit in mixto. ut dictum est. licet eam in ordine ad aliam qualitatem que primo competit elemento in quo est. Sequitur in textu. **De elementis autem.**

**Super 7. Queritur septimo. Utrum**

Ad generationem cuiuslibet mixti existentis circa medium concurrant quatuor elementa. Arguitur quod non. quia multa animalia generantur in centro terre et etiam infra aquam

ad que non videtur concurrere ignis et aer cum non possint esse in aqua nec in terra naturaliter. 2<sup>o</sup> sic. omnia metalla sunt quedam mixta sicut aurum et argentum. et tamen ad eorum generationem sufficit aqua. ut videtur cum resolvantur in solam aquam per liquefactionem. In oppositum est philosophus in ultimo capitulo huius primi tractatus secundi libri de generatione. in quo postquam determinavit de generatione elementorum. consequenter determinat de generatione elementorum que generantur et corrumpuntur per naturam elementorum. Pro quo.

**Sciendum est primo quod**

Ponentes elementa intransmutabilia ad invicem sicut Empedocles non possunt saluare generationem mixtorum ex ipsis. quia si non transmutarentur elementa ad invicem et alterarentur manerent a mixto separata et diuisa ab invicem. et ita mixtio solum fieret per iuxta positionem elementorum. et ita quilibet pars mixti non esset mixta. sed faceret solum unum sicut ex multis lapidibus fit unus paries. Ex quo sequitur quod non possent permanere. quia quodlibet elementum existeret extra suum locum proprium. et ita cum nihil esset coniungens elementa in mixto statim compositum dissolveretur.

**Sciendum est secundo quod**

Ponentes elementa transmutabilia ad invicem et habere unam materiam communem possunt saluare generationem mixtorum ex elementis. Quis quo ad hoc videatur esse difficultas. quia non videtur qualiter ex elementis contrariis generetur mixtum. cum contraria non possint simul esse nisi maneat sola materia vel alterum solum contrarium. Sed hanc difficultatem solvit philosophus dicens quod contingit aliquod esse magis calidum et minus. et esse aliquid magis et minus frigidum. et ita dicatur de aliis. ergo eadem est potentia contrariorum. ita quod illud quod est actu calidum est potentia frigidum et e contra. Ex quo sequitur quod elementa possunt transmutari de excellentiis suarum qualitatum ad unum medium quod participat naturas ipsorum elementorum. ita quod non solum maneat materia ipsorum elementorum. sed etiam in quodam medio manent virtutes elementorum et formae eorum in forma mixti virtualiter. Et ita ad hoc quod ex elementis fiat mixtum sufficit quod elementa sint aliter disposita ex toto alterum corrumpere c.iii.

nec ambo tertium.

**Sciendum est tertio. quod** non est intelligendum quod qualitates elementorum reducuntur ad unum medium indivisibile. ita quod una qualitas non excedat alteram neque e contra. Hoc enim non est possibile per naturam sed reducuntur elementa mixta ad unum medium in ordine ad formam mixti ad quam sunt dispositiones. que quidem forma secundum suam naturam requirit excessum unius qualitatis ad alias in certo gradu. et ita secundum diversitatem formarum substantialium tam in specie quam in individuo sunt diverse dispositiones elementorum ad invicem in mixto. Omnia bus itaque premissis sit.

**Conclusio responsiva Ad**

quesitum. Ad generationem cuiuslibet mixti existentis circa medium locum concurrunt quatuor elementa. et per mixtum existens circa medium locum intelligitur mixtum perfectum ad differentiam istorum imperfectorum que suisvis apparent. ad quorum generationem non concurrunt elementa de quibus agitur in libro methaororum. Probatur conclusio. primo quod concurrat terra. quia omne locum naturaliter in aliquo naturaliter participat naturam illius loci sed omnia mixta perfecta sunt in terra vel saltem circa terram. ergo. Deinde arguitur de aqua quia oportet mixtum habere partes mixtas unitas ad invicem. alias non posset consistere. cum ergo terra esset sicca statim decideret in pulveres nisi esset humidum detinens eam. et cum aqua sit humida et bene terminabilis termino alieno sequitur quod concurrat cum terra ad generationem. Nec sufficeret humidum aerium sine aqua ad continendum terminum propter subtilitatem corporis. Deinde probatur de aere et igne. quia aer et ignis contrariantur aque et terre. generationes autem sunt et contrariis. cum ergo in generatione mixti sint aqua et terra necesse est ignem et aerem concurrere. Item natura mixti consistit in quodam medio temperato qualitatuum primarum. ergo ad generationem mixti non sufficiunt elementa frigida. que sunt aqua et terra. sed requiruntur etiam elementa calida. que sunt aer et ignis ad temperandum frigiditatem terre et aque. Probat etiam philosophus per quoddam signum commune sumptum ex parte nutritionis. Et primo arguitur ex parte nutritionis et nutriti sic. Omnia sunt et fiunt ex

eisdem et quibus componuntur et e contra. sed nos videmus elementata misceri non solum ex uno elemento simplici. sed et mixtis et compositis et omnibus elementis. ergo omnia elementa concurrunt ad generationem mixti. Minorem probat philosophus per locum a maiori. nam quecumque videtur uno solo nutriti sicut platea sola aqua adhuc nutritur pluribus. quia ipsa aqua est terre mixta. ideo rustici volentes nutrire plateas adhibent quedam mixta ad nutrimentum earum. puta fenum vel aliquid huiusmodi. Et quia ad nutritionem non solum requiritur materia sed etiam ratio nutriendi que est forma nutriti que per calorem naturalem tanquam per instrumentum alterat nutrimentum convertendo ipsum in substantiam nutriti. Cum ergo ignis sit in summo calidus et formalior ceteris elementis. quia est collocatus in superficie concava celi et in termino corporum corruptibilium. sequitur quod ad nutritionem preter aquam similiter requiritur ignis. quia per calorem fit nutritio. et cum calor aeris sit maxime proportionalis vite cum sit temperatus: ad nutritionem requiritur aer ad temperandum calorem ignis. Sic ergo patet quod ad nutritionem requiruntur quatuor elementa et per consequens ad generationem mixtorum existentium circa medium hoc est mixti perfecti concurrunt quatuor elementa.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod ad generationem mixtorum in aqua et terra concurrunt alia elementa superiora per influentiam et virtutem celestem usque ad centrum terre pertingentes. Ad tertiam dicitur quod in istis liquefactilibus concurrunt quatuor elementa. sed bene verum est quod in illis dominatur aqua. ideo sunt liquefactibilia. Sequitur in textu. Quoniam autem.

**Queritur octavo: Utrum**

tantum sint tria principia generationis et corruptionis istorum inferiorum. scilicet materia forma et efficiens. Arguitur quod sint plura tribus. privatio est principium generationis. ut patet ex primo philosophorum. philosophus etiam in principio philosophie ponit quatuor causas que sunt plura tribus ergo etc. tenet consequentia quia quelibet causa est principium. et sic quod sint pauciora. nam ab esse et fieri rerum videtur sufficiens actus et potentia. ergo videtur quod sufficiat materia et forma. In octavo est philosophus in principio causa. huiusmodi secundum tractatum.

## De generatione et corruptione.

### Sciendum est primo. postquam

Philosophus determinauit de generatione et corruptione elementorum et elementarum. Sequenter determinat de causis generationis et corruptionis in hoc ultimo tractatu. Pro quo.

### Sciendum est secundo. quod

Principia generationis et corruptionis vno modo sunt duo. Alio modo tria. Alio modo quatuor. Alio modo quinque. Sunt enim duo si solum numerentur principia intrinseca et per se que sunt materia et forma. Sunt autem plura principia si enumerentur solum principia intrinseca tam per se quam per accidens. sicut enumerantur in primo philosophorum. Sunt enim tria si enumerentur ea que realiter concurrunt ad motum primo et per se ut sunt materia forma et efficiens. finis enim non mouet nisi metaphorice et postea mouet efficiens eius comprehendendo sub efficiente. et hoc modo enumerantur in hoc libro. Sunt autem quatuor si enumerentur principia intrinseca et extrinseca per se que sunt materia forma efficiens et finis. et hoc modo enumerantur a philosophorum. Sed sunt quinque si enumerentur principia intrinseca tam per se quam per accidens et extrinseca tam proprie mouentia quam metaphorice que sunt materia et forma materia efficiens et finis. et per hoc soluantur argumenta ante oppositum.

### Sciendum est tertio. quod

quia de materia et de forma determinatum est in principio huius secundi et etiam in primo. ideo in residuo huius operis principaliter est agendum de efficiente. de quo recitat philosophus duas opiniones. Prima est Platonis ponentis solum duo principia rerum scilicet materia et ydeam separatam quam dicit esse sufficientem causam generationis secundum quod a materia participat. et corruptionis secundum quod a materia abicit. et non ponit aliam efficientem. Alia fuit opinio aliorum dicentium materia de se esse actus et esse per se sufficiens principium generationis et aliorum motuum. Et huius partium sunt nam quidam vniuersaliter negauerunt causam efficientem tam vniuersalem quam particularem. Alii vero negauerunt causam efficientem vniuersalem. sed posuerunt efficientiam particularem cum materia existentia in actu sicut sunt calidum frigidum rarum et densum. Sit.

### Conclusio responsiua. Ad

questum. Ad generationes et corruptiones cuiuslibet rei corporalis concurrunt tria princi-

pia scilicet materia forma et efficiens. Probatum nam generabilia et corruptibilia imitantur secundum quandam analogiam corpora in corruptibilia. ergo principia generabilium sunt in genere et numero eadem et equalia principis corporum celestium. sed in celestibus est materia. quia in omni eo quod mouetur necesse est esse materiam et formam. quia materia nuda non potest esse subiectum motus localis. ut probatur a philosophorum. et efficiens. quia omne quod mouetur ab alio mouetur. ergo multo magis hec principia concurrunt ad generationem generabilium et corruptibilium. Secunda ratio quicquid potest esse et non esse necessario habet materiam partem sui. sed generabilia possunt esse et non esse. ergo habent materiam. Et quia forma est eius cuius est materia. sequitur quod generabilia habent formam. Et quia nihil quod est potentia facit se ipsum in actu. ideo requiritur efficiens preter materiam et formam. ergo sunt tria principia rerum naturalium sub efficiente comprehendendo finem.

### Conclusio secunda. Contra

philosophorum. Ad generabilia non sufficiunt materia et ydea separata. Probatum quia si sic sequeretur quod continue et semper essent generationes cuiuslibet rei. Patet quia ydea semper eodem modo se habet. et ideo semper equaliter disponderet materiam. Nec requiritur apprimatio ydee ad materiam. quia ydee nunquam sunt secundum Platonem. ergo semper poterit esse generatio quod est contra ipsum. Tertia ratio sicut est in artificialibus ita est in naturalibus. sed in artificialibus preter materiam et formam requiritur efficiens. ut preter sanantem et corpus requiritur medicus sanans vel medicina. et preter discipulum et scientiam requiritur doctor. et ita est in aliis. ergo in naturalibus preter formam et materiam requiritur efficiens. Nec potest dici quod ydee sint cause efficientes. quia forma et efficiens non coincidunt in numero. ut patet a philosophorum. cum ergo ydee sint forme et quiditates et species particularium secundum Platonem. sequitur quod non sunt cause efficientes. et ita inconueniens est ponere ydeas rerum separabilium ab intellectu. et precipue ab intellectu diuino. Sed non est negandum quin sint intelligendo. Deinde arguit philosophus contra opinionem negantem causam efficientem tam vniuersalem quam particularem. Alterius potentie est agere. et alterius est pati. ut patet in omnibus que sunt ab arte. lignum enim non facit lectum ex se. ergo etiam in naturalibus preter materiam cuius est pati.

necesse est ponere potentiam actiuam que reducat materiam de potentia ad actum. ergo preter materiam oportet ponere efficiens. Sed diceret aliquis q̄ cum isti antiqui posuerunt materiam esse actu ens non concederent q̄ materie esset pati vel esset agere. Ad hoc respōdetur q̄ quicumq; posuerunt materiam esse nō tamen posuerunt esse actu illud quod ex ea debet generari. sicut illi qui posuerunt aquam esse principium aliorum et actu non dicebant aquam esse actu piscem qui fit ex ea. cur ergo nihil quod est in potentia in q̄tum huiusmodi agit sequitur q̄ si ex materia debet aliquid generari oportet q̄ sit aliquod agens educens ipsas de potentia ad actū. Et sic p̄ r̄sio ad quesitum. Rationes ante oppositum soluntur ex dictis. Sequitur in textu.

**Queritur nono.** Utruz quatuor elementa per suas virtutes actiuas et passiuas sint agentia sufficientia ad generationē mixtorum inferiorum. Arguitur q̄ sic. ois generatio est ex contrariis. sed virtutes actiue et passiuę elementorum sunt contrarie. ergo sufficientiunt ad generationem. Et consumatur. quia ad generationem sufficientiunt agens et patiens. sed vnum elementum actu agit et patitur ab alio et econuerso. igitur 1.º sic illa sunt principia agentia et patientia secundum quorum proportionēs distinguuntur diuersa generata. s; mixta distinguuntur ad inuicem secundū diuersas proportionēs calidi humidī frigidi et sicci. ergo hūmōi virtutes actiue sunt principalia agentia in omni generatione. 3.º sic. si preter hūmōi virtutes requiritur agens primum vel illud esset substantia aliqua separata. sed hoc non quia hec non transmutat materiaz ad formam eo quod omne agens agit in sibi dissimile. vel esset celum. sed hoc non. quia non est proximum istis inferioribus. vel essent ipse virtutes celestes. sed hoc non. quia cum sint accidentia et sunt inferioris gradus substantiis inferioribus. modo nihil potest agere ultra modū sue perfectionis. et ideo quia nō possunt attingere formas substantiales sequitur propositū. 4.º sic. quod est actu tale potest alterum producere quale ipsum est. ergo ignis actu potest generare ignem sine agente exteriori. In oppositum est ph̄s in textu.

**Sciendum est primo quod** Postq̄ ph̄s ostendit q̄ ad generationē cuiuslibet rei naturalis tria concurrunt principia q̄ sunt materia forma et efficiens. et improbanit opinionēs Platonis ponentis materiā et ydeas

separatam sufficere ad generationem. improbanit etiam insuper opinionem antiquorum philosophorum naturalium dicentium materiam per se sufficere ad generationem sine quocūq; agente. consequenter ponit opinionem quorundam negantium causam primam et vniuersalem que est ipsum celum motum ab intelligentia concurrere ad generationē mixtorum et dicit q̄ nec inferiora per suas virtutes actiuas et passiuas sufficientiunt ad generationem istorum inferiorum. Contra quam opinionem sit

**Conclusio prima.** Opinio negantium vniuersaliter causam efficientē sine vniuersalē siue particulare est falsa. q̄ alterius potētie est agere et alterius est pati. vt patet in ductine. in artificialibus enim lignuz nō facit lectum sed patitur. nec lapides domum. ergo similiter in natura preter materiā cuius est pati necesse est ponere potentiam actiuā cuius est agere et reducere potētiā passiuam ad actū.

**Conclusio responsiua** Elementa inferiora in suis motibus actiuis et passiuis nō sufficientiunt ad generationē horum inferiorum sed cur hoc requiritur principale agēs quod est celum motum ab intelligentia. Probat duabus rationibus textus. Prima ratio est q̄ si illud quod est maxime actiuum inter hec inferiora nō sufficientiunt per se ad generationē alius rei. sequitur q̄ nec quicumq; alia inferiora sufficientiunt ad generationem. sed inter hec inferiora ignis est maxime actiuus et tamen nō agit nec mouet nisi motum ab celo. ergo neq; secunda agētia p̄nt nisi mota ab ipso celo. Minor p̄ nam ignis et alia inferiora habēt formā substantiale a celo et sunt in actu per celū. vñ quod q̄ aut agit secundū quod in actu. et agit per illud quod h̄ esse in actu ergo minor est vera. Secunda ratio sicut est in artificialibus ita est in naturalibus. s; in artificialibus nō attribuitur instrumentis agere tanq̄ primis et principalioribus agētibus. ymo est necesse q̄ preter instrumenta sit aliud agens principale. sed ista inferiora magis dependent a celo q̄ instrumenta dependat a principali agente. ergo preter hec inferiora agētia oportet ponere agens vniuersale quod est celum. Minor p̄ quia agētia naturalia particularia h̄nt formā per quam sunt in actu et esse suum a celo. sicut enim si cessarent motus istorum inferiorum cessaret primo motu et celi. ita etiā cessarent omnia que per motū cōseruantur. et sic per impossibile substantie eorum non possent permanere naturaliter sed instrumenta ab ipso artifice nō h̄nt nisi formam accidentalem q̄ si remoueretur ab ipsis adhuc remaneret in esse substantiale. 6.º



## De generatione et corruptione.

patet qd si ab ipsis inferioribus remoueret illud quod habent a celo maneret solū in ipsa potentia. et ita se haberent sine celo deterius q̄ instrumenta sine arte a qua solum habent formam accidentalem. quare cōclusio vera.

### Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicit qd quibus virtutes inferiorum istorum agentium sunt contrarie. non tamen sufficiunt agere sine virtute superioris agentis a quo habent esse et ex hoc patet solutio. Ad secundam dicitur qd agens et patiens sufficiunt ad agendum presupposita actione superioris agentis. Ad aliam dicitur qd actus particularis distinguitur ad inuicem secundum suas causas proximas et particulares per quas determinant actiones vniuersalium ad effectum particularē. nec propter hoc sequitur qd particularia agentia sint principalia. quia q̄to aliquod agens est magis vniuersale ē principalius. Ad aliam dicitur qd intelligentia mediante corpore moto ab ea ipsa potest transmutare materiam ad formam et ita celum motū ab intelligentia est principale agens in genere phisico et agit p̄ suas virtutes que simul est cum illis inferioribus. que quibus sit accidentalis agit tamen in virtute celi moti ab intelligentia. et ita vt instrumentum celi potest attingere quicunq; formam eductam de potentia materie sue sit substantialis sive accidentalis. Ad aliam dicitur qd oē tale potest facere alterum tale presupposita actione agentis vniuersalis et aliam non. r̄d. Sequitur in tertio. **Mobis autem vniuersaliter prius dictum est de causis.**

### Queritur decimo Utrum

Motus solis sub obliquo circulo sit causa perpetuitatis generationis et corruptionis istorum inferiorum. Arguitur qd non. quia omnes mutationes et motus istorum inferiorum reducuntur ad motum primi mobilis tanq̄ ad causam primam in suo genere. sed motus solis factus sub obliquo circulo non est primus motus ergo r̄d.

2<sup>o</sup> sic. idem non est causa diuersorum et contrariorum. vt habetur in tertio. sed motus solis factus sub obliquo circulo est regularis. ergo et vniuersalis. 3<sup>o</sup> nō est causa generationis et corruptionis que contrariantur.

3<sup>o</sup> sic. vnius effectus vna est causa. sed perpetuitatis generationis et corruptionis materia est causa. ergo non est motus solis sub obliquo circulo. In oppositū est phisus in tertio. in tertio capto. huius tractatus. Pro r̄sione

### Sciendum est primo. quod

Post phisus ostendit qd preter efficientia parti-

cularia necesse est ponere agens vniuersale consequenter determinat de h̄mōi vniuersali agente. ostēdendo qd oportet reducere perpetuitates generationis et corruptionis ad motū celi. qz illud quod quicunq; est et quādoq; non est reducitur ad illud quod semper est. omnes autē motus istorum inferiorum quicunq; sunt et quicunq; non sunt. idē reducuntur ad motū celi qui ē perpetuus et vniuersalis. ois enim pluralitas reducitur ad aliquam vnitatem. et potēntialitas ad necessitatē. nunc enim supponit motū esse perpetuum et regularem et phisicis ergo r̄d. Et ex hoc inferitur qd motus celi ē causa ḡnatiōis et corruptiōis in istis inferioribus. qz r̄onabilius est ens esse causam non entis q̄ eōtra. motus autē celi h̄z r̄ōnes entis cū sit perpetuus. ḡnatio autē r̄ōnes nō entis cum possit nō esse. idē motus celi abducit nobis et adducit solē qui ē pater vite. idē in istis inferioribus motus celi ē causa ḡnatiōis et corruptiōis. S; qz ḡnatio et corruptio contrariantur et contrariorū contrarietate cāe. idē vt videat quōd motus celi qui est causa ḡnatiōis possit etiā eē causa corruptiōis

### Sciendum est secundo quod

Duplex est motus celi. vnus ē motus primi mobilis p̄tinuus et vniuersalis qui ē ab om̄e in occidentē super polos mūdi quē equinoctialis diuidit p̄ duo equalia et iste motus ē simplicissimus et regularissimus n̄llaz diuersitatē neq; in se neq; in habitu ad motū recipiē. Alius est motus celi qui ē ab occidentē in orientē factus sup obliquo circulo sup polis zodiaci diuisiōibus a polis mūdi. z. gradibus et. st. minutis et hūc zodiacus diuidit in duo equalia et h̄z hūc motus mouet sol motu proprio et facit vna reuolutionē in vno anno. Et quibus motus solis sub hoc circulo sit p̄tinuus perpetuus et vniuersalis se. t̄n secundū habitudinē ad nos h̄z quādam varietatē accessus et recessus nā p̄ medietatem anni scilz a principio capricorni vsq; ad cācū accedit ad nos. s; p̄ alia medietatē hūc oppositā q̄ est a principio cācri ad capricornū recedit. et hoc in motu ē duo p̄siderare. scilz perpetuitatem et varietatē. sicut et in ḡnatiōe et corruptione p̄siderat perpetuus successus ḡnatiōis et corruptiōis et p̄tinuatōes contrarias ḡnatiōis et corruptionis. Quibus notatis sit.

### Conclusio prima. motus

primi mobilis et diurnus non est sufficiens causa generationis istorum inferiorum. sed est sufficiens causa permanentie eorum. Probat. quia idem secundum qd idem est similiter se habens semper natum est facere idem. cum ergo motus celi diurnus sit semper idem et similiter se habens. sequitur qd semper natus est

*quomodo motus solis in obliquo circulo sit causa generationis et corruptionis inferiorum*

facere idem. sed generatio et corruptio contrariantur. ergo non est sufficiens facere generatio nem et corruptionem. Id dicit philosophus quod si non esset alius motus ab eo oportet quod semper esset generatio vel corruptio nec possent ambo fieri.

**Conclusio secunda in sua:**

ad quesitum. Motus solis sub obliquo cir culo est sufficiens causa perpetuitatis generatio nis et corruptionis in istis inferioribus. Pate t quia motus ille est continuus. et habet diuersi tatem in suis partibus in habitudine ad nos. ideo per suam varietatem accessus et recessus ad nos est sufficiens causa generationis et cor ruptionis que contrariantur. quia per accessus est causa generationum et per regressum corrup tionum. per suam autem perpetuitatem est per petuitas accessus et recessus generationum et corruptionum. Et quia tempus accessus solis ad nos est equale tempori recessus. et id ex hoc sequitur quod tempus generationis horum inferiorum est equale tempori corruptionis eorum. Et hoc videmus ad sensum. quia cum in quolibet anno sol accedit ad nos sunt generationes. et cum a nobis recedit sunt corruptiones. et sicut multo tiens accedit ita multotiens generat. et sicut multotiens recedit ita multotiens corrumpit.

**Dubitatur primo. circa ma**

giorem rationis prime conclusionis qualiter ha beat veritatem illa propositio. idem in quantum idem et similiter se habens natum est facere semper idem. Hoc enim videtur esse falsum. nam idem calor solis secundum idem et similiter se habens facit contraria. sicut durificat lutum et molli ficat ceram. ita etiam calor ignis rarefacit et du rificat. et ita habet multos effectus. Idem etiam homo potest currere et quiescere. et prima cau sa etiam est causa omnium rerum contrariarum. Pro solutione dubii est sciendum quod duplex est agens scilicet naturale et voluntarium. Agens autem naturale agit secundum modum sue forme que est determinata per materiam in qua est recep ta. et ideo agens naturale determinatum est ad unum effectum immediate. quia habet formam particularem et determinatam per materiam. ut dictum est. sed tamen ad illum effectum im mediate productum ab agente naturali possunt sequi multa. sicut calor habet calorem facere immedi ate. sed ad illum calorem potest sequi mollicatio et durificatio secundum diuersitatem recipientium. Cum etiam aliquod agens naturale sit instrumentum et agat

in virtute alicuius superioris agentis potest multa producere. sed hoc non erit secundum idem Sic ergo propositio principaliter intelligitur de agentibus principalibus que semper facit unum nisi perueniat diuersitas ex parte alterius agentis vel recipientis. Sed agens voluntarium quoddam est agens mediatum quod agit secundum conditionem sue forme que est species per quam intelligit et hoc non potest di uersa simul intelligere. possunt tamen in eo esse plures species intelligibiles successive. Aliud autem est immediatum ut est prima causa in quacumque non sint plures species intelligibiles. quia intelligit per suam essentiam omnia cum se infinite intelligat. ideo potest simul omnia pro ducere. Et ideo sequitur quod omne agens volun tarium potest plura producere vel simul. sicut prima causa. vel successive sicut agentia creata Et ita quodam modo potest verificari propo sitio etiam in agentibus secundum propositum. nam substantie separate producte diuersa faciunt et producant secundum diuersitatem con ceptuum. sed prima causa plura et diuersa pro ducit non secundum diuersitatem conceptuum sed propter diuersitatem ydearum. et rationum ydearum. Et per hoc solvantur obiectiones contra propositionem facte.

**Ad rationes ante oppositum**

Ad primam dicitur quod ista inferiora sunt ad illud quod est permanente in ipsis reducuntur ad primum motum. sed sunt ad succes sionem in eorum motibus reducuntur ad motum solis sub obliquo circolo. Ad aliam dicitur quod motus celi in quantum est regularis est causa per petuitatis generationis et corruptionis. sed pro pter hoc habet diuersitatem accessus et recessus in suis partibus est causa successionis generationis et corruptionis. Ad aliam dicitur quod unus ef fectus possunt esse plures cause per se in diuersis generibus causarum ut habet. et philosophorum ideo prima materia potest separari a generatio ne et corruptione et etiam motus solis sub obli quo circolo. et. Sequitur in textu dicitur enim est ordo et omne tempus. et omnis vita mensurantur periodo.

**Queritur undecimo. utrum**

omne viuens habeat determinatam perio dum sue durationis a celo primo. Arguitur quod non. quia si sic sequeretur quod in constella tionibus celestibus posset infallibiliter legi duras

Dicitur agens naturale  
et voluntarium

## De generatione et corruptione.

tiōes viuentiū p̄ns est flm. igit. 2<sup>o</sup> sic nos videm<sup>9</sup> ad sensum diuersa viuentia s<sup>o</sup> species vel eiusdem speciei simul tempore generari vt patet de illis que tamen non habent equalem durationem. ergo non omne viuens habet de terminatas p̄yodum a celo. In oppositū est p̄b̄s in textu. Pro responsione.

### Sciendum est primo quod

Postq̄. p. oñdit q̄ motus celi fact<sup>9</sup> sub obliq<sup>o</sup> circulo est causa p̄peruitatis 2 successus generationis. sequenter ex hoc infero duo corollaria quorum primum est q̄ eorum que generantur et corrumpuntur tempus generatiōis est equale tempori corruptionis. et hoc secundū naturam corporis celestis. et huius ratio est. quia tēpus accessus solis generantis est equale tempori recessus eiusdem et appellat p̄b̄s tempus generationis totum illud tempus in quo res tendit de esse imperfecto ad esse perfectum. et t̄ps corruptionis dicit totū illud t̄ps in quo res diminuitur et tendit in non esse. Est tamen aduertendum q̄ q̄uis hec duo tēpora sunt equalia in qualibet re viuente secundū naturam celestis corporis t̄n possunt esse inequalia propter aliam et aliam dispositionem materie. ideo dicit p̄b̄s in textu propter confusionem elementum ad inuicem. id est propter aliam et aliam mixtionē attingit t̄ps corruptiōis minus esse q̄ tēpus generationis. Secundū corollariū est q̄ quodlibet viuens habet p̄yodum determinatam a celo. cuius ratio est. Quia omnia hec inferiora reducuntur in motum celi sicut in causam primam in genere p̄b̄sico. ideo oportet q̄ quodlibet determinat secundū esse certo numero reuolutionum motus celi. et hec mensura siue mensuratio vocatur p̄yodus. Dicitur enim p̄yodus a peri q̄ est circa et odos q̄ est moderatio siue consonantia. quia omnia generabilia et corruptibilia mensurantur circa reuolutionē celi.

### Sciendum est secundo. quod

non omnes res generabiles et corruptibiles mensurantur eadem p̄yodo. ymo quedā minore et quedā maiore. quibusdam g<sup>o</sup> rebz mensura durationis est annus. Aliis vero maior. aliis vero minor. et hoc propter diuersam proportionem elementorum que est alia et alia in diuersis speciebus ymo est alia et alia in indiuiduis eiusdem speciei. ideo non oportet q̄ influenza vel cōstellatio tribuat eandem duras-

tionem rebus diuersarum specierum aut eiusdē speciei. nam virtus et cōstellatio celestis recipit in materia secundum modum materie. Et quo patet q̄ si quis per aspectus coniunctiones et cōstellationes siderum velit indicare de duratōe alicuius rei oportet q̄ aspiciat ad causas particulares. puta ad causas contrarias impediētes et ad dispositiones materie aut iudicium suum non habebit certitudinem suā. patet q̄ quelibet materia specifica requirit in indiuiduis determinatam p̄yodum duratiōnis ex parte celi. sed p̄yodus in indiuiduis propter diuersam dispositionem materie. vt dictum est. sicut homo habet pro duratōe vite sue septuaginta annos vt dicit commentator et hoc debetur sibi ratione speciei. 2 ita tempus generatiōis hominis est triginta quinque annorum et corruptionis totidem. sed tamen propter aliam et aliam dispositionem. et etiam propter aliam et aliam cōstellationem que visget in ortu cuiuslibet hominis. aut propter diuersam dispositionem loci. aut propter bonam conseruationem vel liberum arbitrium vel propter malam conseruationem homo potest plus vel minus viuere. Sit ergo.

### Conclusio responsiua scilicet

Omne viuens vniuersaliter q̄tum est ex parte celi habet determinatam p̄yodum vite duratiōnis. 2 ex parte speciei pot̄ abbreviari in quo libet indiuiduo propter aliquam causam particularem. vt dictum est. Prima pars patet. qz motus solis sub obliq<sup>o</sup> circulo ē prima et principalis pars generatiōis cuiuslibet viuentis. ergo etiam est causa duratiōis viuentium. consequentia tenet. quia generatio ibi per se terminatur ad esse quod mensuratur duratiōne. Secunda pars satis ex precedentibus p̄s.

### Ad rationes ante opposituz

Ad primam dicitur. q̄ duratio cuiuslibet viuentis potest legi in cōstellatione vigente hora tempore natiuitatis illius rei. et q̄tum est ex parte celi. sed potest impediri propter aliam et aliam dispositionem materie vel per liberum arbitrium. quia vir sapiēs dominabitur astris vel propter alias circūstātiās particulares. vt dictum est. Ad aliam dicitur q̄ motus celi est primo causa et equiuoca generatiōis horz inferiorum et producit in esse hec inferiora mediātibus particularibus agētibus. id sicut producit hec inferiora ad eē mediātibus agētibus particularibus.

tempus generatiōis  
mense 63 q̄ in  
corruptiōis 70 q̄ tot

*Nota quoniam  
corruptiōis inuēniuntur  
indiuiduis*

## Liber secundus:

ideo duratio essendi determinat effectibus a celo mediantibus tamen particularibus agentibus. et ideo diversis speciebus debentur diversis peryodi. sed de individuis eiusdem speciei generatis in eodem tempore dicitur quod diversitas resoluenda est ad diversam dispositionem materie et alias circumstantias particulares que sub arte cadere non possunt. Et hec de questione. Sequitur in textu. Quo circa accidit propter horum generationem.

### Queritur duodecimo. vtruz

Ex parte finis et cause mouentis sit perpetuitas in generationibus et corruptionibus. Arguitur quod non. quia quelibet generatio est finita et similiter quelibet corruptio. ergo generationes et corruptiones non sunt perpetue. 2<sup>o</sup> sic generationes et corruptiones rerum inceperunt esse et desinent esse ut tenet fides catholica. ergo non sunt perpetue. In oppositum est philosophus in penultimo capitulo huius libri. Pro responsione.

### Sciendum est primo. quod

Postquam philosophus ostendit causam perpetuitatis successivis generationis et corruptionis ex parte motus solis facti sub obliquo circulo. sequenter hoc idem demonstrat ex parte cause finalis. et etiam ex parte cause mouentis. Pro quo sit.

### Conclusio responsiva: gene

rationes et corruptiones sunt perpetue. Probat philosophus ex parte cause finalis. In omnibus enim natura desiderat quod melius est. sed melius est esse quam non esse. ergo natura semper desiderat ipsum. Quedam autem sunt que propter numeram distantiam a principio non possunt semper permanere in suo esse individuali. ergo oportet quod natura continuet ista in esse per continuam generationem individuorum. et per consequens oportet generationem et corruptionem semper esse. Unde quia generatio est via ad esse. et via est propinqua termino ideo est propinqua generatio ipsi esse. cum ergo generabilia non possint perpetuari secundum esse in vno individuo. natura que non potest obtinere esse perpetuum appetit et accipit illud quod propinquum est ipsi esse. et hoc per continuam generationem plurium individuorum. et per istam continuam generationem saluatur esse specificum.

Et si arguatur contra maiorem huius ratio

nis. quia desiderium semper videtur sequi cognitionem. natura autem non cognoscit. ergo non desiderat quod est melius. Respondet quod desiderium semper sequitur cognitionem aliquam superioris dirigentis et mouentis naturam in suum finem. Sed si obiceretur si natura directa a principio desiderat ipsum esse tanquam finem et illud quod melius est. videtur quod esse generabilium et corruptibilium sit finis ipsius dirigentis. et cum ipsum esse generabilium sit extra primum. videtur quod ipsum primum habeat finem extra se et alium a se quod est impossibile.

Dicendum ergo quod ipsum primum intendere aliquem finem potest dupliciter intelligi.

Uno modo quod ipse finis quem intendit sit finis ipsius primi. et isto modo non intendit aliquem extra se. Alio modo quod finis quem intendit sit finis alicuius effectus alicuius mouentis ipsum ad finem et sic bene intendit aliquid extra se tanquam finem sui effectus ordinando vnum ad alterum. et vnamquamque rem ad perfectionem suam. Deinde probatur conclusio ex parte cause mouentis supponendo ex dictis in octavo philosophorum. quod si motus est necesse est mouens esse. et si motus semper est necesse est quod semper sit aliquod mouens. Et si motus sit vnus et regularis et vniformis. oportet mobile esse ingenerabile et malterabile et vnum et esse mouens penitus immobile. Et si sint plura regulariter mota oportet quod sint plura mouentia immobilia habentia tamen ordinem sub vno primo mouente. His suppositis arguitur ad conclusionem. motus corporum celestium et motores eorum habentes ordinem sub vno primo sunt causa generationis et corruptionis in istis inferioribus ut dictum est prius. cum ergo motus corporum celestium sint perpetui et ordo perpetuus. sequitur quod generationes et corruptiones causate ab huiusmodi motibus perpetuis erunt perpetue. Quod autem motus celi sit perpetuus probat philosophus in presenti textu ex parte temporum et generationis et corruptionis esse perpetuas dictum est in sexto philosophorum et in primo de celo. vbi probat quod sicut non inceperunt nec desinent esse per transmutationem naturalem. Et quia philosophus dicit motum esse continuus querit a quo capit motus suam continuitatem. aut a mobili vel a termino. Respondet philosophus. quod motus non potest habere suam continuitatem a termino ad quem. sicut patet